CA

25

685

Visto año [illegible]

De la Libreria de S.n Alberto de Sevilla

4

21-360

Biblioteca Universitaria
[illegible]ANADA
A
[illegible]tia 35
[illegible]bla
Número 270

i11865039

1612
1572
0040
1612

R10700

# RATIONES TEXTVS HEB. ET EDITIONIS VVLGATAE.

Differentiarum ferè ſexmillium uerborum in Pſalmis omnibus exiſtentium:

*Nunc primùm explicatę, & editæ.*

Per Reuer. Sac. Theol. profeſſ. F. Lucret. Tyroboſcum Aſulanum Carmel.

Della Libreria de S. Alberto de Sevilla

CVM PRIVILEGIIS.

*VENETIIS,*
*Apud Chriſtophorum Zanettum.*
*M D LXXII.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# PROOEMIVM

QVANTAM *antea deplorandis in ſæculis cunctis confuſionem ſint experti patres, ex temporum ſucceſſu facillimè colligi poteſt; etenim eo anno quo Phalec natus eſt, ex gloriæ inanis cupiditate ei coæui, relicta fide in Deum, quæ promiſſionis illius conſeruandi uiuentes eſt, fabricare turrim per celebrem nixi ſunt, ut poſteris ſeruandi ſe à cathacliſi, ſi quando ea in futurum contingeret, perfugium pararent, non ſanè charitate, ſed celebrandi perpetuò nomen gratia moti: qui quia non conſenſerunt cum Deo, & uoluntate diſcordi, & linguis diuerſis confuſi ſunt, mancipium Diaboli ex Dei ſeruis facti. Non ne, & noſtris primis Eccleſiæ patribus, licet non paria in malo, ſed quadam tamen ratione finitima, contigerunt? qui licèt eandem fidem haberent, non ſolùm*

in moribus, nec tãtùm pragmaticis legibus diuerſi
erant, verùm & ſacræ paginæ, quæ fidei baſis eſt,
In prol. teſte. B. Hieronymo diſpares Textus erant: Ale-
paral. xandria Nanq;, vt idem ad verbum refert, exem
plum, ab Eſichio correctum, eo ceu auctore com-
mendat: Conſtantinopolis verò Antiochiam uſque
Luciani martyris exemplaria probat: Eccleſiæ in-
ter has Paleſtinos codices legunt, quos, ab Euſebio
elaboratos, Euſebius, & Pamphilus diuulgaue-
runt. Nec tantùm diuerſa hæc ceu fluenta, vt plu-
rimùm putida, & minimè pura bibebant illi; ſed
item doctores percelebres noſtri varijs hinc inde
ſitim æſtuantem ſedabant: Ambroſius enim Diuo
Hieronymo Teſte in quibuſdam origenis textum
To.2.in eſt ſecutus, in alijs alios item: ac Diuus Hierony-
Epiſ.ad mus, Hebræis affixus, illam ſeptuaginta multo-
Aug.in ties abhorret: nec non & illemet pariter contrà
pro.ſup eam cum Hebræa teſtatur auctoritate diuina firmæ
penta- tam: & multa alia addidiſſe ſeptuaginta refert,
teucum. in prol. ſiue ob ſermonis decorem, ſiue ob ſpiritus ſancti au
ſuper Hiere. ctoritatem. Succeſſit Auguſtinus Celeberrimus do
ctor, & ſanctitate admirandus, qui nutu diuino
ſeptuaginta interpretatos fuiſſe uolumina ſacra ui
dens, non eſt ab eis auulſus, quamuis illos diuer-
ſa ab Hebraico textu cõſcripſiſſe conſpexerit, vera
eſſe exiſtimans ea aut nimirum hiſtoriæ ratione,
aut ſaltem allegorica interpretatione, non minus
quàm, in eiſdem rebus verſati diuerſa ſcripſere pro
phetæ, & idem Chriſti negocium Euangelici tra-
ctantes

*ſtantes ſcriptores varia admodum, ſed tamen uera ſcriptis mandarunt; idcirco & illos commendat, & pariter ſequitur eos; attamen in pſalmis potiſſimùm, quorum negocium nunc molimur, modo in ſequitur noſtrum textum, modo luciani græcum, & Origenis illum quandoque: modo latinum in D. Hieronymi operibus iuxta græcum inſertum: ac tandem quandoque ſolus incedit: quodq́ue pariter idem cùm alij faciant, exemplis multis, ad propoſitum hoc aperientibus item multa exponam. Primo addit Editio noſtra in pſalmo ſexto verſu vltimo, vehementer, & Auguſtinus item verùm in græco non eſt, nec in latino inſerto: deinde in pſalmo octauo uerſu quarto Addit Editio noſtra tuos poſt cælos, & illa pariter, qua Auguſtinus eſt vſus, quod nec in textu græco luciani, nec in latino inſerto pariter eſt: rurſus in pſalmo decimoſexto verſu tertio græcus luciani habet* οφθαλμι μ* *ideſt oculi mei, idem latinus inſertus dicit, & Auguſtinus item, hebræus autem èenécha ideſt oculi tui habet & item noſtra: ad hæc in decimoſeptimo pſalmo uerſu quintodecimo D. Hierony. dicit, uerba illa grando, & carbones ignis addita eſſe latino, & græco ex Hebræo ſeptuaginta Editioni, quibus uſus eſt, qui lucianum præceſſit, Euſebius cæſarienſis, & textus catenæ græcorum, ex quo conſtat, & hanc quam habemus, & quæ in libro. D. Hieronymi, & qua item vſus eſt Auguſtinus non illam puram ſeptuaginta interpretum eſſe: nec non*

*& illã, qua eſt Euſebius vſus, ſed amplius eã aſteriſcis, & obelis notatã, quã credit Auguſt. ab origine ne tranſlatam eſſe: Item in eodem verſu trigeſimo octauo poſt, qui dediſti mihi protectionem ſalutis, ſetuaginta addunt μȣ ideſt meæ, in præſenti verò græco non eſt, nec item in græco D. Hieronymi, nec pariter in textu latino inſerto, nec etiam in textu catenæ græcorum dicto, nec pariter Auguſtinus utitur eo: Hebræus autem ait iſcèécha, ideſt ſalutis meæ, & noſter idem dicit, ergo textus noſter ab illo catenæ prædicto, & cæteris ſuprà relatis diſtinctus eſt: In eodem decimo ſeptimo pſalmo uerſu quadrageſimo tertio, græcus noſter ideſt Luciani ait, παντας ideſt omnes ante inſurgentes: & idem latinus inſertus, dicit, noſter autem, nec Hebræus, illud habet: nec item Auguſtinus vtitur eo: In pſalmo decimonono verſu quarto, ſeptuaginta, & præſens poſt tribuat tibi ait, κυριος ideſt, Dominus: & Auguſtinus pariter idem dicit, & item latinus inſertus, noſter autem, nec Hebræus habet Dominus: In pſalmo vigeſimo primo verſu vigeſimo quarto græcus Luciani ait, δοξασατε ideſt glorificate, idẽ ait latinus inſertus, Auguſtinus autem, &, vt ſe veteri accommodaret, noſter antiquus textus magnificate ait, in vigeſimoquarto pſalmo verſu tertio græcus noſter Luciani: ac ille Diui Hieronymi, nec textus catenæ dictus habet omnes ante iniquæ agentes: nec item Auguſtinus, nec pariter Hebræus, ſed in ſeptuaginta, παντες, ideſt omnes ſub veru*

*addi-*

*additum ponitur · & pariter in noſtra: in eodem pſalmo, verſu vigeſimo ſecundo in græco Luciani noſtro poſt ſuſtinui te ait, κυριε, ideſt Domine, idem textus catenę dictus, & item latinus inſertus, in ſeptuaginta ſub veru additum eſt, vt ait D. Hieronymus, quod non habet Auguſtinus, nec noſter textus, nec item Hebræus habet: In vigeſimo octauo pſalmo, verſu octauo, græcus Luciani poſt in templo Dei, ait, πας τις ideſt, omnis quis, textus inſertus ait, omnis, non quis, idem Auguſti. & idem Hebræus dicit, col. i. omnis, noſter autem omnes ait: in eodem verſu nono græcus Luciani poſt diluuium ait, κατοικει ideſt habitat, idem dicit Auguſtinus, & textus inſertus: & idem Hebræus Iaſau ideſt habitat dicit, noſter uerò ait, Dominus diluuium in habitare facit: in pſalmo trigeſimo primo, verſu ſecundo, græcus Luciani poſt nec eſt, ait, εν τω ϛοματι ideſt in ore, & textus catenæ idem dicit: idemq́ue latinus inſertus, quod ſolus ſymachus. D. Hieronymo teſte poſuit; & additum propterea eſt huic ex ſymacho, & Auguſtinus vtitur eo, quod nec ſeptuaginta, nec Thedotion, nec quinta, nec ſexta Editio, nec Aquila item habet, Hebræus autem ait, Berucho ideſt in ſpiritu eius; & noſter pariter, vtroque in dicta catena vtitur Euſebius, qui ante Lucianum fuit, ergo hic textus noſter Græcus à dictis editionibus omnibus diſtinctus eſt, & item non auctor, ſed corrector Origenis conyjcitur: In eodem trigeſimo primo pſalmo, verſu quar*

*to poſt conuerſus ſum in ærumna, græcus Luciani non habet mea, nec item D. Hieronymi textus græcus, nec latinus inſertus: ſed eſt in Hebræo, & in noſtra, & in catena item dicta, & Auguſtinus vtitur eo, & pariter Theodoretus, quod additum eſt ſub Aſteriſco ex Theodot. ergo græcus videtur nõ ille purus eſſe, qui cũ aſteriſcis ex Theodot. ab Origene & D. Hiero. completus eſt, quoq; catena dicta vtitur: in 40. pſalmo verſu ſexto grę. noſter ait, & ingrediebatur & idem Hebræus dicit, & Auguſtinus vtitur eo, noſter verò interſerit ſi poſt &, item latinus inſertus: in pſalmo quadrageſimo tertio, verſu ſecundo, gręcus Luciani poſt non egredieris, non habet Deus, nec latinus inſertus, nec item Hebræus, ſed ſub aſteriſco additum eſt in noſtra, & in illa Auguſtini, & in catena dicta ex Theodot; ſupplet .n. quod intelligi debet; ergo textus ille catenæ perfectior eſt, qui origenis facilè creditur eſſe: in eodem græcus Luciani ait poſuiſti nos in ſimilitudinem ingentibus, idem latinus inſertus, & pariter Auguſtinus, in noſtra autem abraſum eſt ſecundum, in Hebræo autem primum, magis concinnè noſter, vt licet videre, dicit: in pſalmo quadrageſimoquarto verſu ſeptimo græcus Luciani poſt ſagittæ tuæ acutè ait, δυνατε ideſt potentiſſimè, idem D. Auguſtinus ait, dicit verò catena prædicta, & Atanaſius in ea ò potens, noſtra autem, nec latinus inſertus, nec Euſebius Præceſſor Luciani: nec item Hebræus habet illud; ideò*

*ſicut*

*ſicut ſuperfluum à D. Hieronymo indicatur, maximè quia haud textui neceſſarium eſt, ergo propterea textus Luciani damnatur ab eo, & item illæ catenæ: in quadrageſimo ſeptimo pſalmo, verſu quarto græcus Luciani poſt reges ait, αυτης, ideſt eius, qđ nec noſtra, nec latinus inſertus, nec itē hæbræus habet; ideo abradendum iudicatur à D. Hieronymo, latini autem codices antiqui poſt Reges addunt terræ, & item Græcus in libro. D. Hieronymi inſertus, nec non catena Græcorum dicta, & pariter textus Auguſtini Iuſtiniani Græcus, & Euſebius vtitur eo: & pariter noſtra, quod nec in latino inſerto eſt, nec in ſeptuaginta, nec in Hebræo pariter eſt: eſt autem in dictis pro eo, quod ſubintelligi debebat, ſupplendo: hîc aduerte textum quendam latinum antiquum noſtræ veritatē redodere Editionis, ex Græco forſan Origenis. D. Hieronymo teſte à D. Hilario nimirum traductum: in pſalmo quadrageſimo octauo, verſu decimo quinto, Grecus Luciani poſt dominabuntur eorum ait, ευτεας i. rectis, idem hebręus ait: noſter autem, & latinus inſertus ait iuſti, dicit. D. Hieronymus ad euitandam cacophoniam, ſpiritus ſanctus autem, loquens in eo, potuit miſterioſè mutationem feciſſe, vt in differentijs verborum dicemus: in pſalmo quinquageſimo quarto, verſu octauo Græcus Luciani habet απο ολιγοφυχιας ideſt à puſillanimitate, idem Auguſtinus ait, quod Aquila (dicit Hieronymus) Symachus, Theodotion, & quinta* T. 2. in Epiſtol. Hier. ad Auguſ.

Editio

Editio interpretati ſũτ απο πνευματος.i.à ſpiritu, et hebræus habet meruah ideſt à ſpiritu, et latinus inſertus, et noſter pariter à puſillanimitate ſpiritus ait, ergo ex hoc conſtat Symachum, Theodot. & quintam Editionem à textu noſtro diſtinctos eſſe: in Pſalmo quinquageſimo octauo, verſu ſecundo, Græcus Luciani, quem noſtrum credo, qui Baſileæ per Do. Heruagium. MDXLV. menſe martio impreſſus eſt, habet poſt obliuiſcatur νομου σου ideſt legis tuę: idem Auguſtinus ait, & latinus inſertus, ſeptuaginta autem, & Hebręus, & noſter itẽ non legis tuę, ſed populi mei ait; ergo ſeptuaginta à noſtro Gręco differunt: in pſalmo ſexageſimo ſecundo, verſu ſecundo Græcus poſt ſitiuit ait, σε ideſt te, idem Auguſtinus ait, noſter verò, & latinus inſertus, poſt ſitiuit habet in te; ambo ergo differunt à textu Græco inſerto: In pſalmo ſexageſimo tertio verſu octauo Græcus Luciani ait, βελος ideſt ſagitta ante paruulorũ: Hebræus verò chez pithom ideſt ſagitta repentina, noſter autem & latinus inſertus, et Auguſtinus ſagittæ paruulorum ait: ecce quomodo noſter non ſequitur Hebræum, nec Græcum cùm incongruum aliquod eſt in eis: in pſalmo ſexageſimoquarto, verſu decimo, Gręcus Luciani poſt ita eſt præparatio non habet eius, nec latinus inſertus, nec pariter Auguſtinus eius habet, ſed tua, Hebræus autem ait, tech ineach, ideſt præparatio eius, & in noſtro. Idcirco ponitur eius: In ſexageſimo ſeptimo pſ. verſu vigeſimo ſexto græcus

Luciani

*Luciani ait εθεωρηθησαν, ideſt viſi ſunt, ante in-greſſus, &c. idem græcus. D.Hieronymi, idemque Auguſtinus, ait, Hebręus autem ait, rau halicoté-cha, ideſt viderunt itinera tua, vt Aquila, ſyma-chus, Theodot. quinta, & ſexta Editio interpretati ſunt, noſter verò uiderunt ingreſſus, &c. propter congruitatē contextus verborum ſeruandā dicit, in ſeptuaginta autem non ϑεωρηθησαν ideſt viſi ſunt ſed εϑεορησαν ideſt viderunt, ponitur: ecce quo-modo ſeptuaginta à textu noſtro gręco qui nempè Luciani eſt, quem corruptum conuincit. D. Hiero-nymus; & idcirco pariter græcum in libris ſuis in-ſertum: In eodem ſexageſimo ſeptimo pſalmo ver-ſu trigeſimotertio græcus Luciani poſt pſallite Do mino, non habet pſallite Deo: nec græcus. D. Hie-ronymi, nec pariter eſt in Hebræo, nec in autenti-cis textibus, vt refert D. Hieronymus eſt, ſed obelo eſt aditum, quod noſter, nec non latinus inſertus, nec pariter Auguſtinus habet; ergo à ſigno in ſe-ptuaginta poſitū conÿcitur à prędictis, qui habent illud, propterea diſtinctis: In 72. Pſalmo verſu vltimo græcus Luciani poſt vt annuncient, ait, πα-σας τας αινεσοις σου, ideſt omnes laudes tuas: idem Auguſtinus ait, ſeptuagintaq́ue dicunt τα απανγ γελεματα σου, ideſt prædicationes tuas: idē noſter, ait, Hebræus autem malacothecha, ideſt nuncios tuos: in pſalmo 73. ver. 4. Græcus Luciani ante oēs dies feſtos ait, κατακαυσομεν. i. quieſcere facia-mus: et idem noſter dicit hebręus aūt, ait, ſarephu*

*ideſt,*

*ideſt, vt Aquila, & Symachus verterunt ενεπρησαν, ideſt incenderũt, quinta editio κατεκαυσαν, ideſt combuſſerunt, ſexta autem editio, ait, καταχαφρωμεν.i. comburamus; ergo hìc quinta Editio Aquila, Symachus Hebr.eus, & ſexta Editio à noſtra diſtinguuntur: In eodem ver. vltimo textus Græcus Luciani, poſt ne obliuiſcaris voces, ait, ικετων σου, ideſt deprecantium te, idem Auguſtinus ait, Hebræus dicitur, zorerécha, ideſt vt Symachus ait bellantium tuorum, ſeptuaginta verò, & ſexta editio inimicorum tuorum ait; ergo ſeptuaginta, & ſexta editio à Græco Luciani diſtinguitur: In pſalmo ſeptuageſimoſeptimo ver. quadrageſimoſecundo Græcus Luciani poſt & non diſperdet, nõ habet eos, nec item Hebræus, noſter autem, & Auguſtinus habet eos: quod additum eſt, dicit Beatus Hieronymus: vt, quod diſiciebat, ſuppleret: In pſalmo octuageſimoquarto ver. vndecimo Græcus Luciani poſt miſericordia, & veritas obuiauerunt, non habet ſibi, nec pariter Auguſtinus, nec item textus Hebræus, in noſtro autem additum eſt ſibi, vt Diuus Hieronymus refert, pro complenda ſententia: In pſalmo octuageſimooctauo ver. decimonono Græcus Luciani, poſt tunc locutus es in viſione ait, ῦἱς σου, ideſt filijs tuis. Hebręus, habet haſidau, ideſt, ut omnes tranſtulerunt, ſanctis ſuis, vel forſan verius miſericordibus ſuis ſexta autem editio prophetis tuis ait, κοινι ideſt communis tantùm pro ſanctis, Diuo Hieronymo*

*teſte*

*teſte, filios dicit; ergo ſexta editio non eſt communis, ſed noſtra Luciani videlicet, vel illa Origenis, forſan, quia vtraque, ſcilicet filijs habet. Si quis autem plura ad propoſitum hoc inſpicere cupiat, in quibus potiſſimùm videre potes quàm differentes ſacri ſint textus hinc inde, Diuum Hieronymum in epiſtola ad Suniam, & Fritellam directam conſulat; vnde plurima ex his deſumpta exēpla ſunt. Ex quibus omnibus colligitur ſeptuaginta interpretum textum referentibus Griſoſtomo in Iudæos, Theodoreto, Hyreneo, Euſebio Ceſarienſi, Iuſtino Martyre, Auguſtino, & plurimis alijs nutu diuino conſcriptum, & maxima ſemper veneratione habitum fuiſſe: Aquileque illū Iuxta Theodoretum apoſtatæ: ac illum item Symachi ſuperbi iterato, vt Theodoretus teſtatur, circuncíſi, qui in euerſionem textus Samaritanorum ex odio, Hebræo ex fonte traductus eſt: nec non & illum Theotionis, in hæreſi Pontium Martionem, Teſte Theodoreto prædicto, ſequentis. ac odio poſterius forſan in eam ſequentes, concepto, in euerſionem ſcripturæ eorum (ſicut noſtri temporis hæretici faciunt) quæ hebræo ex fonte peruerſitate hæreticorum exceſſerat. quintumque illum præterea, teſte eodem, ſub Caracalla Imperatore in Hierico: & ſextum. Nichopoli pariter ſub Alexandro Mamee Imperatore, qui in vita Origenis ſine auctoris nomine in dolio reperti ſunt: ſeptimum rurſus poſt Origenis mortem Luciani illum Iuxta Theodore-*

tum

*tum prædictum, defectibus, ſuperfluis que, ac hære ticorum erroribus mundatum, ac Hicomediæ, deferuente in Chriſtianos Diocletiani perſecutionum furore, abſconditum, ſub Conſtantinoque magno repertum: cumque item catenæ dictæ Græcorum, ac in pentablo Auguſtini Iuſtiniani deſcriptum, & Diui Hieronymi libris inſertum: & pariter latinum inſertum in eis: nec non inſinuatum ſeptuaginta interpretum, qui ſine nomine eſt, antiquum: de quo poſt Diuum Hieronymum Auguſtinus, & Diuus Gregorius mentionem honorabilem facit: qui in procœmio moralium, duas vulgatas editiones, antiquam videlicet, & nouam, quæ. Diui Hieronymi: eſt memorat: ac noſtrum poſtremo, diuerſos ad inuicem eſſe: colligitur pariter editionem vulgatam illam non eſſe, quam communem atque vulgatam appellauere antiqui; nanque & ex D. Hieronymo prius quidem ſeptuaginta interpretum illa editio vulgata dicebatur, vt ipſe clarè teſtatur in ea que, de optimo genere interpretandi ſermonem faciens, ad Pamachium ſcripta eſt, & in procœmio Barue orationem Ieremiæ in canone hebræorum non eſſe ait, ſed in editione vulgata, quam cùm in ſeptuaginta videre liceat; ea igitur editio vulgata vocatur: in prologo item ſuper prouerbijs dicit idem librum illum ab editione vulgata vocari prouerbia, interpretibus alijs aliter in ſcribentibus eum: cum autem ſeptuaginta parimia, ideſt prouerbia inſcribant illa, ſequitur vul*

[...]B. de [...]iui. in [...]

*gatam*

*gatam editionem ſeptuaginta imterpretum eſſe: Ad hæc in epiſtola ad Suniam & Fritellã. D.Hieronimus teſtatur Origenem Euſebium Ceſarienſem omnesque Græciæ tractatores eam κοινὴν hoc eſt communem, atque vulgatam appellaſſe: & item poſt D. Hieronymi tempore eam, quæ à plerisque Luciani creditur, vulgatam, non quidem ut puram illam in exaplo repertam; ſed quæ pro voluntate ſcriptorum, & temporum corrupta eſt, dictam fuiſſe teſtatur; ergo ſeptuaginta interpretum illa prius vulgata editio dicta eſt ab his, qui ante Lucianum fuerunt: quam item iu libro de ciuitate vulgatam Auguſtinus appellat: quidam verò ex poſteris eam Luciani, quæ teſte D. Hieronymo ibidem ſeptuaginta interpretum eſt, quam nil ſuperflui, nil úe defectus habere credentes ceu communem, ac item vulgatam tenuerunt: alij verò, & forſan verius, illa, quæ ab Origene cum aſtericis, & obelis conſtructa eſt, quam D. Hilarius, vt ſuprà eſt dictum, in latinum traduxit ſermonem, quamque Diuus Hieronimus correxiſſe teſtatur: quæ licèt plurium, & præclariſſimorum virorum, & temporum vſu auctoritatem non modicam adepta ſit. Attamen D. Hieronimus: ut ſuprà videre licèt reijciens quamlibet, eam ceu vtcunque apocripham, cum alijs vt ſtatui noſtro minimè aptatis oſtendit: elucet itidem ex his quo conſilio, & referendi ratione D. vtatur Hieronymus: Ac quomodo tandẽ deploranda ſæculis cunctis tranſactis Eccleſia, nec*

10.

*To. 2. in epiſ. Hiero. ad Auguſt.*

non

*non ſanctorum collegia varijs diſiecta teſtibus, ad veſtem Eccleſiæ ſcindendam appoſitis angeretur, ex hoc proceſſu præclarè poſtremò colligimus. Igitur D. Hieronymus nutu nimirum diuino, cupiens in Dei honorem, pacem Eccleſiæ, & ſtudioſorum ſolatiũ putidas ſcripturarum aquas clarificare, & eloquia Dei diuini ſpiritus igne purgare, ita animum excoluit ſuum, ut à puero ſuper coætaneos oẽs in literis humanis profecerit: Græcaque admodum coluit: & in Hebræis, Caldeisque ſimul mirumimmodum doctus eſt: ſeruanſque rurſus prophetæ conſilium, dico ego omnia opera mea regi, ſeipſum, ac opera cuncta ſua dedidit Deo: ac inſuper timens illud Pſalmographi dictum, peccatori autem dixit Deus, ut quid enarras iuſtitias meas, ita ſe ipſum temperauit in vita, tum parſimonia cibi, tum pariter aſperrimo indumentorum veſtitu; tum item poſtremò multiplicis diſciplinæ flagello, ne ceu indignus cũ ſuis laboribus reijceretur quandoque à Deo: Demumque renaſcentes ſurculos peccatorum venialium, reliquiasque ruditatis purgare percupiens, ac ſe ſub onere ſupra vires multoties grauatum ſentiens, dictum ſæpe, ut ipſe quandoque teſtatur, iterauit dicens, hei mihi, quia pollutus labijs ego ſum, cui ſub annuens Deus, calculo ignito, & miniſterio cherubim, ita eum charitate accendit, & illuſtrauit ſapientia, ut dignus traductor ſacrorum librorum euaſerit. Hac igitur charitate accenſus, & illuſtratus luce relictis riuulis,*

nulis, ad duplicē ſeptuaginta hebræorūque fontē,
auctoritate diuina probatum, properare curauit:
duplicemque laborem aggrediens, primò ſeptua-
ginta interpretationem correxit, additis his cum
aſtri ſigno, quæ ex Hebræo iuxta Theodotionem
magis, ut ipſe refert, ſimilem illis, traductioni ſe-
ptuaginta deerāt, atq; obelo ſignatis, quæ in eiſdē
eſſe ſuper hebræos aduertit: aut, vt annuit ipſe,
quem Origenes aſteriſcis, & obelis notauit, atq;
correxit: Quam correctionem ſanè multiplici inſi-
gniuit proœmio, ſingularibus ſacris in libris im-
preſſo. Qui labor quidem, non loquor de pſalmis,
de quibus dicetur infra, vti quandoque ad confir-
mandam gentium fidem admodum profuit, & item
ad erigendum Iudęos in ſpem Hebræus textus: re-
liquum fuit, vt ad accendendum in charitate fide-
les textus erigeretur, qui ea, quæ ad nouum teſta-
mentum pertinent, accenſo pariter aperiret elo-
quio; quare diuini ſpiritus ardore permotus. Diffi-
cillimum alterius adeundi fontis hebræi interpre-
tandi onus, vt ſitim æſtuantem extingueret, ſubire
conatus eſt, cæterorum interpretum munimine,
quos ipſe multoties ſe teſtatur adiutos: qui ſa-
nè cùm varij ſint, varias item quandoque interpre
tationes in cōmentarijs, & textu inſequitur, qua-
rum potiores tamen in textu deſcribit, vt contra
Rufinum videre ex pſalmo ſecundo, & alibi licet:
ea nempe ratione, quā & Apoſtolos ipſos ſeruaſ- Gen. 2. 3. & alibi.
ſe conſpexit, quos vidit non verbum è verbo ex

*primere, ſed ſenſu ſeruato, ac itē in multis aucto & completo: necnon, pro multiplici pandendo myſterio, nutu nimirum, ac poteſtate diuina in parte mutato, varia admodum tranſtulere quandoque. Ne autem abſque ratione id eum confingere ſibi quis forſan crederet, in ea, quam, de optimo genere interpretandi ſacras ſcripturas tractans, ad Pamachium direxit, multa exempla huiuſmodi profert: primum quidem omnium eſt ex D. Marco,*
Mar. 5. *qui Chriſtum inducit dicentem hebraicè, thabitachumi, quod noſtra in lingua ſignificat puella ſurge, nutu diuino pro complenda vi ſenſus diuini vocantis, & imperantis interpoſuit ipſe tibi dico, verbis relatis: Deinde ex Zacharia aliud exemplū retulit in Beato Matthæo, qui verba illius recēſcens, longè diuerſa à textu illius excripſit; nanq; ait. B. Matth. & acceperunt triginta argenteos, precium*
Zac. 11. *appreciati, quē apprecianerūt à filijs Iſrael, & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus: Septuaginta q́ue dicunt, ει καλον ενωπιον υμον εστι, δοτε τον μισθον μου, η απειπασθε, και εστησαν τον μισθωμενον τριακοντα αργυρους, και ειπε κυριος προς με, καθες αυτους εις το χωνευτηριον. και σκεψαι ει δοκιμον εστιν, ον τροπον εδοκιμασθην υπερ αυτων και ελαβον τους τριακοντα αργυρους, και ενεβαλον εις τον οικον κυριου εις το χωνευτηριον, i. ſi bonū eſt coram vobis, date mercedē mihi, aut renuite: & appēderūt mercedē meā triginta argenteos: dixitque Dominus ad me, pone*

illos

*illos in cōflatorium, & conſidera, ſi probatum ſit, ſi*
*cut probatus ſum ab eis: & tuli triginta argēteos,*
*& miſi eos in domum domini in conflatorium; er-*
*go quantum diſtet ab Euangeliſtæ teſtimonio Se-*
*ptuaginta tranſlatio (quam vulgatam editionem*
*appellauit) perſpicuum eſt: ſed & hebræus ait: Vao*
*már Elohim i tou be èenechē háu ſcechari ve imlo*
*chadalu va iſcelu, et ſechari ſcelosám ceſeph: va io*
*mar iehoua elai haſlichébu el ha ózer édhar ha*
*caraſer iacártte meàalehem, va eccha ſcelosám*
*hacceséph va aſclích oto betiehoua, ha ozár, ideſt*
*& dixi (inquit) ad eos ſi bonum eſt in oculis ve-*
*ſtris afferte mercedem meam, & ſi non, queſcite:*
*& appenderunt mercedem meam triginta argen-*
*teos: & dixit Dominus ad me, proijce illam ad ſta*
*tuarium, decorū precium, quo appreciatus ſum ab*
*eis: & tuli triginta argenteos, & proieci eos in do*
*mum domini ad ſtatuariū: qui item textus clariſſi*
*mè differt in multis, ut licet videre, à noſtro.* Mich. 5.
*Alıud exemplum Micheæ ex beato Matthæo ha-* Mat. 2
*bemus; nanque beatus Matthæus dicit, & tu Beth*
*leem terra Iuda, nequaquam minima es in princi-*
*pibus Iuda; ex te enim exiet dux, qui regat popu*
*lum meū Iſrael: editio vulgata, ideſt Septuaginta*
*interpretū ait, και συ βηθλεεμ ο οικως ευφραθα,*
*ολιγοςος ειτȣ ειν εν χιλιασιν ιȣδα, εκ σου μοι*
*εξελευσεται τȣ ειν εισ αρχοντα τȣ ισραηλ, ideſt*
*& tu Bethleem domus ephrata modicus es in mili*
*bus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit princeps in*

*Iſrael; Hebræus verò loco domus ephrata, habet ephrata: loco modicus, ζaïr ideſt paruulus ait: qui textus quãtam diuerſitatem habeant, facilè eſt, cõparando verba, videre. Multos alios textus adducit itidem Diuus Hieronymus, quos breuitatis ſtudio, cùm hi ſufficiant, conſultò relinquo. Ex quibus omnibus perſpicuum factum eſt fidelem interpretem minimè cogi verbum è verbo transferre. Verùm mirùm videtur ſatis quemadmodũ ille ſeptuaginta abhorrere ſubannuit hac potiſſimùm ratione, quia ex illis minimè poſſunt Apoſtolorum ex teſtamento veteri adducta verba oſtendi; attamen, vt unum de mille exemplum proferã, cùm Beatus Paulus, dictum prophetæ referens, ſacrificium, & oblationem noluiſti, corpus autẽ aptaſti mihi, ait: eodem in pſalmo traducens Beatus Hieronymus. non corpus, ſed aures, ſequens Hebræum, dicit: non item aptaſti, vt dicit vterque, ſed perfeciſti mihi ait: deinde Hebræus dicit de occiſis ob idololatriã erga vitulum in eremo factam, quaſi tria millia virorum occiſa ſunt. ait: ſeptuaginta verò triſchiliades, ideſt tria millia virorum: ipſe autem quaſi vigintitria millia virorum dicit, quod certè ab vtroque diuerſum eſt. Ac omnium poſtremò, cur iuxta ſeptuaginta interpretationem pſalmi, vt ſuprà dictum eſt, à D. Hieronymo traducti, atque correcti, cæteris reiectis libris, eodẽ modo interpretatis, auctoritate diuina, & ſanctę Romanę Eccleſię, cũ cęteris Bibliorũ libris, hebræorũ ex fonte traductis,*

*firmati*

*firmati ſunt? Vt itaque primum abſoluam: rationemque eius ſubiungam, aduerte primos Eccleſiæ proceres huiuſmodi fuiſſe, qui, vt fidem plantarent, adducere textus ſeptuaginta interpretũ vſi ſunt: & quia ſanguine proprio, Chriſtũ vbique ſequentes, ad plantandam Eccleſiam electi erãt, corpus cũ eo, inſinuatũ à pſalmo iuxta ſeptuaginta, in ſacrificium aptarunt: nũc uerò diuinitatis Chriſti virtute Eccleſia, à tumultib. perſecutionũ ſedata, ac cordis cõtriti ſacrificia exhibẽs, patefactas à pſalmo, iuxta hebræũ, aures intentas diuinæ bonitatis officio ſentit. Verùm, vt ſecundi rationem intelligas, aduerte, quia ſeptuaginta, fidem tuentes, tres mille viros, in fidem trinitatis errãtes, occiſos oſtendunt: & itẽ Hebræus, qui cùm caph, quod uiginti ſignificat, & ſicut, tribus millibus uirorum præponat, declarat illos propter defectum fidei occiſos quidem fuiſſe, & innuit eos decem præcepta decalogi veteris legis timore firmata, & noui pariter illa charitatis mãdata trãſgreſſos fuiſſe, uti, & Saluator ait, arguet mundum de peccato tranſgreſſionis videlicet utriuſque, & ueteris & nouæ legis, ſed quare? quia (inquit) non crediderunt in me, noſtra item Diui Hieronymi traductio duplici ratione eos occiſos teſtatur, qui figurantur ex eis, qui ad teſtamentum nouum ſpectant, tum fidei, tum pariter legis, quam poterant ex gratia noui teſtamenti vtranque ſeruare. Quare poſtremò*

*firmata reiectis cæteris,Septuagĩta trãslatio pſal morũ D.Hic.nõ quę Damaſi Papæ iuſſu in Latinũ eſt uerſa ſermonẽ,quæ,teſte Michaele Bononienſi Carmelita doctiſſimo uiro in proœmio lecturę ſup pſalmos,quę apud Carmelitas,nondũ impreſſa,ſer uatur Venetijs,pſalterium Romanũ dicebatur,ſed nunc Gallicanum dicitur, qua hucuſque patriar-chalis Venetiarum Eccleſia hoc ſub titulo vſa eſt. verùm quæ Septuaginta interpretum ſenten-tiam profert,quæ nunc pſalterium Romanum effer tur, quam ſuaſus à Paula & Euſtochio,ut ſupra dicit, correxit, hoc quidem in cauſſa eſt;nam pſal mi, ut probatur in eis à nobis, ad nouum teſta-mentum,etiam in cortice,omnes ſpectant, & ardo re charitatis Spiritus ſancti,quæ teſtamento nouo eſt propria, referti ſunt, Hebræis, vti probabi-tur infra,priuatis ea:qui quidem,vt proprio in lo co in templis,& à ſpiritualibus factis templis can-tabantur prius,cæteris ad Hebraicam ueritatem traductis, vti probabitur infra,ad fidem plantan-dam præcipuè, & charitatis iuſtitiã nutriendam appoſitis:nunc iuxta præſentem ſtatum tota fide-lium Eccleſia, Spiritus ſancti templum facta, illos cantandos, pſallendos, nec non pro dono Spiritus ſancti nutriendo,augendo,& perficiendo in nobis vbique docendos,& extollendos recipit:cęteri au tem libri in cortice ad uetus teſtamentum,ut pluri mùm pertinentes, ad veritatem Hebræam tradu-*

in com. in proph. in eccl. in libr. Dan. 11. Iona de cucurbita. Eſter 10.11.12 13. 14. & alibi

cti,& pluribus in locis, ut proprij à ſe allegati,ac ab Auguſtino decimooctauo de Ciuit.cap.quadrageſimo ſecũdo celebrati ſunt,qui , eos commẽdans, ait, Non defuit tẽporibus noſtris presbyter Hieronymus,homo doctiſſimus, & trium linguarum peritiſſimus,qui non ex Græco, ſed ex Hebræo in Latinum diuinas ſcripturas conuertit. Iſidorusq; pariter,lib. Etimologiarum celebrans eos, presbyter (inquit) Diuus Hieronymus trium linguarum peritiſſimus ex Hebræo in Latinũ eloquium diuinas ſcripturas veteris teſtamenti videlicet conuertit, eloquẽterq; trãsfudit : cuius interpretatio meritò cæteris anteponitur ; nam eſt verborum tenacior, & perſpicuitate ſententiæ clarior , atque vtpote chriſtiana interpretatio verior. Magnus Gregorius item Pontifex ſummus , eã commendans , ait : ſed tamen,& hæc noua ex Hebræo nobis eloquio cuncta uerius transfudiſſe perhibetur,credendum,& quicquid in ea dicitur , & oportet vt verba illius noſtra expoſitio ſubtilius rimetur . Poſtremòque omnium ab Eccleſia ſancta firmati pariter ſunt. 1. mor.

Immortales igitur gratias Deo per ipſum agamus, qui per eundem turbatas , ac penè putidas aquas limpidiſſimas reddidit : & cõfuſionẽ linguarum ſpiritu dirigente diſcreuit , & ad perfectam vnitatem redegit,eis rationibus nempe , quæ tum ex ſuperioribus extant,tùm pariter ex ſanctorum patrum exẽplo , tũ item poſtremò ex ſingularibus eis procœmijs , quæ ſigularibus in libris præfecit.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

*Hac igitur ſcripturam diuinam conſtructam ab ini
tio illius, & ſemper multorum contradicentium
igne, ſanctorũq; patrum, & Apoſtolorũ prius au-
ctoritate probatam, toto mentis affectu, vt nuper
ſacrum Tridentinum concilium ſtatuit, credamus,
Eidẽ inuigilemus, obſcura explicando, diuerſa iun
gẽdo, vel ſaltem diuerſitatis rationẽ pandendo; vt
ſicut ſpiritus vnus, vti videtur, diuerſa dictauit;
ita & ſpiritum vnum fuiſſe nimirum in eis aperia-
mus: Hac igitur motus ratione, quemadmodum om
nibus in libris teſtamenti vtriuſque videri poteſt,
ita pręcipuè in Dauidicorum pſalmorum libro qua
ratione ſingula ferè mutata ſint, quę alterata ſunt;
uerba, aut forſan, vt aliqui dicunt, nunc additorũ
etiam ratione punctorum ab hebręis aliter intelle
cta, quàm ante Chriſti aduentum: nunc, Deo ſuppli
citer exorato, conabor oſtẽdere: quibuſdam præha
bitis regulis: quarum hæc prima eſt in ordine.*

*Prima, quod futurum erat in ueteri hebraico tex
tu, in noſtra quandoque præteritum eſt, uel præ-
ſens, annuit illud de quo dicitur nunc, uel adim
pletum fuiſſe prius, vel nuper impleri reipſa,
quod, in futuro faciendum, teſtamentum vetus
prædicit.*

*Secunda, præteritum in futurum conuerſum in he-
braico textu, & in noſtra poſitum in futuro,
innuit illud, quod ſignificat verum fuiſſe in pre-
terito, & alio modo in futuro complendum eſ-*

*ſe*

ſe, non in primo ſtatu Eccleſiæ noſtræ, & gratiæ uerùm in tertio ſpiritus ſancti videlicet ſtatu: ut eſt illud inter cætera pſalmi primi, quod ait, & erit, tanquam lignum, &c. quod in ſequentibus exploratum erit.

Tertia, uerbum, in præterito in hebraico textu exiſtens, & in præſenti, vel in futuro in noſtra, ſignificat rem explicatam principium habuiſſe prius, & nunc pariter ſequi: & in noſtra ſignificat ueritatem habuiſſe corporaliter prius, uel uirtualiter, nunc autem, & in futuro iudicio, uel in æterna gloria ſpiritualiter adimpleri ſperamus.

Quarta, uerbum, in præterito in futurum conuerſum, & in noſtra in præterito exiſtens, dat intelligere ſuppoſitam rem adimpletam fuiſſe in præterito corporaliter, & ſpiritualiter in futuro adimplendam in primo uidelicet Eccleſiæ ſtatu.

Quinta deinde, uerbum, in futuro conuerſum in præteritum in textu hebræo, & in noſtra in preterito poſitum, ſignificat illud, de quo dicitur ueritatem habiturum, tum in futuro in ueritate, tum in præterito verùm fuiſſe in figura, nunc autem in ueritate in primo Eccleſiæ tempore uerum fuiſſe apparet.

Sexta rurſus, mutatur verbum, in ordine biphil poſitum, in cal uerbo de perfectorum ordine, ut quẽadmodum antiqui per bonam uoluntatem uiuebant, ita & Deus eadem per bonam uoluntatem

face-

facere facit, vti uoluntas uirtutibus inferioribus, ut faciant præcipit: nunc uerò cùm data ſit nobis iuſtitia exequendi, quod præcipit, pro hac explicanda utitur editio uulgata uerbo, quod facere ſignificat, relinquens uerbum, quod facere facit alium, ſi inuenitur in perfectorum ordine, ſi uerò minimè (ne gratis ordine illo uſum fuiſſe dicamus) ſe facere facit, ſignificat, & ſermo pariter, qui de patre intelligitur; nam ſignificat patrem per filium facere: nos autem in Editione uulgata, ad filium uota dirigimus noſtra; quare dicimus ipſum per ſe operari, utentes uerbo perfecto, appropriato filio, quod facere ſignificat, & relinquentes uerbum appropriatum patri, quod facere, mandando, per filium, facit.

Septima autem, ſæpe mutatur impius in peccatorem, quia, quod de impio idololatra dicebatur in ueteri lege: nunc idem, de peccatore ueritatem habere conuincitur, iam impio in regionibus noſtris deleto in totum.

Octaua, multoties. h. litera, quæ eſt articulus præpoſitiuus, præponebatur quibuſdam dictionibus in textu hebræo propter excellentiam alicuius excellentiſſimæ rei ſignificatæ, vtpote Chriſti uita abſolutiſſima, & beatiſſima per excellentiam illus in ueteri lege: ut eſt illa pſalmi primi, quæ dicit, aſcre haiſc ideſt beatus ille, ideſt excellentiſſimus nempe uir: nunc autem non ponitur, ut oſtendat illam uirtutem, uel qualitatem etiam

de

*de aliis, uel alio item in ſtatu ueritatem habituram eſſe.*

*Nona, præponuntur perſæpe literæ heemanticæ, quæ fidem ſignificant; nam heemanti credidi dicitur, ad oſtendendum ſuppoſitam ſententiam dogmaticè, & ſpiritualiter, etiam in ueteri lege, intelligendam eſſe: nunc autem non ponuntur; quia omnia ſpiritualiter, & dogmaticè, quia faciunt fidem, intelligenda ſunt.*

*Decima, poſtponitur etiam quandoque in futuro litera he, vel nun, vt per illam uita, & eſſe ſpirituale, in Chriſti humanitate pandatur, quæ per eandem, in nomine etiam Iehoua poſitam, annuitur, per nun autem pœna ex defectu obſeruantiæ legis, quam vnicè Chriſtus ſeruauit, oſtenditur: hìc autem omnia uiuificantur, & nil pœnale fidei ratione, ex non ſeruata ad unguem lege, relinquitur.*

*Vndecima, ſela preterea frequenter ponitur, vt notet ſententiam valde animaduertendam eſſe, & ad ſpiritualem ſenſum, & ad vitam conferendam æternam: nunc autem non ponitur, quia omnia ſpiritualia ſunt, & per analogiam, Origene, & D. Hieronymo teſte, ad uitam aptantur æternam: editio uulgata etiam interpretatur æternum in pſalmo quinto. & caldeus in pſalmo vigeſimo tertio 30. & item vbique: de hoc vide uerbum 37.61. pſalmi.*

Duode-

*Duodecima inſuper eſt, quæ valde animaduertenda eſt, hæc inquam: ſtatus veteris legis primò corporalia reſpiciebat pro præmio, & pœnam habebant tranſgreſſiones legis: deinde ducebat lex ad Chriſtum, & fide ipſius, & bona volũtate, & cæteris eis, quæ fidem, & bonam volũtatem confirmant, ſalutem ſperare faciebat: hîc euangelio prædicato gratiæ quidem, & in futuro ſæculo gloriæ: quòd ſi deinceps adiutus per gratiam fidelis delinqueret, pœna & temporali, & æterna plectendus erat, ceu hoſtia priuatus ea, de qua ad hebræos dicit Apoſtolus, voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, non relinquintur hoſtia pro peccato: nunc autem, & ſtatui noſtro Eccleſiæ gentiũ, qui quidem non viſu, ſed fide, ceu ſuper ædificati ſuper fundamento aliorum, ſeruantur: datur ẽt ſalutis remediũ, ideſt primę iuſtitiæ charitatis gratia: & deinde, gratia ſpiritus ſancti, qua ita cõfirmatur Eccleſia, vt poſt peccatũ in quocunque caſu, per Chriſti paſſionem in ſpiritu, & Euchariſtiæ ſacramentum, reſipiſcens, remiſſionis, & reconciliationis remedium per pœnitentiæ ſacramentum ſemper inueniat: pœnaſq; cõminatas in Chriſtum patientẽ in ſpiritu, deuolutas eſſe noſtra vulgata Editio oſtendit: quibus omnibus factũ ẽ, vt noſtra editio multùm ſit ab hebraico textu diuerſa. Adde item quemadmodum toto corde .i. ſuperiori rationis uirtute, quæ vna ratione in omnibus*

*nibus eſt, licèt plures reipſa ſint: tota anima, id eſt electiua virtute, in qua diſtinguimur omnes: totis viribus, ideſt interioris ſenſus, quo pariter ſeiuncti ſumus: & tota mente demum, ideſt affectiua intellectus virtute, vna item ratione in omnibus, diligere tenemur Deum ſemper benedictum; Ita & patres, qui in primo per bonam voluntatem ſe exercebant, & non merito, & dignitatis virtute differentes erant, ceu unum omnes ſimul fuerunt: & ſicut anima, vt primò applicatur ad corpus, & illud informat, incipit rationem diſtinctionis ſuſcipere, ita qui gratiam baptiſmalem, uel pœnitentiæ induti erant, & bona efficaciter eligere ex ea valebant, huiuſmodi ceu diſtincti, & ex dilectione, quæ tota anima, ideſt electiua virtute fit, dignitate, & merito diſpares erant; magisq; illi, qui ex ſpiritus ſancti charitatis dono, totis viribus, diſtinctis ab ea, diligunt Deum, diſtincti adinuicem ſunt, vti et merito ſeiuncti noſcuntur: de quibus Chriſtus myſticè dicit, Martha Martha ſollicita es, et turbaris erga plurima: qui verò poſtremò tota Deum diligunt mente, ceu in ſeipſis mortui, & tantùm in Deo uiuentes, vnum ſunt, vnique Deo Chriſto uiuunt, & ſeruiunt: de quibus dicitur, omnes enim, vnum eſtis in Chriſto: & item ſacramenti virtute omnes vnum ſunt, qui de vno pane, & de calice vno participant: & porrò vnum (poſtremò) neceſſarium eſt; Quo fit vt*

*iuxta*

*iuxta ſtatum veteris legis primo, prӕditi dilectionis gradu, vnum dicantur: ſecundo uerò, & tertio pollentes gradu plures: quarto autem gradu inſigniti poſtremò, vnum dicuntur omnes; Idcirco, & gradibus in dictis diſparibus exiſtentes antiqui ueteris legis patres, & noſtri, & textus hebrӕus, & noſtra item editio diuerſo congruè numero & ſingulari, necnon plurali multoties vtitur.*

*Tertiodecima, aduertere lectorem uolo, me in transferendis textus hebrӕi verbis, quorum tempora per addita puncta ab hebrӕis mutantur, non tranſtuliſſe mutata, ſed in ſua origine poſita; ex textu enim editionis uulgatӕ, cui inniti ſacratiſſimi concilii prӕcepto tenemur, non cogimur mutationem factam ſemper ſeruare; nanque multis in pſalmis in ſua origine transfert editio noſtra tempora, quӕ mutata ab hebrӕis ponuntur; vtpote primo in ſexto verbo infra declarando. 25. pſalmi elucet: & in 28. pſalmi. uerbo 11. & in 33. pſalmi uerbo 22: & in 36. pſalmi uerbo 73. 74. & 77: & in 49. pſalmi uerbo 14: & in 51. pſalmi uerbo 26: & in 54. pſalmi uerbo 61: & in 63. pſalmi uerbo 19: & in 77. pſalmi uerbo 80: & in 91. pſalmi uerbo. 15: & in pſalmo. 108. uerbo 51. & in 113. pſalmi uerbo 5: & ſi qui ſunt, ut cӕteros taceam in quibus omnibus locis transfert editio noſtra tempus in ſua origine poſitum, vt dictum eſt, &*

*non*

*non mutatum: quia tamen & ſenſum rationabilem tradit mutatio illa; ideo non ſine mentione multoties facta mutationis illius deſcripſimus uerbum, & mutationis factæ rationem pariter adnotauimus: nec regula illa ſeruandæ ſimilitudinis temporum in contextu uerborum ſufficiens eſt intellectum illius perfectè ſedare, qui omnia & dicta, & pariter ſub ſilentio relicta eſſe rationabili admodum cauſſa in ſacris literis intelligit, tum quia non ſemper etiam ſeruatur illius contextus ratio: vide pro hoc probando uerbum quadrageſimum nonum & 51. 108. pſalmi.*

*Quemadmodum etiam illorum gratia, qui literas hebræas deſiderant, verba hebræa à noſtra uulgata editione diuerſa, characteribus latinis de ſcripta ſunt. Ita prolationis rationem eos (vt poſſunt) habere congruum eſſe cenſeo. Itaque uocalem graui notatam accentu, quæ apud hebræos hain dicitur naribus diſtentis proferes: ʒ. autem, quæ zain dicitur, vt .ʒ.noſtrum: ź que uerò, quæ zade dicitur, vt c. noſtrum longobardè proferes: h. item literæ addita tenuè valde, & gutturis aſpiratione ipſam pronunciandam notat: c. ſimplex autem vt ch: cc. verò fortius eo proferes: ſ c inſuper vt. S. hetruſcè proferes. ſillabamque poſtremò, acuto notatam, produces.*

*Ne autem iterata quàm ſæpiſſime differentia uerba, eadem ſæpius repetita diuerſitatis ratione ad nauſeam vſque lectorem fatigent, hæc vltra prædictas regulas inter cætera huiuſmodi collecta ſunt, vt, quo in loco expoſita ſunt, facillimè queas ſuauiſſime lector inuenire. Bene uale & D. O. M. pro me precibus pulſa.*

*Dicit textus hebræus: editio noſtra ait.*

*Beatitudines: beatus, in pſalmo primo, verbo primo.*

*Omne: omnia, in pſalmo primo uer. 7. in 5. pſal. ver. 13. in pſ. demum. 8. uer. 17.*

*Super: aduerſus, & ubicunque reperies ſuper, in pſ. 2. uer. 8. & in pſal. 3. uer. 5. & in pſalmo. 82. ver. 13.*

*Domini: dominus, in pſalmo 2. uerbo. 14. in pſalmo 8. ver. 2. & in pſalmo 15. uer. 5.*

*Sperant; confidunt, in pſalmo 2. verbo 36. confidentia ſpes in pſalmo quarto ver. 9. in pſal. 35. ver. 20.*

*Ipſi Dauid: Dauid in pſalmo. 3. uerbo primo.*

*Reſpondit: exaudiuit, in pſalmo. 3. uer. 9. & in pſ. 4. uer. 3.*

*Victori: in finem, in pſal. 4. uerbo. 1. in pſal. 38. verbo. 1.*

*In pulſatione: in carminibus, in pſalmo. 4. verbo. 2.*

*Vocarem: inuocarem, in pſal. 4. ver. 3. & pſal. 98. ver. 13.*

In anguſtia: in tribulatione in pſ. 4. uer. 4. & pſ. 7. uer. 19.

Audi: exaudi in pſ. 4. uer. 6. in pſ. 5. ver. 8. et in pſ. 38. uer. 35.

Se parare fecit: mirificauit in pſalmo. 4. uerbo. 12.

Miſericors: Sanctus in pſalmo. 4. uer. 13. in pſ. 15. ver. 24.

Facierum tuarum: vultus tui & ubicunque pariter reperies in pſalmo. 4. uer. 29. & in pſal. 21. ver. 6.

Dolus: doloſus in pſal. 5. uer. 6.

Aeterno: in ęternum in pſ. 5. uer. 34. in pſal. 9. ver. 41.

Sęculo: in ſæculum idem, ut hic ſupra.

Surge: exurge in pſal. 3. uer. 15. & in pſalmo. 11. uer. 18.

Mendacium: iniquiatem in pſal. 7. uer. 39.

Mendacium: iniuſtè in pſ. 68. uer. 4.

Rete: laqueum in pſal. 9. uer. 30. & in pſal. 65. uer. 28.

Summè depreſſum: in tituli inſcriptione in pſ. 15. ver. 1.

Fortitudine: uirtute in pſ. 17. uer. 103.

Exercituum: uirtutum in pſ. 32. uer. 11.

Præcepit: mandauit in pſ. 32. uer. 16.

Salutem: ſalutare in pſ. 49. uer. 52.

Vir: homo in pſal. 61. uer. 10.

Homo: homines in pſ. 60. uer. 7.

*Vocabo: clamaui in pſ.65.uer.41.*

*Intimum: cor in pſ.61.uer.18.*

*Perfectum immaculatum in pſ.63.uer.12.*

*Fuerunt facti ſunt in pſ.66.uer.22.& in pſal.63. uer.21.*

*Sanctitas ſanctus: ut beatitudines beatus Ale. pennæ in pſ.67.uer.54.*

*Circuitibus: in circuitu in pſ.96.uer.4.*

*Statuta iuſtitiæ & ubicunque ſtatuta reperies in pſ.88.uer.65.*

*Iuratus eſt: iurauit in pſ.88.uer.73.& in pſ.94. ver.24.*

*Iurati ſunt: iurabant in pſ.101.uer.21.*

*Valde: nimis in pſ.106.uer.55.*

*Malum: mala in pſ.69.uer.9.*

*Incuruate uos: adorate.pſ.28.uer.5.*

*Abſcondere facies: auertis, pſ.29.uer.19.*

*His itaque ſic prælibatis: reliquum eſt, ut ad quoſcunque ſingulares pſalmos deſcendamus; in quibus, quæ ſuprà dicta ſunt, clareſcent: & differentias utriuſque textus, annotare: & rationes mutationis factæ ab editione uulgata in ſingulari ſubiungere, conabimur. Quæ ut facilius, fœliciusque conſequamur; Deus Optimus Maximus lumen ſapientiæ ſuæ nobis præſtare dignetur, vt, his adductis ad confirmandam eam, quam nuper uniuerſale ſacratiſſimum Tridentinum concilium decreuit, editionem nempè uulgatam catholicam, & incontaminatam, & irrefra-*

*irrefragabilem ueritatem habere, apti futuri ſimus: ac tandem affectus ſedare in ea, ne deinceps tanto ſitis ardore ad requirendam ueritatem textus hebræi, & extollendam eam, ita, vt olim eramus, propenſi ſimus.*

# RATIONES
## DIFFERENTIAE
## TEXTVVM IN
## Pſalmum Primum.

Beatus vir.

*Habet Textus Hebræus*

1 אשרי Aſcré ideſt Beatitudines: æditio noſtra vulgata habet beatus; hac ideo ratione, quia in veteri lege nullus per obſeruantiam legis poterat de lege communi eſſe beatus, nec iuſtus etiam, ſed per fidem in Chriſtum venturum, & bonam voluntatem inefficacem, & legis iuſtitiam imputatiuā iuſtificabatur; ideo textus hebræus in abſtracto beatitudines ponit: nunc autem in æditione vulgata in cōcreto beatus ponitur, quia per conſummatam obſeruātiam legis, vnus Chriſtus, & in Chriſto quilibet Chriſtianus per charitatem exiſtens, & charitatis legem obſeruans, beatitudinem concreatam, & inhęrentem habet.

2 האיש ha iſc, ideſt illius viri: noſtra autem æditio vir tantùm habet: vt quid autem hęc eſt mutatio facta? ex regula octaua, quid ſit dicendum, & pariter ex textus explicatione, elucet.

3 לא הלך lohalách ideſt non ambulauit: æditio vulgata dicit non abijt: hac nempe de cauſſa; prius enim ſola ratio actus tranſgreſſionis legis legem offendebat, quam ambulauit ſignificat: nunc verò in ſtatu gratiæ etiam receſſus primus per malitiam voluntatis efficacis à Deo, contra gratiam noui teſtamenti exiſtens, perpenditur: & reprobos oſtendit huiuſmodi.

4 לצים lezím, ideſt deriſorum: ęditio vulgata peſtilentium, ait, vt innuat damnum, nunc, quod ex deriſio-

riſione egreditur, & malitiam voluntatis, in ſpiritu ini quo exiſtentem, quia peſtis maxima eſt, infidelitate, & vitijs inficiens ſimplices, bonorum deriſio; qui enim vi dent huiuſmodi bonos irrideri, offenduntur, & inficiũ tur: ſic beatus Paulus deriſionem Iſmael perſecutioné interpretatur tacitam: ſicut itaque in veteri lege apertæ perſecutiones ſolæ, & homicidia, re ipſa facta, damnabilia erant, non autem efficax mala voluntas, quam reprimere ex lege communi, & gratia data minimè po terant; ita nunc data gratia actus reprimendi internos, deſideria, & nocendi iniquitas, cuius modi eſt deriſio ad deprimendum facta, reputatur nociua, non prius; de eis nempe dicitur, qui huiuſmodi ſunt, hi ſunt, quos ali quãdo habuimus in deriſum, &c. & de hac dicit beatus Paulus, Chriſtum Iudęis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiã prædicamus; ergo hic non tantum apertæ prædicationes in hæreticorum fauorem, & doctrinã ſapientum mundi contra ſapientiam diuinam nocent, ſed quæcunque minima in fauorem eorum, & diminu tionem auctoritatis Eccleſiæ ſanctæ, hic prohibentur: & quia peſtiferum errorem nutriunt, & à beatitudine huiuſmodi arcent.

5 והיה vehaia ideſt & fuit, quod eſt præteritum in futurum conuerſum: noſtra æditio habet, & erit; hoc ideo enim eſt, quia propoſitum ſeruandi legem, quæ ceù eſt ſuperficies terræ, in qua deffigitur lignum à pſalmo propoſitum, in præterito veritatem habebat, de cuius ſtatu beatus Paulus ait, Nã velle adiacet mihi aqua verò ſapientiæ, ideſt myſteriorum legis potiſſimùm in futuro ſtatu Spiritus ſancti legem ſeruanti promittitur, quam in figura decurſum aquarum appellat pſalmus: adde pariter vt in ſecunda dictum eſt regula; pręteritum enim uerſum in futurum per coniunctioné &, ſignificat, quòd propoſitum in pręterito, & re ipſa in figura in bonis corporalibus eſt completum, in futuro uerò per donum Spiritus ſancti efficaciter in ſpiritualibus bonis, & actu complendum eſſe cenſemus.

6 פלגי paleghé, ideſt riuos: noſtra autem decurſus ait: at quare? nanque riui dicebantur eſſe de ter ra ſignificante ſuperficiem legis, in quibus patres plan tabantur per continuam meditationem legis huiuſmo di, quæ ſpiritum aquarum ſapientiæ diuinę includebat interius: nunc verò iuxta decurſum aquarum, ideſt ſapientiæ diuinæ ſub cortice legis latentem, per donum ſapientiæ datum, in nouo teſtamento plantari debemus.

7 וכל vecol, ideſt & omne; noſtra autem, & omnia dicit; omne enim in ſingulari ideo ponitur in textu hebræo, quia vnica ſalutis via erat, quæ fides erat in Chriſtum venturum: nunc verò in plurali, quia omnia opera, in Chriſti charitate facta, ſanè ſunt grata Deo, & ſeruant facientes illa.

8 Addit æditio noſtra, quæcunque, quod textus hebręus non habet; quia non ſolùm præcepta in lege, ſed & quę ſupererogamus, quæcunque ſint illa in charitate fundata, nunc ſunt accepta Deo: illis autem, quæ in veteri lege erant, vt potè charitate priuati, non merebantur patres.

9 יצליח iazlíach, ideſt proſperari faciet: noſtra auté, ſemper proſperabuntur dicit; ideo enim proſperari faciet ratione bonæ voluntatis in efficacis, quā patres in veteri lege teſte beato Paulo habebant, quī pro huiuſmodi ait, nam velle adiacet mihi: nūc autem & gratiam exequendi actu, quod bona voluntas cupit, habent; ideo proſperabuntur dicitur: textusque noſter addit, ſemper; quia fides non ſemper proſperari faciebat ad vitam gloriæ, quod charitas, quæ noui teſtamenti fructus eſt, facit, & quæcunque in charitate facta: fides etiam proſperari faciebat, quia inſerebat nos Chrīſto, per quem merebamur: nunc autem per proprium opus proſperamur, cùm augemur in gratia.

10 Addit inſuper noſtra æditio, repetendo non ſic: vt oſtēdat nunc dupliciter puniendos, & in corpore, & anima, & temporali pariter, & æterna ea pœna, videlicet, quā

impij deleti temporaliter ſunt, quod prius notum non erat, ſed perdurare in mundo credebantur perpetuò.

11 כמוץ chamoz., ideſt gluma: nunc noſtra æditio ponit, puluis: hoc enim ideo eſt factum, quia gluma erant, ceu infideles ex tritico fidelium in Aegypto excuſſa: nunc autem puluis ſunt, ſapientiæ aqua priuati, & idolorum cultu diuerſo, & terrena tantùm ſapiētes, vt puluis diſiecti ſunt.

12 תדפנו tidephénnu, ideſt proijciet in futuro: noſtra autem proijcit in præſenti habet; quia prius impij in iudicio vniuerſali proijciendi credebātur tantùm: nunc verò & in præſenti pariter tunc temporis, ſcilicet quando æditionis vulgatæ ſtatus exortus fuit, temporaliter proiecti fuere; quia gentilitas, & idololatria, vnde dicebantur impij, eſt omnis pœnitus in regionibus notis ſucciſa.

13 Addit inſuper æditio noſtra à facie terræ, quod textus hebræus minimè ponit; propterea quia non tantùm in iudicio, & in anima proiecti ſunt, vt credebantur à patribus, ſed corporaliter etiam, & temporaliter à facie terræ, ne amplius nominentur in terra, ſunt deleti.

13 לא יאקמו lo iacúmu ideſt non ſurgent, & Caldea paraphraſis in die iudicij magno ait: noſtra verò æditio ponit non reſurgunt; hoc enim ideo dicebant antiqui, Caldęuſque textus propter futuram, quam credebant denegatam eis reſurrectionem æternę uitę: nunc etiam in præſenti, non quidem omnes à diuina uindicta perduntur, quia per iudicium diſcretiuum multi conuerſi de infidelitate ad fidem reſurgunt, ſed ideo nulli dicuntur reſurgere, quia in totum impietatis, & gentilitatis cultus eorum, & titulus perditi ſunt.

14 בעדת baàadháth, ideſt in congregatione: noſtra autē in conſilio dicit: nanque cætus antiquorum cō gregatio aptè dicebatur, qui, vt iumentum in ſtabulo, ob cibum corporeum ſeruatur, ita, & ob corporalia bona promiſſa, in vnum cultum aggregati erant: nunc uerò in conſilio, ut pote diuina præditorum ſapientia,

quæ bona ęterna reſſerat, ponitur.

16 יודע iodheaà, ideſt ſciens in pręſenti: noſtra æditio nouit in præterito ponit; hoc enim ideo eſt, quia vetus teſtamentum uiam iuſtitiæ de ſuo pręſenti pandebat: nunc autem, & ab æterno nouit, & approbauit, quod noſtra ſcriptura reſſerat, & ueteri in teſtamento, quod nunc præteritũ eſt, in præterito cognoſcere fecit.

Quare fremuerunt. **PSAL. II.**

1 Habet æditio noſtra pro titulo pſalmus Dauid, quod in hebraico textu non ponitur; hoc enim ideo eſt factũ, ut dictum eſt in pſalmi titulo primi; quia nunc, gratiã mortis, & reſurrectionis Chriſti habentes, & uitia uincere, & legem decalogi ſeruare, atque idcirco uictorias Chriſti decẽter pſallere poſſumus: quod prius antiquis minimè conueniebat.

*Hab. Tex. Heb.*

2 רגשו ràgheſcu, ideſt tumultuauerunt: noſtra verò fremuerunt habet; ideo enim hoc eſt, quia in veteri lege reprobabantur actus, qui per tumultuare ſignificantur, ex gratia frenandi tumultus huiuſmodi, ſtatui conceſſa illorum, reiecta: nunc etiam ſpiritus fremitus mali reprobatur, ex gratia frenandi illum, teſtamento nouo conceſſa, perque fremitum illum reiecta.

3 ולאמים vléumim. i. populi (potentes ideſt regna): noſtra verò æditio populi habet; hoc enim ideo, quia ſoli potentes Iudaici populi, hebręum ſeducentes populum, digni erant opprobrio, & pœna: nunc verò, & populi ipſi, cùm lumen fidei ex Chriſti prædicatione, & miraculis datum ſit omnibus, quod ſolis principibus noſcendi videlicet Chriſtum, conceſſum erat; de quibus dixit Chriſtus, Nũc autem, & nouerunt opera mea, & oderunt me gratis: de populis autem dictum eſt; ſcio enim quod per ignorantiam ſimplicis negationis feciſtis, ſicut & principes veſtri, per eam prauè, ex ſententia mortis in ipſum concluſa, diſpoſiti; ideo omnes beatus Petrus concludit ſub peccato, dicens, Conuertimini

uertimini

uertimini igitur &c.

4 יהגו iéheghu, ideſt meditabuntur: noſter verò meditati ſunt ait, vt oſtendat hebręorum, & veteris teſtamenti reſpectu hanc meditationem futuram eſſe: nunc verò potiſſimùm tempore, in quo æditionis noſtræ virtus incepit, in præterito decenter factam, explanat eam.

5 ריק ric, ideſt inane: noſtra verò ait inania; quia prius vnum præcipuè opprobrio dignum erat, mors Chriſti videlicet, & fidei abſentia, cum bona voluntate illius, per quam ſaluabantur prius: nunc etiam plura opprobrio digna ſunt, à lege videlicet, & ſacramentis exolui, quæ digna ſunt pœna; quia nunc ad ſalutem ſunt neceſſaria illa.

6 יתיצבו ithiâzzeuu, ideſt cõſtabunt ſe: noſtra verò aſtiterũt ait; ideo enim eſt, quia ꝑ electionem malæ voluntatis affectiuæ contra bonam voluntatem illam, quam poterant habere, quæ prius reprobabatur, conſtabant ſe ſcilicet inuicem diſponentes in Chriſtum per malam voluntatem: nunc etiam per actũ ex mala voluntate efficaci contra gratiam operis noui teſtamenti, quod aſtiterunt ſignificat, digni ſunt opprobrio, & pœna.

7 נוסדו יחד nóſedhu iáchadh ideſt conſiliati ſunt inuicem: noſtra verò ait, conuenerunt in vnum: hoc ideo; quia prius in conſulendo, ratione electionis affectiuæ virtutis, quam bonam habere poterant in veteri lege, digni erant opprobrio: nunc etiam ratione actus conueniendi ex gratia noui teſtamenti, quæ dat virtutem exequendi legem, & actus quoſque internos, & externos reprimendi malos.

8 על áal ideſt ſuper: noſtra verò editio habet aduerſus: prius etenim infidelitate, tunc reprobata, fidem, quæ ceu ſuper dominum eſt, ideſt contra conſilium, & mentem eius ſe conſtiterunt: nunc odio contra charitatem aduerſus ſpiritum charitatis eius, quæ propria eſt teſtamento nouo, ſteterunt, quod aduerſus ſignificat.

9 על áal, ideſt ſuper: noſter verò textus habet aduerſus dic, ut hic ſupra.

10 ננתקה nénatteca, ideſt ſoluemus: noſtra dirumpamus ait: ideo, quia prius ratione quadam, ſe ſoluturos eſſe à lege noua, lege adhuc veteri habente vim: nunc verò lege deleta, vlla ratione moti ſunt, quaſi violentia ſe vincula dirupturos eſſe ſignificat.

11 ונשליכה venaſclicha, ideſt proijcere faciemus: nunc noſtra & proijciamus dicit, vt oſtendat conatum illum proijcere faciendi à mala voluntate, quæ in lege veteri extabant: nunc etiam ſimplex proiectio legis ex humeris proprijs, vt ſuprà ad ſextum, & ſeptimum differens verbum dictum eſt: & iuxta regulam pariter ſextam explicatam cenſeatur.

12 עבתימו áauothémo, ideſt funes eorum: noſtra verò iugum ipſorum ait; quia plura erant prius durè vincientis legis pręcepta: nunc verò vnum habemus iugum charitatis ſuaue.

13 ישחק iſchac, ideſt ridebit: noſtra irridebit habet: quia vetus actum, noſtra autem & indignationem voluntatis efficacis in noua lege reprobabilem eſſe exprimit.

14 ארני Adhonái, ideſt domini mei: noſtra verò & dominus habet prius, vt oſtenderet pluralitatem perſonarum in illo, ut à populo veteri cognoſceretur filius, per quem ſaluandus erat, diſtinctus à patre, & ſpiritu ſancto: nunc verò ſic loquitur, vt explanet omnem deitaté in Chriſto eſſe per donũ ſpiritus ſancti ſignificatum per &, ab ipſo manantem in nobisque cognitum, qui eſt dominus, ad tribunal gratiæ ſedens: de quo dicit Apoſtolus, In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & ſede ad dexteram meam: deinde prius dicebat mei, vt ſingularem Dauid, & populi Hebręi illum oſtenderet: nunc verò eſt dominus omnium.

15 באפו beapó, ideſt in indignatione ſua: noſter verò textus habet in ira ſua: Cùm duo iudicia ſint ab

ſoluenda à Chriſto,alterum diſcretiuum , alterum ve-
rò punitiuum,primum in veteres patres,vt teſtamento
nouo proprium , in indignatione , & ſpiritu vindictæ
contra voluntatis malitiam , ex iuſtitiæ defectu abſol-
uendum eſt:nunc ex eodem in ira teſtamento propria
nouo,quæ mitior eſt indignatione,loquetur ad eos ex
charitate,vt ad nouum pertinentes ſtatum.

16 ובחרונו vuacharono ideſt & in ira ſua : noſter verò
textus habet & in furore ſuo : prius ex chri-
tatis defectu,contra quem mitius agere in punitiuo iu-
dicio,quia proprium non erat veteri teſtamento ſed no-
uo:nunc autem acrius in eos iudicium fit, ex charitate,
quam poterant habere,reiecta,qui ad nouum teſtamen-
tum ſpectant.

17 יבהלמו ieuaalémo ideſt terrebit eos : noſter verò
textus conturbabit eos ait: prius enim terro
re , veteri teſtamento proprio, terribit eos : nunc illos
ex charitatis carentia,propria teſtamento nouo, turba-
tos, corripiens , conturbabit eos.

18 ואני נסכתי מלחי vaaní nasáchti malachí, ideſt &
ego principem conſtitui regem
meum.noſtra verò ęditio ait , ego autem conſtitutus
ſum rex ab eo:prius enim pater erat , conſtituens filiũ,
expreſſus: nunc autem filius idem cum patre in eſſentia
exprimitur,cum dicit vterque,ego autem, conſtitui ve-
tus, & noſter conſtitutus ſum,dicit.

19 קדשי codhſci , ideſt ſanctitatis meæ : noſter verò ait
ſanctum eius:dic vt ad primum primi : & quia
mons Syon,qui fidei eſt, & oſtenſionis Chriſti, erat pa-
tris,qui in propheta loquebatur idcirco meæ ait, uunc
ſpiritus filij oſtendens montem illum eſſe patris, ideo
eius ait.

20 אספרה אל חק aſápera el choc,i. narrabo ipſo ſta-
tuto:noſtra verò dicit, prædicãs p̃-
ceptum eius; quia futurum erat in veteri lege: nunc ve
rò præſens: & item ſtatuto legis cęremonialis , in qua
includebatur myſterium hoc Chriſtum nempe eſſe fi-

lium

lium Dei, paſſurumq́ue, & reſurrecturum eſſe; & ideo, Chriſtus reſuſcitatus, figuras appropriatas morti, & reſurrectioni ſuæ explicauit, ut ſe verè eſſe, quem ſcripturæ prædixere, oſtenderet: nunc verò, hoc eſt præceptum nouæ legis, filius ſcilicet meus es tu: quod legis ſpiritus eſt, & myſterium ſub lege reconditum.

21 Noſtra æditio addit tibi, vt iam expreſſum filium, cui Deus erat daturus gentes in hęreditatem, oſtenderet: qui prius explicatus non erat.

22 תרועם terohem ideſt conteres eos: noſtra verò reges eos, inquit; hoc ideo enim, quia lex vetus multam duritiem habebat ad transgreſſores corporaliter conterendos: noua verò lenitatem dulcis regiminis prę ſefert, virgamq́ue ferream comminatione ſubinfert, incredulosq́ue, & obſtinatos poſtremò confringens.

23 Addit ęditio noſtra &: prius non uidebatur pęna prima à ſecunda diſtincta: nunc verò diſtinguitur, vt ſuprà híc explicatur.

24 השכילו hascílu ideſt intelligere facite: noſtra verò intelligite ait; quia in veteri lege munus maiorum erat docendi populum fidem: nunc omnes eam ex ſe labere poſſunt, vt verum ſit illud, non docebit vnuſquiſque proximum ſuum, dicens cognoſce dominum; omnes enim ſcient me à maiore vſque ad minorem, quod verbum intelligite annuit: dic etiam, ut ſexta in regula adnotatum eſſe meminimus.

25 הוסרו hiuuaſerú, ideſt caſtigamini vos: noſtra verò erudimini dicit; quia prius præceptum erat, quo inſtrueretur voluntas, vt rectè ſe in bonum opus induceret: nunc verò etiam ad actum paſſiuum dirigimus. quem poſſumus per gratiam noui teſtamenti elicere, electiuam virtutem, quam erudimini verbum nobis ſignificat.

26 שפטי ארץ ſcóphete árez ideſt ò iudices terrę: noſtra verò qui iudicatis terrã habet; hoc ideo enim, quia muneris titulo gloriabantur antiqui: nunc verò ex opere, quod ex charitate præſtare nunc poſſumus

mus,iudicis dignitas eſt veneranda.

7 Noſtra æditio addit ei, vt oſtendat dominum noſtrum
eſſe Chriſtum, cuius ſpiritum charitatis accepimus,
quo extultare poſſumus ei qui ſpiritus quidem veteri
ſtatui deficiebat.

8 וגילו ב veghilu bi,ideſt & lętamini in: noſtra verò
& exultate cum; nanque in ſignificat inſtru
mentũ fundamẽti actus lętitiæ, quod tremor eſt, quem
uoluntate bona in ſeruantibus legem ſequebatur læti-
tia, quæ eſt effectus iuſtitiæ, quæ erat tremoris ; tre-
mentes enim,& legem in tremore ſeruantes, lętabãtur:
nunc verò exultamus ex charitate ſpiritus ſancti,& exul
tationi addimus tremorem ex reuerentia.

9 נשקו בר náſcecu barideſt adorate purè, vel oſcula-
mini filium, iuxta duplex ſignificatũm:na-
ſacc,& bar:& Caldęus ait,recipite doctrinam: noſtra ve
rò apprehendite diſciplinam ait; quia prius erat præce
ptũ adorandi;ſeu exoſculandi qđ adorationis eſt actus:
bar, ideſt purum,vel purè, vnde bara creare, & purum
eſſe dare ſignificat,vel filium purum,uel pactum; vnde,
Berith,quod pactum ſignificat,vel demum frumẽtum,
vt ad propoſitum ſufficit,ut pſalmus 71 ait, vaichi pi-
zat bar, ideſt & fuit bucella frumenti, quibus omnibus
intelligimus bar eſſe filium Dei puriſſimum, in bucel-
la accidentium frumenti abſconditum:quem prius ado
rare præcepit ſpiritus ſanctus, ut fidem proteſtaremur
illius,cultum ei latriæ deferendo, & proteſtando eum
eſſe filium Dei: & ſimul exoſculari præcepit illum,& ſpi
ritum in eius obſequium dirigere,ut eius amorem, at-
que tutelam in nos ſeruaremus : nunc autem hæc non
tantùm officia cultus erga illum præſtare debemus: ſed
rurſus,& addere diſciplinam oportet, vti per eam re-
miſſionem delictorum,poſt baptiſmum factorum,con-
ſequamur, atque doctrina, ideſt euangelica legis, &
ſpiritu illius accenſi,caſtigemus corpus, & in obſequiũ
Chriſti redigamus illud;ideo vltra genuflexionem in
ſignum adorationis, & exoſculationem manus. in ſignũ

oſculationis filij, addimus tonſionem pectoris, proteſtando peccaſſe, & remiſſionem quærere: poſtremò in lege charitatis deinceps proteſtando victuros: quod non dabatur in veteri lege.

31 פן pen, ideſt fortè: noſtra verò nequando; quia prius ſemper erat iraſcendi tempus Deo ratione temporalis iudicij, ſed actus iraſcendi non ſemper, quod annuit hoc aduerbium fortè: nunc verò tempus acceptabile gratiæ datur, & tempus vindictæ in iudicio ſingulari in morte, & vniuerſali, & pœnæ æternæ ſeruatur: quod ſicut per noctem ſignificatur, de qua dicitur, venit nox, quando nemo poteſt operari, ita & præſens figuratur per die͂, de quo ait Chriſtus, Me oportet operari &c; donec dies eſt.

32 יאנף iécenoph, ideſt iraſcetur, noſtra verò iraſcatur habet, hoc enim propietas linguarum parit: nanque ipſi cùm ſubiunctiuo deficia͂t, vtuntur futuro indicatiui, pro eo: nos autem modo proprio ſignificato decenter vtimur.

33 Addit æditio noſtra dominus, vt exprimat quis iraſci debebatur: nanque Chriſtus dominus noſter factus ille eſt, qui in veteri lege minimè cognitus erat.

34 ותאבדו דרך vethóuedu dhérec, ideſt & perdemini via: noſtra verò & pereatis de via iuſta: hoc enim ideo eſt; quia prius non erat nota ſalutis via, ſiue illa legis: & ſiue amplius fidei via: nunc autem ex gratia iuſtitia eſt ſalutis via; propterea addit, de via iuſta.

35 כמעט cimäát quaſi nihil: noſtra verò in breui: hoc enim exprimit, quid per quaſi nihil innuere velit.

36 אפו apo, i. furor eius, noſtra verò ira ſua dicit; quia prius in furore diſcerne͂tis iudicij co͂tra tranſgreſſores legis diuinæ, quod, ſeparando oues ab hædis, fiet: nunc verò in eodem, & ſententiæ poſtremæ iudicio in ira, quæ mitior eſt furore, contra legem facientes, condemnauit ad nouum pertinentes ſtatum.

7 אשרי aſcré ideſt beatitudines : noſtra verò beati ait, quia prius ea abſtracta ab illis ꝑ fidē beati erāt in veteri lege:nunc verò concretè in nos hæc beatitudo per iuſtitiam inhærentem deſcendit.

8 חוסי chóſe, ideſt ſperantes:noſtra verò ait, qui confidunt:ſpes enim qua gratiam infundi ſperabant, prius ſine charitate baptiſmali erat:nunc autem, confidentia charitatem concernit; ac præſupponit, quæ propria eſt baptiſmalem habenti gratiam.

Domine quid multi. **PSAL. III.**

1 לדוד lè daúd, ſine iod : & ita vbique in pſalmis eſt ſcriptum, noſter verò, Dauid cum iod ſcribit, vt pariter in hebręo Parali. liber. Itaque quia iod diuinitatem Chriſti ſignificat: prius enim Dauid ſine iod ſcribebat, quia ſecundum humanitatem Chriſtum antiquorum obiectum ſignificabat : nunc autem cum iod ſcribitur, quia ſecundum diuinitatem, quæ noſtrum ſalutis obiectum eſt, ipſum ſignificat: *Hab. Tex. Heb.*

2 מה ma, ideſt quantum:noſtra verò quid dicit : nanque quātum magnitudinem tribulationum ſine cauſſa tanta ſignificat, quid verò, nullam cauſſam multiplicationis earum præceſſiſſe:quod ſanè primis illis Eccleſiæ noſtræ patribus conuenit.

3 צרי Zarai, ideſt anguſtatores mei : noſter verò ait, qui tribulant me : prius ſpiritum peccatis obnoxium tribulationes afficiebant anguſtia:nunc tribulant corpus tantùm, vt affatim perdant ipſum, poſtea quàm ſpiritum interimere minimè poſſunt.

4 עלי àalái ſuper me:noſter verò ait, aduerſum me prius præualentes, infidelitate contra fidem, quę ſuper me fundatur, erant nunc contendentes tantùm aduerſum me, & proſequentes odio ſunt; & ut ad octauum ſecundi pſalmi dices.

5 Noſtra editio addit eius, quia prius Deus pater abſolutè, & vindictæ dicebatur:nunc dicitur Deus filius eius,

ideſt

ideſt Eccleſiæ noſtræ per gratiam charitatis datam adiutor,& protector.

6 סלה ſela Textus hebręus poſuit, ante tu autem, vt ad notaret ſpiritualem quandam ſalutem, & æternã à corporali diſtinctam; ideo ſicut prius , & corporalis vt plurimùm,& ſpiritualis quandoque attendebatur ſa lus:nunc verò,cum omnis ſpiritualis ſit ſalus, nõ opus eſt amplius diſtinctiua ſalutum particula, quę ſéla eſt, vt vndecima in regula dictum fuit.

7 מגן בעדי magen baàadhí, ideſt ſcutum ſuper me:noſtra verò ſuſceptor meus es dicit: prius .n. Deus,ne corporaliter vincerétur fideles, protegebat externæ , quod munus ſcutum ſignificat; nunc verò virtutem ſpiritualem tribuit,ne etiam, ſi corporaliter vincar,commouear,quàm quidem ſuſceptor ſignificat.

8 אקרא echrá ideſt vocabo : noſtra verò clamaui dicit; quia prius ratione meriti ex obſeruatia legis exaudiri aroganter ſperabant,quod annuit vocabo: Eccleſia noſtra autem, expoliata omni aroganti fiducia meriti proprij,ſecuta eſt Chriſtum, qui , vt beatus Paulus dixit de eo expolians ſcilicet ſe omni fiducia excellentiæ propriæ , principatus, & poteſtates traduxit cõfidenter palam triumphans illos:& pariter in cruce clamans,noſtris onuſtus peccatis , exauditus eſt:

9 ויענני vagiaáneni:& reſponderit mihi , quod eſt futurum in præteritum conuerſum : noſtra verò & exaudiuit me ait;hoc enim ideo eſt,quia ex futura exauditione,qua poſterius exauditus eſt Chriſtus pro patribus, præterita ſalus iam fuit participata ab ipſis , quia agnus occiſus eſt ab origine mundi virtute : nunc verò etiam exauditio præterita eſt:& ad hæc ex fide reſpondit ; vt ſecundum textum noſtrum exaudiret ex charitate.

10 קדשו codhſcó ideſt ſanctitatis ſuæ , Caldęus ſanctuarij:noſtra verò ſancto ſuo;quia prius ſanctitas erat in contracta ad patres : nunc verò per Chriſtum,qui ſanctus ſanctorum fuit,ſanctitatem contractã ad

ad homines applicat, atque, ut hoc efficiat, nunc huma
nitate, vt noſtris peccatis onuſtus, ſe ipſum ſanctum vt
Deum exorat.

1 סלה ſéla Textus hebręus habet ante ego:eadem ra-
tione qua, & hoc in pſalmo dictum eſt in ver-
bo ſexto.

2 שכבתי ſachaſtti ideſt accubui:noſtra verò dormiui,
dicit, vt per accubui pręparationem ad mor-
tem oſtenderet, præuenientem eam : nunc dormiui ex
ea, iam in præterito facta, dicit.

3 ואישנה vaiſcána : & dormiam, quod futurum eſt in
pręteritum conuerſum: noſtra verò, & ſopora
tus ſum ait:dic hic ad plenum, ut quinta regula docet.

4 הקיצותי hechizóthi experrectus ſum:noſtra verò ait
& exurrexi:prius enim ratione humanitatis
ad corporalem vigiliam, & vitam experrectus eſt, qua
corporaliter viuere poſſet:nūc verò eadem humanitas,
non tātùm euigilauit, & ſurrexit, ad vitam corpoream,
ſed ad glorioſam, & immortalem per ſpiritum ſanctū,
quo nos ad eandem reſurgere poſſumus, ſurrexit.

5 יסמכני iſmecheni, ideſt ſuſtentabit me noſtra verò ſu
ſcepit me ait:prius enim ſalus corporalis quę
rebatur, quam ſuſtentatus, ne delinqueret, ſuſcepturus
erat reſurgendo:nunc hac ratione, quia dominus ſuſce
pit me, ne etiam patiens in ſpiritu, & quoquo pacto
in meis declinans, commouerer:quod proprium eſt ſta
tui noſtro.

6 אשר סביב שתו aſcer ſauiú ſcáthu ideſt qui circum
poſiti ( ſuper me ) fuerunt: noſtra
verò dicit : circundantis me : prius enim circundede-
rant multi Dauid, & ſpiritum Chriſti in eo: nunc verò
poſt paſſionem in præſenti circundant Chriſtum in
Apoſtolis : & prius priuatis rationibus, & ſingularibus
perſequebātur, quod pluralis numerus ſignificat: nunc
autem conſenſu vnito, cuius ratione perpetuò ſalute
priuatus eſt, vt populus vnus hebręus, licet multi ſingu
lariter ſeruentur, ut pſalmus 2, .dicit.

17 קומה chumá,ideſt ſurge:noſtra verò exurge ait: dic, vt ad quartumdecimum dictum eſt.

18 יהוה oicuái,ideſt ini micos meos: noſtra verò aduerſantes mihi: prius per malam voluntatem inimici,quam bonam erga proximos habere poterant: nunc actu aduerſantes per carentiam Iuſtitiæ , qua actum bonum & efficaciter eligere, & re ipſa perficere poſſumus, puniuntur à Deo.

19 לחי lehi ideſt maxillę : noſter verò ſine cauſſa ait; quia prius Dauid rubore,qui in maxilla apparet, ſuffundi fecit aduerſantes , maiorem cauſſam punitionis in ſeipſis,quàm in Dauid habere oſtendens,per vindictam in eos factam:in Chriſto autem, & in apoſtolis nulla vindictæ cauſſa erat.

20 רשעים reſcaiim,ideſt impiorum:noſter verò ait peccatorum:dic quod in ſeptima dicitur regula.

21 ליהוה iehoua.i.domino:noſter verò ait domini:prius domino inherat ſalus ; quia ſalus Dauid,& cęterorum patrum antiquorum fidelium in ſalutem Chriſti redundabat ; nam de liberatione populi hebręi ex ægypto dicit Spiritus ſanctus,Ex ægypto vocaui filium meum:nunc verò domini quidem eſt ſalus, vt in noſtrã redundet ſalutem,ſicut ſeruus domini, qui ſeruit, domino præcipiente familiæ.

22 סלה ſéla in vltimo pſalmi Addit ratione in vndecima regula dicta.

## Cum inuocarem. PSAL. IIII.

*Hab. Tex. Heb.* 1 למנצח lamnazzéach ideſt victori: noſter verò in finem ait; nam canticum hoc militare victoriæ Chriſto victori quò ad humanitatem , qui finis eſt veteris teſtamenti,dicatum eſt: nunc verò in finẽ, ideſt futuræ æternę gloriæ,& Chriſti, qui erit obiectum beatitudinis noſtræ quò ad diuinitatem ait, quæ finis noui teſtamenti,rationabiliter dicitur.

2 בנגינות binghinóth, ideſt in (mannuum) pulſationibus: noſter verò in carminibus ait, quia prius legis obſeruantia, quæ per manuum pulſationem ſignificatur, erat ratio, quare exaudiremur à Deo; dicebat enim, Si præcepta mea ſeruaueritis, bona terræ comedetis: nũc autem dicitur inuocabit me, & ego exaudiam; licet enim mandatorum requiratur obſeruantia ad decenter laudandum Deum, & ſanctitas etiam à commixtione mulierum, non tamen ea eſt potiſſima ratio quare exaudiamur, ſed ea iam dicta, quæ in carminibus laudum eſt.

3 בקראי ענני becorí àanéni, ideſt in uocando mei reſponde mihi: noſter verò ait, cum inuocarem exaudiuit me; ideo enim pro futuro, & in ſecunda perſona exaudiri petebant patres, qui prius per fidem, quæ erat eis iuſtitia propria, erant ſpiritualiter coniuncti cum Chriſto in inſtanti orationis illius, in cruce edendæ; nos verò, qui baptiſmali charitate iuſti ſumus, nõ eramus in Chriſto vt Deo tũc tẽporis, ſed ipſe orabat, & nos in ipſo orabamus, vt abſentes ab eo, charitate, quę Spiritus ſãcti eſt donum, quo inſerimur Deo, priuati; ideo prius in ſecunda ꝑſona, & in futuro: nũc verò in tertia ꝑſona, & in præterito dictũ eſt hoc.

4 בצר bazar, ideſt in anguſtia: noſter verò in tribulatione ait: prius anguſtia afficiebatur ſpiritus in tribulatione charitate priuatus: nunc verò ea indutus, minimè, ſed corpus tantùm tribulationem patitur.

5 הרחבת hirchautta, ideſt dilatare feciſti: noſtra verò dilataſti ait: quia prius volũtate bona, qua, bonam in me voluntatem generans, dilatare feciſti me, tribuens vim electiuæ virtuti, quæ facit operari virtutes: nunc autem per Spiritus ſancti donum, quod donat perficere actu, quæ electiua vis eligit; ideo dilataſti per charitatem mihi.

6 ושמע ſcémaà ideſt audi: noſter verò exaudi ait: prius per fidem, & orationem Chriſti exauditã audi: nunc per charitatem, inexiſtentem mihi, exaudi

7 איש iſc ideſt viri :noſter verò hominũ ait; quia prius viri vnius in fide generis. Abraam, ſequentes fidẽ illius, dicebantur: nunc verò hominum ait, quia ſequun tur mores mundanorum diuerſorum in fide innitentes Romanis, amiſſa fiducia in Chriſtum.

8 כבודי לכלמה cheuodí lichlimá ideſt gloriam meam ignominiæ, ideſt vertetis: noſter verò ait, graui corde, de eis enim prius conquere batur, quia Chriſtum, qui eſt gloria patris, in ignominiam vertebant, ad ſignificandum indignationem non exiſtentem expreſſam: nunc verò ea completa, quia indurati ſunt corde, ex deſiderio ſalutis eorum conqueritur.

9 תאהבון teéchauun ideſt diligentis: noſter verò diligitis ait: vt ſuprà in regulis dices.

6 תבקשו teuacſcú, ideſt quæretis: noſter verò & quæri tis ait: vt in regulis dices: & prius vna erat ratio ruinæ eorum infidelitas ſcilicet: nunc duplex eſt infidelitatis videlicet & charitatis legis reiectio: de quo vide in pſalmi expoſitione.

11 סלה ſcéla, Addit textus hebręus ante & ſcitote: vt in regulis dices.

18 הפלה hiphlá ideſt ſeparare, vel occultare facit: noſter verò mirificauit ait; qui enim in cœlum collocauit eum, ſeparauit eum à mundo: & nunc exaltauit pariter eum, vt Deum per ſpiritum ſanctum oſten deret illum.

13 חסיד chasíd ideſt miſericordem: noſter verò ſanctum ait; quia prius ſacerdotis munus erat orare pro ſe, & deinde pro populo pro miſericordia exoranda à Deo; quia Beatus Paulus dicit, & ipſe circundatus eſt infirmitate, hoc enim fecit Chriſtus, quò ad humanitatem, ſemel ſe offerendo: nunc verò ſanctus, impollutus, & excelſior cœlis eſt factus, Deus oſtenſus.

14 לו lo ideſt ſibi: noſter verò ait ſuum: prius enim ad cultum debitum ſibi exhibendum præſto Chriſtus erat: nunc verò ſuum dicit, quia & per ipſum nobis Spi

ritum

ritum ſanctum donans, ſuccurrit Deus.

5 ישמע iſcmàà ideſt audiet: noſter verò textus exaudiet ait: vt ad ſextum dices.

6 Addit editio noſtra me poſt exaudiet; quia prius Eccle ſia, charitate Chriſti priuata, de lege cõmuni non exau diebatur, ſed Chriſtus tantùm: nunc autem per donum S. ſancti & illa exaudiri per ſeipſam poteſt.,

17 בקראי be corí ideſt in uocando mei: noſter verò ait cum clamauero: prius quaſi per propriam arrogantem iuſtitiam: nunc verò ſola fiducia ad miſericordiæ tribunal clamamus, & gratiæ.

18 רגזו rig3 ú ideſt tremite: noſter verò iraſcimini ait: prius timore pœnæ, ne ab obſeruantia legis per Chriſtum offenſum cadatis, tremite: nunc ex paſſione quidem iraſci permittitur, ne tamen peccatum deſiderij vindictæ incurrite.

19 ואל תטאו veal tèhetáu ideſt & ne peccabitis: noſter verò ait, & nolite peccare: prius actu: nunc voluntate efficaci etiam per donum Spiritus ſancti contraniti debetis peccatis.

20 אמרו imrú ideſt dicite: noſter verò ait, quæ dicitis: prius enim peccatum, & electio voluntatis efficacis peccandi, & commiſſio peccati, vt ex electiua huiuſmodi virtute procedens, damnabilia non erant: nũc verò etiam peccatum per actú committẽdi commiſſum ſuprà relatum damnabile eſt: vide pro hoc duodecimam regulam.

21 בלבבכם על משכבכם biluauchèm àal miſcccau chém: ideſt in corde veſtro ſuper cubili ueſtro: noſter verò in cordibus veſtris & in cubilibus veſtris ait: prius enim in corde vno per fidem in qua conueniebant patres, & quò ad cõmunitate dicebat: nũc verò in cordibus propter ſingulares perſonas, quæ, lamentantes ſe, peccant, & ex ſingulari gratia cuique oblata, reiecta.

22 ודמו ve dhómu ideſt & tacete: noſter verò compungimini ait: prius enim ſatis erat tacere externè di

ctum in corde, & in cubili: nunc verò etiam compũgi neceſſe eſt; quia huiuſmodi peccatum nunc eſt.

23 סלה séla ante ſacrificate Addit textus hebręus ratio ne dicta vt ſuprà in regulis.

24 זבחי ʒiuche ideſt ſacrificia: noſter verò ait ſacrificiũ, prius plura erant ſacrificia propter pluralitatem præceptorum legis ſcriptæ: nunc verò vnum propter vni tatem præcepti charitatis eſt, & ſacrificia plura multiplicis charitatis virtutis actiuæ: in proximum: nunc vnum præcipuum contemplatiuæ virtutis ideſt charitatis in Deum.

25 ובטחו vuitchú ideſt & cõfidite: noſter verò & ſperate ait: prius in fide & bona voluntate fidendum erat: nũc, in charitate fundati, ſperare debemus, & prius fiducia virtutis actiuę in charitate in proximum funda ta: nunc ſpe ſuper omne creatum in Deum fundata: vide pro hoc duodecimam regulam.

26 יראנו iarénu ideſt videre faciet: noſter verò oſtendit ait: vt in ſexta regula dices: & prius per teſtamẽ tum vetus: nunc Ioan. Baptiſta per ſe, & Eccleſia.

27 טוב tóu ideſt bonum: noſter veró ait bona: prius vnum bonum, per vetus teſtamentum oſtenſum, Chriſtus eſt: nunc verò multiformis ſapientiæ, & donorum Spiritus ſancti plura ſunt bona.

28 נסה néſa ideſt ſigna (velut eleuando vexillum); ideo Caldęus ait leua: noſter verò ſignatum ait: prius, quia pater in futuro ſignificaturus erat, ſic dicebatur: nũc verò in præterito in cruce, & in ſacramento in veri tate ſecreta, & ſubaccidentibus, adumbratum paſſiuè oſtenditur lumen.

29 פניך panécha ideſt facierum tuarum: noſter verò ait vultus tui: prius bonorum corporalium, & ſpiritualium, quæ quęrebãtur prius: nunc ſpiritualis, & æter ni, quæ vnum ſunt in re.

30 מעת דגנם me èeth déganam ideſt à tempore (quo) frumentum eorum: noſter verò ait à fructu frumenti: prius quando dicto tempore multipli-

multiplicati ſunt fideles Eccleſiæ noui teſtamenti, ſpiritus Eccleſiæ veteris teſtamenti lętitia affectus eſt; quia morté Chriſti oſtendunt, cuiuſque fide ſeruabantur; & ſpe futuræ ſalutis cubabant, & dormiebant patres per mortem in ſpe æternæ gloriæ: nunc verò non ex paſſione Chriſti, quę eſt principium multiplicationis eorum, multiplicantur, ſed ex fructu dictorum: & pariter lætitia guſtantes quàm ſuauis eſt dominus, per ſpem viuam futuræ reſurrectionis viuunt, & moriuntur in ea.

31 ותירושם vetiroſcám ideſt & muſtum eorum: noſter verò ait vini, prius in primitiua Eccleſia ceu muſtum, & uinum recens ſacramentum ſanguinis die iouis ſancti conſecratum, oblatum, & diſtributum erat in memoriam paſſionis diuinæ Chriſti tunc oſtenſę: nunc vini, omni tempore oblati in memoriam perpetuam præteritæ, per noſtram Eccleſiam oblatio fit.

32 Addit æditio noſtra, & olei ſui: quia donum Spiritus ſancti ſignificatum, per &, datum per illud, noui teſtamenti Eccleſiæ proprium eſt, non ueteri de lege communi conceſſum.

33 יחדו iaahdháu ideſt ſimul: noſter uerò ait in idipſum: prius ſimul ideſt cum eo quaſi ſeparatus, ſed propinquus per fidem: nunc in idipſum per charitatem exiſtens.

34 אשכבה ואישן eſceceuá ueiſcán ideſt accubabo, & dormiam: noſter uerò dormiam, & regeſcam ait: quia prius per ſpem in fide fundatam poterat & mori per cubitum, & demorari in morte in ſpe futuræ reſurrectionis, non poterat tamen à pœnis purgatorij tempore illo quieſcere; nam & Machabęi, ad ſolam ultimam reſurrectionem ſpectantes, per ſpem, & mortuorum ſuffragia, requieſcere ſperabant ab eis, dicente Spiritu ſancto iuſtè, & religioſè de reſurrectione cogitans: niſi enim eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum uideretur, & uanum orare pro mortuis: nunc uerò pro ſtatu iſto, & dormire

per mortem in ſpe æternæ reſurrectionis, & requieſcere à purgatorij pœnis ualemus.

35 לבטח la bétach ideſt confidentiæ: noſter uerò in ſpe ait: prius ſuper fide, & bona uoluntate fundata cõfidentia erat: nunc in charitate Spiritus ſancti fundatur ſpes, de qua ad Rom. 5. Beatus Paulus ait, Spes autẽ non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: & ut ad uigeſimumquintum uerbum dictum eſt, dices.

36 תושיבני toſiuéni ideſt habitare facies me: noſter uerò ait cõſtituiſti me: ut ſuprà dices, & prius per aliquod tempus, tunc immobiliter fixum conſtituiſti me.

Verba mea. PSAL. V.

*Hab. Tex. Heb.* 1 למנצח lamnazzeach ideſt uictori: noſter uerò ait in finem: ut in primo præcedentis dices.

2 הנחילות hanéchiloth ideſt hęreditates: noſter uerò quæ hæreditatem conſequitur ait: prius.n. plures erant hæreditates in ordine ad plura præcepta: nunc uerò una, quia unum charitatis præceptum tantũ habemus: & item per uitam actiuam circa plura charitate uerſantem prius: nunc per contemplatiuam unam tãtum ideſt diuinæ uiſionis hæreditatem quærit.

3 אמראי amarái ideſt eloquia mea: noſter uerò uerba mea ait: prius enim per eloquia ex mera ſcilicet gratia profecto dabantur bona: nunc uerò per uerbũ ſuper obſeruantia legis fundatum, ex gratia tamen præcipuè conſequimur bona.

4 הגיגי haghighi ideſt meditationem meam: noſter uerò ait clamorem meum: prius enim meditatione legem ſeruantes, & deſiderio, intellectum petebamus dirigentem in gratiam, qua, quod cupiebamus, aſſecuti ſumus: nunc ex clamore, ſe etiam exterius ſuper obſeruãtiam legis extendente, quaſi præcipuè ex gratia intel-

lectum

lectum gloriæ petimus.

5 הקשיבה hacsíua ideſt intendere fac: noſter uerò ait
intende: ut in regulis dices.

6 שועי ſauii ideſt clamoris mei: noſter verò ait oratio-
nis meæ: prius enim ex clamore Chriſti in cru-
ce, in quo totus inherat mundus per fidem, ex oraue-
runt ceu vt ſui gratiam legis antiqui patres: nunc ve-
rò vltimam beatitudinem uiſionis diuinæ ex ſimplici
petitione ſperamus, uti iam certi de ea impetrata per
Chriſtum in ſpe ſuper fundamentum iuſtitiæ fundata,
qua proximè impetramus etiam reuelata facie gloriã
dñi ſpeculari: de quibus dicebant Chriſtus, Et iam
non dico, quia ego rogabo patrem de vobis; ipſe enim
pater amat vos, quia vos me amaſtis, & crediditis,
quia à Deo exiui.

7 אתפלל etthpallál ideſt orabo me (ad orandum di-
ſponens): noſter vero dicit orabo: ſicut enim
prius in veteri lege ſacramenta non conferebant gra-
tiam ex opere operato, ſed ex diſpoſitione operantis:
nunc in nouo teſtamento ex opere etiam operato, ita &
oratio exaudiebatur ex diſpoſitione volũtatis bonæ ad
orandum: nunc verò ipſa etiã oratio ſicut opus, inexi-
ſtente iuſtitia, placet.

8 תשמע tiſcmáà ideſt audies: noſter verò exaudies ait:
prius ex diſpoſitione voluntatis bonæ audie-
bat, quaſi ſe exauditurum eſſe quandoque annuens: nũc
etiam ex charitate exaudiens actu.

9 אערך eèerach ideſt ordinabor: noſter uerò aſtabo ait:
prius per bonam voluntatem: nunc per charita-
tem & electiuam virtutem aſtabo.

10 ואצפה vaázapé ideſt ſpeculabor: noſter uero uidebo
ait: prius quia non viſio, quæ reuelata fuit
ſpeculatio dicitur, ſed enigmatica contemplatio erat
in ueteri lege, ſicut in prophetis ueteris legis, qui mi-
nus perfectè videbant quàm noui teſtaméti patres, qui
reuelata facie ſpeculantur teſte beato Paulo, dominã
gloriam.

réſcaà

11 רשע réſcaà ideſt impietatem : noſter verò iniquitaté dicit : prius enim ſicut mala erat impietas, quę eſt idololatrico ex cultu peruerſa opinio in Deum: nunc verò, ea in vniuerſum deleta, iniquitas , quæ contra charitatem peccatum eſt, & diuini æquitatem iudicij, regnat in malis chriſtianis.

12 הוללים hólelim ideſt ſtulti : noſter verò ait iniuſti: prius ſtulti diuinitatem Chriſti negabant: de quibus dicitur, dixit ſtultus ( ſecundum textum hebręum) in corde ſuo non eſt Deus: nunc verò etiam iniuſti contra charitatem noui teſtamenti peccantes, coram Deo apparere non poſſunt.

13 כל col ideſt omne : noſter verò omnes ait : prius enim quando omnes ſimul iniquitatem operabantur, Deus eos proſequebatur odio: nunc verò etiam omnes ſingulariter peccantes ex gratia vnicuique conceſſa, reiecta, reprobantur: col item verbũ plurale vt hic coniunctum plurali eſſe apparet.

14 ומרומה mirmá ideſt dolus: noſter verò doloſum ait: prius enim non omnes habentes dolum doloſi dicebantur, & reprobabantur huiuſmodi, ſed quando dolus erat in mala voluntate, & reprobabat habentes, & dolum eos eſſe annuebat: nunc etiam ex dolo exiſtente in inferiori virtute doloſi dicuntur, & ex iuſtitiæ charitatis carentia, quam poſſunt habere, contempta, reprobantur.

15 אשתחוה eſtachaué ideſt incuruabo me(diſponens): noſter verò adorabo ait : prius voluntas erat, qua corpus curuamus: nunc etiam actus, quo & animum humiliamus, approbatur.

16 קדשך codhſcechá ideſt ſanctitatis tuæ : noſter verò ſanctum tuum ait: quia prius ſanctitas illa nõ erat applicata Chriſto: nec rurſus hominibus: nunc verò Chriſto coniuncta, & templum ſanctum factum eſt.

17 שוררי ſcorerái ideſt inſpectores meos : noſter verò inimicos meos ait: prius malitię uoluntatis actus illorum reprobabatur: nunc etiam priuatio charitatis

ritatis

ritatis, quam inimicitia ſignificat, reprobatur ex charitate, quam poſſumus habere, reiecta.

18 הושר hauſcaár ideſt dirigere fac: noſter uerò dirige ait, ut ſuprà dices.

19 לפני דרכך lephanài darccécha ideſt faciebus meis uiam tuam: noſter verò ait in conſpectu tuo uiam meam: quia prius uia legis perfectè ſeruatę à Chriſto, quæ patris erat in conſpectu noſtro quærebatur, ut per eam imputatiuè ſeruaremur, & hìc, & in futuro ſæculo: nunc uerò per uiam charitatis iuſtitiæ, quæ filij, & per obſeruantiā noſtra eſt, dicente ipſo, Hoc eſt pręceptum meum, ut diligatis inuicem, cupimus placere Deo.

20 הו hu ideſt eius: noſter uerò eorum dicit; quia prius in vniuerſùm peccantes, reprobi erant: nunc etiam in ſingulari, ob ſingularem gratiam reiectam.

21 נכונה necona.i. rectū: noſter uerò ait ueritas: qa ſicut prius rectitudinis obſeruantia legis neceſſaria erat primò, ita & nunc fidei ueritas, quia corde confeſſio ad ſalutem, cuique primò eſt neceſſaria.

22 קרבם cirbbám ideſt intimum eorum: noſter verò cor eorum ait, ſecundum declarat primum.

23 הוות hauuót ideſt prauitates: noſter uerò uanum eſt ait: prius prauitas actualis: nunc etiam intentio mala efficax, quę poteſt eſſe nunc bona, perpenditur.

24 לשונם leſconám ideſt lingua ſua: noſter uerò ait linguis ſuis: prius unam infidelitatis linguam contra fidem unam: nunc plures contra fidem uidelicet, & charitatem, & mores.

25 יחליקון iachalicúnideſt lenificabunt: noſter uerò doloſè agebāt ait: prius actus malus reprobus erat: nunc etiam intentio mala efficax in doloſitate ſignificata, reprobari annuitur.

26 האשימם ha áſcimen ideſt culpabiles fac eos cognoſcere: noſter uerò ait iudica: prius per corporalem pœnam cupiebat iudęos ſe eſſe culpabiles ſci

re: nunc uerò iudicari etiam eos in anima; nam iudiciũ eorum & in corpore fuit, atque in anima pariter.

27 יִפְּלוּ ípelu ideſt decident: noſter uerò decidant ait: ut ſuprà dices.

28 פִּשְׁעֵיהֶם piſceèhém ideſt pręuaricationũ eorum: noſter uerò impietatum eorum ait: prius prę-uaricationes ex ſuperbia, ideſt approbatæ legis tranſgreſſiones iudicabantur ab eo: nunc etiam externũ nocumentum, in ignominiam Dei redundans, per impietatem ſignificatum, quod inquitas cauſat, dignum eſt pœna; quod quidem exprimitur de beato Paulo dicente, Nomen enim Dei per uos blaſphematur &c.

29 הַדִּיחֵמוֹ haddichémo ideſt expellere fac: noſter uerò expelle ait, ut ſuprà dices.

30 מָרוּ máru ideſt rebellauerunt: noſter uerò ait irritauerunt: prius actus rebellandi reprobus erat: nũc etiam affectus efficaciter malus ex intentione mala irritandi dignus uindicta eſt.

31 בָךְ Bàch ideſt in te: noſter uerò ait te domine: prius oſtẽdit irritatam fuiſſe ſuperiorem rationem, quę propria erat ueteri teſtamento: nunc uerò te Chriſtum in electiua uirtute, quæ propria eſt nouo teſtamento, qui dominus factus es, qui prius non eras & actu, & cognitus.

32 וְיִשְׂמְחוּ veíſmechu ideſt & gaudebunt: noſter uerò & lætentur ait, ut ſuprà dices: & prius bona uoluntate: nunc electiua uirtute.

33 Addit æditio noſtra omnes: prius enim ſpes, quæ ad gratiam ducebat, non ſeruabat omnes in gloria, quia habita gratia, aliqui deficiebant ab ea: nunc uerò omnes ſeruat; quia ſpes fundata in charitate non cõfundit.

34 לְעוֹלָם leòolám ideſt æterno: noſter uerò in æternũ ait: prius uelut per fidem appropinquabamus æterno: nunc uerò ingredimur illud per charitatem.

35 וְיַעְלִיצוּ ue iaàalʒ ú ideſt & operire faciet ſuper eos: noſter uerò ait & habitabis in eis: quia prius aſſi-

ſtens, & ſupereminens cura, protegens Eccleſiam erat: nunc uerò in ſacramento habitabis in eis.

16 תעטרנו taàterénnu ideſt coronari facies eum:noſter uerò coronaſti eum ait:ut ſupra dices.

Domine ne in furore. **PSAL. VI.**

1 למנצח la mnazzéah ideſt victori : noſter uerò ait in finem: ut ſuprà dices. *Hab. Tex. Heb.*

2 בנגינות binghinóth ideſt in (manuum) pulſationibus: noſter uero in carminibus ait; ut ad ſecundum quarti dices.

3 תיסרני teiaſſeréni ideſt caſtigabis me : noſter uerò ait corripias me: ſecundum declarat primũ.

4 נבהלו neúhalu ideſt territa ſunt:noſter verò conturbata ſunt ait: prius ex timore proprio ueteri teſtamento:nunc ex charitate conturbata ſunt propria nouo.

5 שובה ſcuuá ideſt reuertere: noſter uerò ait conuertere : prius quaſi per infidelitatem elongaueris te:per fidem nunc approximans , reuertere:nunc verò, qui per odium auerſus fueras, per charitatem nouo teſtamento propriam conuertere.

6 חלצה halezá ideſt eruere fac : noſter uerò eripe ait: ut ſuprà dices.

7 זכרך 3ichrécha ideſt memoria tui : noſter uerò qui memor ſit tui ait: prius ante mortem Chriſti in morte memoria eius ex fidei defectu non erat: nunc verò eſt, ſed, qui memoretur, non adeſt; quia eius fructus cognoſcitur in uniuerſali , ſed ſibi minimè applicatus eſt per baptiſmum , qui non ſuſceptus eſt : in inferno verò pœnali actualium criminum , in futuro licèt memoria Chriſti futura ſit eis, non tamen alicui applicata , qui memorari uelit eam , ſed blaſphemia tantùm erit .

8 אשחה áſche.i.natare faciam:noſter verò lauabo ait: plus enim eſt lauare, quàm natare ; ideo etiã

in

in noſtra Eccleſia lauabo per purgationem : prius autem per inundationem pœnę natare faciam, ſed non purgabo.

9 בדמעתי bedímàati ideſt in lachryma mea: noſter verò ait lachrymis meis: prius vnum pręcipuè infidelitatis peccatum puniendum perpetuò erat; ideo una lachryma ad illud abluendum ſatis erat: nunc verò ob quæquaque peccatorum genera, quæ euitare nunc poſſumus; idcirco plures opus ſunt lachrymæ.

10 אמסה ámſe ideſt diſſoluere faciam: noſter verò ait rigabo: prius ſtratum, & fundamentum corporale quietis diſſoluebatur: nunc verò ſtratus ſpiritualis quietis rigatur, atque fouetur.

11 עששה àaſceſcá ideſt corroſus eſt: noſter verò turbatus eſt ait: prius enim ex non ſeruata lege internè corroſus erat: nunc propter paruipéſum amorem turbatus eſt.

12 צוררי zorerái ideſt anguſtatores mei: noſter verò inimicos meos ait: prius externè affligentes reprobabantur: nunc pariter, charitate quam poſſunt habere priuati; ideo habitu inimici dicti reprobantur.

13 שמע ſcamaá ideſt audiuit: noſter verò exaudiuit ait: vt ſuprà dices.

14 יקח íccach ideſt ſuſcipiet: noſter verò ſuſcepit ait: vt ſuprà dices.

15 יבשו ieuóſcu ideſt erubeſcent: noſter verò erubeſcant ait, vt ſuprà dices.

16 ויבהלו veibbahalú ideſt & terrebũt: noſter verò & cõturbentur ait, ut ad quartum dices.

17 ישבו iaſcúuu ideſt reuertentur: noſter verò conuertantur ait: vt ſuprà dices.

18 יבשו ieuóſcu ideſt erubeſcent: noſter uerò erubeſcant ait, vt ſuprà dices.

19 רגע ràghaà ideſt ſubitò : noſter uerò valde uelociter ait: ſecundum declarat primum.

Domine Deus meus. PSAL. VII.

1 שגיון ſciggaión ideſt pro ignorantia: noſter uerò in fi *Hab.*
nem ait: prius enim, cùm ſalus corporalis quę- *Tex.*
reretur,& in figura Dauid, & Chriſtus in veritate vide *Heb.*
rentur ignorantia ducti, qui ex facto Dauid, quãdo panes propoſitionis comedit, & gladium Goliæ ſuſcepit,fuit in cauſſa,ut ſacerdotes domini occiderentur; & Chriſtus pariter dans ſe ipſum in cibum in vltima cœna,& gladios ab apoſtolis petens, ac teſtamentum inſtituens nouum, fuit in cauſſa ut interimentur apoſtoli, & pariter diſcipuli omnes: quòd ergo ſecundum ſtatum veteris legis, corporalem fœlicitatem ſpectantis, ignorantia fuit: nunc, quia reuera non propterea perditi,ſed ſeruati apoſtoli, ac diſcipuli Chriſti in gloriam ſunt; ideo noſter textus in finem dicit.

2 והצילני vehaziléni ideſt & liberare fac me: noſter verò & libera me,ait: vt ſuprà dices.

3 יטרף itroph ideſt rapiet: noſter verò rapiat ait: ut ſuprà dices.

4 פרק porée ideſt lacerans:noſter verò ait, & nõ eſt qui redimat:prius corpus perdendo perpetuò: nunc verò nõ tantùm corpus:ſed pariter animã redimens eſt:

5 ואין מציל ve en mazzil ideſt et non (eſt) liberare faciens:noſter verò ait nõ eſt,qui ſaluum faciat: prius corpus:nunc animam.

6 בכפי bechaphái ideſt in palmis meis: noſter verò ait in manibus meis: prius, vt palma interior pars manus eſt, interiorem animæ partem, quæ ſuperior pars rationis eſt,ſignificat, quæ ſecundum ſtatum veteris legis bona eſſe poterat:nunc manus cùm omnes partes illius ſignificet,omnem potentiam animæ,quæ nũc bona eſſe poteſt, innuere videtur.

7 שלמי ſólemi ideſt pacifico meo: noſter verò retribuẽtibus mihi ait: prius nõ erat pacifico meo nocẽdum:nunc verò non retribuendum eſt pro malo malũ.

8 רע ráà ideſt malum: noſter uerò mala ait: prius unum corporis timebant malum: nunc uerò plura & corporis, ac animæ mala retribuendo, reprobantur.

9 ואחלצה צוררי ריקם vaachalezá zorerí recám ideſt (quin) & eripiam angustatorem meum gratis: noſter uerò ait decidam merito ab inimicis meis inanis: prius enim promittebatur ſalus iudæis inimicis Christi, omni etiam meritò uacuis, ſi voluiſſent conuerti: nunc verò, quia non ſunt cõuerſi, decidam, ait Chriſtus, meritò ab inimicis, animã meam per plures paſſiones præcipitare tentantibus, occiſus, inanis, & ſine fructu ſalutis eorum; nam dato hoc caſu, mortem eius, ob retributam illis mortem inutilẽ eis fuiſſe credent multi.

10 ירדף ieraddóph ideſt perſequetur valde: noſter uerò ait perſequatur: vt ſuprà dices

11 וישג iaségh ideſt appellet: noſter uerò apprehendat ait: prius minor pœna erat adhęrere terræ, quàm apprehendere in terra; primum enim humiliationem: ſecundum uerò mortem ſignificare uidetur.

12 וירמס veirmós ideſt & conculcabit: noſter uerò conculcet ait: vt ſuprà dices.

13 ישכן iaſchén ideſt collocare faciet: noſter uerò ait deducat: prius enim collocabat in puluerem p ignobilitatem illius, qui malum tribuebat pro malo: nunc uerò in puluerem deduci meretur huiuſmodi per mortem pro meritam.

14 סלה séla ante exurge addit text. heb. ratione ut ſuprà dicta.

15 קומה cumá ideſt ſurge: noſter uerò ait exurge: prius quaſi à ſomno: nunc uerò à morte reſurgere rogatur.

16 באפך beapéca ideſt in furore: noſter verò ait in ira: prius enim in furore diſcernentis iudicij obiurgabit quæcunque in legem commiſſa: nunc in ira punitio, quæ mitior eſt contra defectus legis ex charitate inſurgit.

17 הנשא innasé ideſt cleuare te: noſter verò(& ſpiritus correptionis purgans,per donum Spiritus ſan
 cti)exaltare ait:vide regulam ſextam ſuprà poſitam.

18 בעברות beàauróth . i. in iris : noſter verò in finibus ait:prius actuales iræ reprobabantur: nunc
ét-confines , & primæ earũ radices digni flagello ſunt.

19 צוררי zorerái ideſt anguſtatorum meorum : noſter verò inimicorum meorum ait : prius externè
aduerſantes,& ex charitatis abſentia afflictorum, angu
ſtia afficientes eos,reprobabantur:nunc item inimici ha
bitu huiuſmodi charitate contempta,quam poſſunt nũc
habere,priuati,pariter reprobantur.

20 ועורה veùúra ideſt & euigilare:noſter verò ait & exur ge:prius quaſi à ſomno:nunc verò à mortuis re
ſurgens,nos per charitatem reſurgere fac.

21 אלי, elái ideſt ad me: noſter verò ait domine Deus meus:prius reſurrectio illa petebatut ad me inuã
dum:nunc verò Chriſto incarnato , & noſtræ naturæ fa
cto,eius ſpecialis mentio ſatis eſt,& inuocatio.

22 משפט צוית miſpát ziuíta ideſt iudicio (quod) præ- cepiſti : noſter verò ait in pręcepto ,
quòd mandaſti prius petebatur in iudicio vindictæ,
quod præcipiſti : nunc verò in præcepto charitatis,
quòd ad ſaluandum non ad damnandum mandaſti.

23 לאמים leummín ideſt populorum potentum regno- rum ſcilicet : noſter verò populorum ait :
prius ſicut potentes fuerunt cauſſa ruinæ populorum,
ſic ſint,ſi velint conuerti,cauſſa ſalutis eorum:noſter ve
rò populi circundabãt Deum,conuerſi : non principes.

24 ועליה veàalca ideſt & ſuper ea:noſter verò ait: & pro pter hanc : prius ſuper iudicio facto fundaba-
tur exaltationis virtus Dei:nunc propter charitatem
oſtenſam exaltatio Chriſti quæritur.

25 ידין iadín ideſt iudicare faciet:noſter verò iudicat ait: vt ſuprà dices.

26 יגמר נא igmor na ideſt conſummet quęſo: noſter ve rò conſummetur ait:prius ex vindicta pete-

baturruina malorum:nunc autem ex charitate ſimplici
ter enuntiatur illa decenter futura.

27 רע ráà malum:noſter verò ait nequitiã:prius enim pro
pter malorum culpæ petebatur perdi malus: nunc
verò propter obſtinationis nequitiam.

28 רשעים reſcaíjm ideſt impiorũ: noſter verò peccatorũ
ait:prius de malo impiorum dicebatur : non
de delicto, vt dicatur nunc tempore vſus editionis vul
gatæ in legem diuinam extantibus.

29 מגני maghinní ideſt ſcutum meum: noſter verò adiu.
torium meum ait:prius ad defendendũ,ne offen
derer:nunc ad adiuuandũ in bono,ne vincar , adiuuat.

30 אלהים élohim ideſt ſuper Deo : noſter verò à dño
ait:prius per fidem ſuper Deo fundatus:nunc
à domino ideſt per donum ſpiritus ſancti, quod,à domi
no ſpiratum,donatur.

31 שופט ſcóphet ideſt iudicans: noſter verò ait iudex:
prius erat per actum iudicans: nunc habitu iu.
giter iudex dicitur.

32 אל זועם בכל יום el ȝoèém bechal ióm ideſt Deus
iraſcens omni die: noſter verò
ait fortis, & patiens,nũquid iraſcetur per ſingulos dies:
prius enim iraſcebatur Deus per ſingulos dies, peccan-
tes ex quibuſcunque delictis puniens : nunc verò nun-
quid iraſcetur per ſingulos dies,quaſi dicat minimè.

33 ישוב iaſcúu ideſt conuerſus fuerit:noſter verò ait cõ
uerſi fueritis:prius longè erat populus hebrẹus
à patribus noſtris per charitatis abſentiam ſecũdum ve-
teris teſtaméti ſtatum,qui charitate Spiritus ſancti pri
uatus erat ; & ideo in tertia perſona huiuſmodi loqui
tur, quia ſecundum ſtatum noui teſtamenti , quod cha
ritatem continet,longè eramus ab eis: & nunc in ſecun-
da perſona:quia per charitatem Spiritus ſancti in exiſté
tem, & ſalutem etiã in fidelium currante pñtes ſumus.

34 ילטוש íltoſc ideſt poliet ideſt acuet : noſter verò vi-
brauit ait: prius in futuro præparaturus erat
miniſtros vindictæ : nunc etiam in præterito vibrauit

eos,

eos, quando miſit Romanos ad perdēdum Ieruſalē.

35 ויכוננה va iconenéa ideſt & parabit eam : noſter verò & parauit illum ait:vt ſuprà dices idem repetitur ſemel.

35 לו lô.i.illi:noſter verò in eo ait : prius illi ratione fidei, qua morti Chriſti appropinquamus:nunc verò in eo ratione charitatis , qua in Chriſti morte inſerimur:mors itidem non credentibus prius dabatur. nunc pariter minimè diligentibus.

37 יפעל íphàal ideſt efficiet:noſter verò effecit ait:vt ſuprà dices.

38 וילד veialadh ideſt & parturiuit ceu doloré maximū proprium veteri teſtamento, vti parturiens facit, ſentiens : noſter verò peperit ait:vt ſuprà dices.

39 שקר ſcàcer ideſt mendacium : noſter verò iniquitaté ait:prius contra fidem:nunc contra charitatem.

40 ויחפרהו vaiachpheréhu ideſt & effodiet eum : noſter verò & effodit ait:vt ſuprà dices.

41 ויפל vagipól ideſt & incidet:noſter verò & incidit ait: ut ſuprà dices.

42 יפעל iphàal ideſt faciet : noſter verò fecit ait : ut ſuprà dices.

Domine dominus noſter. PSAL. VIII.

1 למנצח lamnazzéach ideſt victori : noſter verò in finem ait:vt ſuprà dices. *Hab. Tex. Heb.*

2 אדונינו adhonéni ideſt domini noſtri : noſter verò dominus noſter ait:quia prius omnem pluralitatem perſonarum in ſe complexurus quodammodo erat, qui eſt ſecunda in diuinis perſona vt Chriſtum filium Dei per fidem ſciremus, qua ſeruabantur patres : nunc verò vt ſingularem perſonam, ſingulariter diſtinctum à patre, & vnum cum eo in ſubſtantia, & in Spiritu ſancto ſpirato, & nobis donato, oſtenderet.

3 אשר תנה asértená.i.qui pones:noſter verò ait quoniā eleuata eſt:prius qui, dādo eſſe filio, pones illū:nūc cum ad filium ſit ſermo directus, qui iam

cognitus eſt in mundo; ideo ait, qui ſicut recipiſti eſſe à patre, ita & eleuata eſt magnificentia tua.

4 הודך hodhechá. i.decorem tuũ:noſter uerò magnificentia tua ait:prius ſpecioſitas Dei in creatione oſtenſa, cognoſcebatur: nunc magnificentia in offerendo theſauros ſalutis ſuos magnificè, & tanta fortitudine debellando obſtinatos clareſcit.

5 יסדת עז isádta òotz ideſt fundaſti fortitudinem: noſter uerò perfeciſti laudem ait: prius quia fortitudo Chriſti fides eſt, de qua dicitur in fide ſtabiles, & cui reſiſtite fortes in fide, dicunt B.Petrus, & Paulus: fundata autem eſt hæc fides ex ore infantium, qui non malitia ſed Deo inſpirante loquuntur, laus ideo erat obſcurum dictum: nunc uerò hoc manifeſtè à ſpiritu ſancto intentum eſt.

6 צורריך zorerécha ideſt anguſtatores tuos: noſter uerò inimicos tuos ait: ut ad decimum nonum præcedentis dices.

7 להשבית lihaſcbbít ideſt ad uacare faciẽdum: noſter uerò ut deſtruas ait: prius ut ceſſaret ab actu perſequendi facta eſt turbarum contritio:nunc uerò ut deſtruas item omnino.

8 כוננתה connatta ideſt præparaſti: noſter uerò fundaſti ait:prius præparata erat eccleſia cum alijs minoribus Eccleſiis per earum præcedentem deſſignationem: nunc uerò fundaſti per apoſtolorum, & martyrum ſanguinem.

9 תזכרנו thizcerenú ideſt recordaberis eius:noſter uero memores eius erunt ait: idem dicatur ut ſuprà.

10 תפקדנו thiphedhénnu ideſt uiſitabis eum:noſter uerà ait uiſitas eum: ut ſuprà dices.

11 ותחסרהו uattehaſſeréhu ideſt & minues eum: noſter uerò ait minuiſti eum: ut ſuprà dices.

12 והדר uehadhér ideſt & decorem: noſter uerò & honore ait: prius decore ratione pulchritudinis propriè per eſſe clarum à patre, noſter uerò honore per

opera

opera redemptionis ex charitate facta.
13 תעטרהו taàtteréhu ideſt coronabis eum : noſter uerò coronaſti eum ait : ut ſuprà dices.
14 תמשילהו tamſiléhu ideſt dominari facies eum : noſter uerò & conſtituiſti eum dicit : prius actus dominandi promiſſio in futuro erat : nunc uerò per donum ſpirituſſancti donatum cognitus eſt, quia conſtitutus eſt titulo, & dignitate actu.
15 ב be ideſt in:noſter uerò ait ſuper: prius in opibus quaſi ſimilis eis in humanitate : noſter uerò ſuper ut ſuperexcellens dominus omnium creatione per diuinitatem,& redemptione per humanitatem.
16 צנה zoné ideſt ouem : noſter uerò ait oues : prius unus ueteris teſtamenti epiſcopus per ouem unam ſignificatus erat: nunc plures epiſcopi; ideo per plures oues ſignificati ſunt.
17 כל col ideſt omne : noſter uerò uniuerſa ait : ut ſuprà hic dices : & prius omne ſecundum rationem communitatis,quæ erat fides, & cultus diuinus unus, qui per gratiam datam ueteri teſtamento ſeruare potuit:nunc uerò gratiæ ratione ſingulari : cuiq; conceſſa omnes ſeruari poſſunt.
18 עבר òouer ideſt tranſciens : noſter uerò qui perambulant ait : ut hic ſuprà dices.
אדנינו adhonènú domini noſtri:noſter uerò ait dominus noſter : ut ad ſecundum dices.

Confitebor tibi. PSAL. IX.

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori : noſter uerò in finem ait : ut ſuprà dices. *Hab. Tex.*
2 עלמות לבן àalmuth lauen ideſt ſuper mortem filio : noſter uerò pro ocultis filij ait:ſecundum declarat myſterium primi: uide pro hoc pſalmum tertium prius,& hunc poſterius. *Heb.*
3 Addit editio noſtra tibi poſt confitebor : cum enim ad ſtatum iuſtitiæ charitates pertineat pſalmus iſte, ſoli illi coram Deo confiteri poſſunt, qui ſunt in charitati; ergo prius per iuſtitiam fidei poterant

confiteri quidem, ſed non tibi, ut pote charitate caren-
tes, qua Deo ad ſumus: nunc verò, in charitate exiſte-
tes, confitemur ceu pręſentes tibi.

3 נפלאותיך niphleo thécha ideſt ſeparata tua: noſter
verò mirabilia tua ait, nanque ſecundū
exprimit primum: & vt ſuprà relatum eſt dices.

4 איבי oicuái ideſt inimicos meos: noſter verò inimi-
cum meum ait: prius plures inimici mei ratione
transgreſſionis legis, in qua plura præcepta ſunt, & plu-
res etiam, & pariter differentes in gradibus transgreſſio-
nes erant: nunc ratione fidei negatæ, qua re ipſa ſalua-
bantur patres, & conueniebant in ea omnes; vnus idcir-
co dicebantur; ideo ait Chriſtus ſpiritus ſanctus ar-
guet mundum de peccato, quia non crediderunt in me.

5 יכשלו iccaſcélu ideſt offendent ſe: noſter verò infir-
mabuntur ait: prius offendent ſe ex prima ra-
dice malè voluntatis, quæ voluntas inefficax dicitur,
de qua ait B. Paulus nam velle adiacet mihi; quæ erat
ſanata in ſtatu veteris legis: nunc autem infirmabuntur
ratione voluntatis, & inferiorum virtutum, quę exe-
quuntur præceptum voluntatis, quę in ſtatu nouæ legis
ſanata eſt, ut oſtendat non tantùm eos nunc culpabiles
eſſe ob voluntatem inefficacem malam, verum etiam &
propter efficacem electiuam virtutem malam, & vir-
tutes inferiores malum facientes.

6 מפניך mipanécha ideſt à faciebus tuis: noſter verò à
facie tua ait: prius enim duplex vindicta corpo-
ralis videlicet, & ſpiritualis pariter erat: nunc vna tan-
tùm, quæ eſt ſpiritualis, perpenditur.

7 גערת gaáartta ideſt perdidiſti: noſter verò & perijt
ait: prius ob expreſſionem vindictæ perdidiſti
ait: quæ ſibi propria erat in ueteri lege: nunc quia, ex
charitate Spiritus ſancti ſignificata per &, & ſi caſti-
gat, hoc ut ſaluemur facit, ideo de ſe reprehenſus pe-
rijt, & caſtigatus temporaliter deſijt.

8 האויב háoieu ideſt ò inimice: noſter verò inimici:
prius frameæ, & argumenta infidelium ò ini-
mice

mice hebrææ:nunc frameæ, & argumenta inimici populi hebręi ſunt Antihriſti transfigurati in angelum lucis, ut ſunt myſticæ ſignificationes ſecundum hebraicã ueritatem, quæ ſpiritui ſancto ceu repugnant, ut potè magnificantes fidem,& charitatis neceſſitatem, ac uirtutem pariter ſacramentorum tacentes.

9 חרבות chorauóth ideſt deſolationes: noſter uerò frameę ait; quia,quę prius erãt deſſolationes cognitæ frameę argumenta gentilium erant: nunc etiam & quæ frameæ iudęorum ſunt, deſſolationes apparent ex defectu uirtutis earum.

10 לעולם léoolam ideſt æterno: noſter uerò ait in finem:ut ſuprà dices.

11 Addit textus noſter eorum:ut oſtendat gentes in plurali:prius explicatas eſſe quarum ciuitates ideſt congregationes,& dogmata deſtruenda ſunt pro iniquitate,& odio eorum in Chriſtum,inflictæ ab eo.

12 ישב ieſcéu ideſt permanebit, noſter uerò permanet ait:prius quo ad humanitatem permanſurus perpetuò erat:nunc quò ad diuinitatem ſemper permanet.

13 Addit æditio noſtra terræ:quia prius orbis unus in fide erat:nunc additur terræ propter charitatem,qua terra cordis noſtri fructum 30.60.uel etiam 100.producit

14 לאמים léummim ideſt potentes populos ideſt regna:noſter uerò populos ait: prius ſoli potentes,& rectores populi hebræi habebãt ſecretum ſalutis, per fidem in Chriſtum uenturum,non populi: nunc autem dicitur, & non docebit unusquiſque proximum ſuum; omnes enim cognoſcent me à maiore uſque ad minorem.

15 במישרים bemeſcarím ideſt in rectitudinibus:noſter uerò iniuſtitia : prius enim in ſeueritate iuſtitiæ:nunc in æquitate charitatis iuſtitiæ iudicat.

16 ויהי uihi ideſt & erit : noſter uerò & factus eſt ait : dices ut ſuprà.

17 משגב misgháu ideſt refugium : noſter uerò adiutor ait:prius enim refugiũ in tribulationibus cor-

poralibus erat: nunc adiutor per charitatem donatam in bonum, ut magis per illas proficere faciat ſemper.

18 לעתות בצרה leiittóth bazará ideſt temporibus in anguſtia: noſter verò in opportunitatibus in tribulatione: prius ex corporali anguſtia: nunc in opportunitatibus, quando ſcilicet egent auxilio, ne ſuccumbant peccantes.

19 ויבטחו veiutechú ideſt & confident: noſter verò & ſperent ait: prius ex charitate bonæ uoluntatis inefficacis, ex experientia protectionis diuinæ orta, confidere debebant: nunc & ſi ſit in nobis charitas, non reſpicitur illa ꝑcipuè, ſed fides, quæ gratiam Dei glorificat, vnde ſperare nunc dicimus, non confidere, pro hoc duodecimam regulam vide.

20 יודעי iodeèé ideſt ſcientes: noſter verò qui nouerunt ait: prius confidentia ſuper ſcientes: nunc ſpes non ſuper pręcedente, & præſuppoſita fide, ſed in charitate ſperent ſuper Deo innixi omnem virtutem creatam ſupergreſſi fiducia.

21 הגידו haggíddu ideſt annunciare facite: noſter verò annunciate ait: prius per præceptum voluntatis bonæ, quæ virtutibus inferioribus pręcipit: nunc ét per charitatem informantem illas, & omnes ſcientes etiam anuntiate.

22 דמים damím ideſt ſanguines: noſter verò ſanguinem ait: prius ſanguines martyrum pro atteſtanda fide Chriſti effuſi, requirebantur: nunc ſanguinem Chriſti; vnde ſacraméta manarunt in illis pro charitate Dei pandenda, quem tentant membra Antichriſti, occidentes martyres, & ſacramenta tollentes, effundere; nam hic ſanè victoria in Antichriſtum exprimitur.

23 עניי משנאי ooní miſoneái ideſt afflictionem meã, de odio habentibus me: noſter verò humilitatem meam de inimicis meis: prius corporis, & odio proſecutum fuiſſe proximum reprobabile erat: nunc effectus afflictionis innuitur, qui eſt humilitas, ex mala efficaci voluntate eorũ reprobatur, & q ſcilicet

non

nō diligunt ex priuatione charitatis, quàm poſſumus in ſtatu gratiæ habere, reprobandi ſunt.

24 מרממי meromemí ideſt exaltator meus: noſter verò, qui exaltas me ait: prius exaltator erat de portis mortis habitu, ſed non exaltabat actu, quia lex viuificare minimè poterat; ſed ſicut actus exaltationis ex habitu, ita ſalus, per nouum teſtamentum facta, parabatur per uetus.

25 אגילה aghíla ideſt exultare faciam me: noſter verò exultabo ait. vt ſuprà dices.

26 בישועתיך biſcuàathécha ideſt in ſalute tua: noſter verò in ſalutari tuo ait: prius in ſalute non contracta, & facta per Chriſtum, à ſtatu peccati ad gratiam: nunc in ſalutari, quod vltimā nobis ſalutem dabit.

27 טבעו tauùúu ideſt demerſæ ſunt: noſter uerò infixæ ſunt ait: prius fide priuatæ demerſę ſunt in aqua prudentiæ: nunc terræ cordis proprij amoris, charitate Dei priuatæ, infixæ pariter ſunt.

28 בשחת beſcáchath ideſt in foueam: noſter verò ait in interitu: ſecundum eſt declaratio primi.

29 ברשת beréſceth ideſt in rete: noſter uerò in laqueo dicit: prius rete in aere ideſt falſæ doctrinę cōtra fidem capiebantur aues, qui ſcientijs, & contemplationi operam dabant: nunc laqueus pro animabus terreſtribus ideſt iuſtitię ſine charitate contra neceſſitatē charitatis uerè paratur.

30 נודע nodháà ideſt cognitus eſt: noſter uerò dicit cognoſcetur: prius eſt cognitus dominus iudicia faciens in corpus, & nunc cognoſcetur in iudicio uniuerſali, uel ſingulari iudicia in animam faciens.

31 משפט miſpát ideſt iudicium: noſter uerò iudicia facit ait: prius vnum contra infidelitatem vnā: nunc plura iudicia propter peccata plura, quę charitate noluerunt abſcondere.

32 עשה àasá ideſt fecit: noſter verò faciens ait: dic ut ad trigeſimumprimum: & ut in regulis pariter.

bepóàal

33 בפעל bepóàal ideſt in opere: noſter verò in operibus dicit: prius in opere idololatriæ contra fidem: nunc in operibus præuaricationum contra charitatem, quæ plures ſunt, comprehenſus eſt peccator.

34 כפין capáu ideſt uolarum ſuarum: noſter verò ait manuum ſuarum: vt ſuprà dices.

35 נוקש nóceſc ideſt illaqueatus eſt: noſter verò comprehenſus eſt dicit: prius impius per odium, & doctrinam, contra charitatem illaqueabatur in intellectus, ne poſſet ab infidelitate reuocari: nunc per hanc cauſſam pariter doctrina falſa cõprehenditur in electiua virtute, & præuaricationibus, ne poſſit reſurgere ab eis.

36 רשע raſcáà ideſt impius: noſter verò ait peccator: dic vt in ſeptima regula.

37 הגיון סלה íggaion séla.i.meditatio æterna ante cõuertantur addit textus heb. prius enim quãdo ſela ponebatur, ſignificabat ſententiã ſpiritualiter, & ad perpetuæ ſalutis ſtatum accommodari: nunc aũt non ponitur, quia omnia ad eum pertinent ſtatum.

38 ישובו iaſcúuu ideſt conuertentur: noſter verò conuertantur ait: vt ſuprà dices.

39 רשעים réſcaíim ideſt impij: noſter verò peccatores ait: vt ſuprà dices.

40 לנצח lanézah.i. æterno: noſter verò in finẽ ait: prius per fidem æterno appropinquabamus: nunc per charitatẽ quaſi in æternum finem ingreſſi ſumus; quia charitas hic æternam vitam initiat.

41 תקות tícuath ideſt expectatio: noſter verò patientia ait: quia prius ſpes ex fide: nunc patiẽtia ex charitate firmatur.

42 ענוים àanauím ideſt miſerorum: noſter uerò pauperis ait: prius miſer erat, qui, quod cupiebat exequi de præſenti non poterat, cupiebat enim non deſiderare rem, nec uxorem proximi ſui, ſed non poterat non deſiderare eam: nunc pauper dicitur quia, poteſt quidẽ de præſenti opus internum exequi, ſed opus eſt in ten

tatione

tatione dicamus,Et ne nos domine in tentationem inducas:& pauper dicitur,qui introitibus prouentus perpetui caret.

43 קומה cumá ideſt ſurge:noſter uerò exurge ait: prius quaſi à ſomno:nunc verò à mortuis reſurge:vt corporaliter prius ſuccurras: nunc vt ſpiritualiter reſurgere facias.

44 אל יעז al iaòōʒ ideſt nō roborabit ſe: noſter verò nō cōfortetur ait:prius ſe diſponēs ꝑ voluntatis imperium ad uincendum corporaliter:nunc vt à gratia Dei confortetur ad ſuſtinendum mala.

45 ישפטו iſaphetú ideſt iudicabuntur: noſter verò iudicentur ait:dic vt ſuprà.

46 על פניך àal panécha ideſt ſuper facies tuas : noſter verò in conſpectu tuo ait: prius duplici pœna & corporali & ſpirituali : nūc vna ſpirituali ꝑcipuè.

47 אנש המה enoſc hémma.i. homo ſimul: noſter verò homines ſunt ait:prius in natura, & idololatria vnus ſimul ceu homo erant: nunc homines plures in omnibus,quę etiam lege ſingulari poteſt homo.

48 סלה séla ante ut quid addit tex.heb. ratione iam dicta in regulis.

49 תעמד taàmódh ideſt ſtabis:noſter verò receſiſti longè:quia, ſicut prius eras longè à præſentia viſibili,& corporali auxilio,ſic ſtabis longè: nunc qui prius eras per charitatis gratiam præſens: nuper receſiſti longè abſentia tutelæ ſpiritualis.

50 תעלים taàalim ideſt occultabis te: noſter verò deſpicis ait: prius non adiuuando corporaliter occultabat ſe:nunc verò etiam deſpiciendo, vt magis exerceat in anima, affligit.

51 בצרה bazará ideſt in anguſtia: noſter verò in tribulatione ait : prius ex tribulationibus anima, charitate priuata , affligebatur : nunc externè tantùm quandoque ex eis turbatur.

52 ידלק idhlàc ideſt incendetur: noſter uerò incēditur ait:vt ſuprà dices.

bittápheſu

53 יתפשו ittáphesu ideſt comprehendentur: noſter verò ait comprehenduntur: vt in regulis dices.

54 זו ʒu ideſt iſte : noſter, verò ait quibus: phraſis hebręa, & latina diuerſa ubique uidetur.

55 חשבו chaſcauu ideſt cogitauerunt: noſter uerò cogitant ait: vt ſuprà dices: & prius contra Eccleſiã: nunc contra Chriſtum.

56 הלל hillél ideſt laudauit (valde) : noſter uerò laudatur ait: prius voluntate, & actiuè inducente electiuam virtutem ad laudandum, laudauit, quæ erat ſibi propria facta: nunc ratione electiuę virtutis patientis, & inferiorum uirtutum, quę mote à voluntate, & producentes actus virtutum dignę ſunt, nunc laude, vel vituperio; ſicut voluntas prius erat pro his, quæ emanabant ab illa.

57 רשע raſcáà ideſt impius: noſter verò peccator ait : dic vt in ſeptima regula.

58 ובצע ubozéà ideſt & fraudator: noſter uerò ait & iniquus: prius laudabatur fraudator, qui bona rapiebat: nunc verò, qui charitatis minimè exercet opus, benedicitur.

59 ברך beréch ideſt benedixit (valde): noſter uerò benedicitur ait: dic vt ad decimumſeptimum.

60 נאץ niéz ideſt deſpexit; noſter verò exacerbauit ait: prius deſpexit per idololatriam : nunc uerò exacerbauit ex charitatis defectu per ſuperbiam.

61 רשע raſcáà ideſt impius: noſter uerò ait peccator: dices ut ſuprà.

62 בגבה beghóua ideſt in altitudine: noſter uerò in multitudine ait: prius vna acri contra fidem percuſſione Antichriſti : nunc diuerſi generis ira contra chriſtianos pariter flagellatur à Deo, nec tamẽ conuertetur, quærens ſalutem, Antichriſtus.

63 אפו apó. i. furoris ſui: noſter uerò iræ ſuæ ait: prius cõtra tranſgreſſionem legis furor excanduit: nunc uerò ira ſententię mortis æternę ob charitatis defectũ oſtenditur.

64 כל מזמותיו col mez immotháu ideſt omnes cogitationes eius: noſter verò in conſpectu eius ait: prius à Deô dirigente, vt principio electiuo, & bonam voluntatem faciente, omnia fieri debebant: nunc verò in conſpectu eius, vt finis, in quem electiua virtus ex charitate omnia dirigere debet.

65 יחלו iachélu dolere facient ideſt parturire facient ſe: noſter uerò ait inquinatæ ſunt: prius actus ex mala voluntate procedens reprobabatur, qui ſignificaretur per dolere, vel parturire facient: nunc verò inquinamentum operum.

66 מרום maróm ideſt altitudine: noſter uerò aufferuntur ait: prius minimè omnino corporaliter puniebantur; ideo in altitudine ſuperbię manebant: nunc verò omnino aufferuntur iudicia, & quò ad corpus, & quò ad animam ab eius opinione.

67 צורריו zoreráu ideſt anguſtatores eius: noſter uerò inimicorũ ſuorum ait: dic vt ſuprà eſt dictum.

68 יפיח iaphía ideſt ſufflare faciet: noſter verò dominabitur ait: prius ſub doloſis verbis, & falſis doctrinis ſufflare, ac illaqueare faciet in infidelitatem: nunc apertè dominabitur omnibus actibus, qui à charitate manare ſolent, tentans propterea affatim charitatem extinguere.

69 ומרמות ותך vmirmóth uathóch ideſt & dolis, & fraude: noſter verò ait amaritudine, ac dolo: prius dolis promiſſionis exonerandi grauamina, & fraus non nocendi, corporibus: nunc amaritudine comminationum, vt animam deijciat, & dolo falſæ promiſſionis amoris in eis.

70 עמל ואון àamál uaáuen ideſt peruerſitas, & iniquitas: noſter uerò ait labor, & dolor: prius peruerſitas grauaminum, & iniquitas crudelitatis in opere: nunc verò labor difficultatis in opere, & dolor conſcientiæ poſt peccatum ob crudelitatem, & falſam promiſſi amoris ſpem.

71 ישב ieséu.i.ſedebit: nr̃ verò ſedet ait: vt ſuprà dices.

chazerím

72 חצרום cha zerím ideſt uillarum:noſter verò cum diuitibus ait:prius in villis per fictionem humilitatis, & fiduciæ falſæ in Deum :nunc cùm diuitibus in facultatibus,& apparentibus donis Spiritus ſancti:quæ omnes iuſtificant participantes apparentia.

73 יהרג iaharógh ideſt interficiet: noſter verò vt interficiat ait, vt ſuprà dices:& prius interficiet proptea innocentem,qui fide ſola præditus eſt,ſed charitate priuatus erat:nunc vt interficiat, ſed non poterit,innocentem,vt pote charitate animatum.

74 יצפנו izpónu ideſt abſcondetur:noſter verò reſpiciũt ait: vt ſuprà dices.

75 יארב iecrou ideſt inſidiabitur : noſter verò inſidiatur ait: vt ſuprà dices.

76 יחטף tahtóph ideſt rapiet:noſter verò rapere ait:nũc magis propriè verbum ſimilitudinem adaptat quàm prius.

77 ברשתו beriſcttò ideſt in rete ſuo : noſter verò ait in laqueo ſuo:prius in rete aereæ , & falſæ doctrinæ:nunc in laqueo terrenę,ac ſubdolæ , & hipocryticę charitatis,& terrenorum bonorum affectus, & largitione eorum.

78 ידכה idhcé ideſt conteret ſe(diſponens) : noſter verò humiliabit eum ait:prius conterendo ſe, humiliabit populum chriſtianum:nunc verò humiliando ſe inclinabit eum,& cecidit.prius corporaliter: nunc ſpiritualiter confuſus.

79 בעצומיו baàzumáu ideſt in fortitudinibus ſuis : noſter verò ait cùm dominatus fuerit:prius in fortitudine ſua:nunc artem,& modum fortitudinis exprimit,cùm ſcilicet dominatus fuerit pauperum.

80 חלכאים chélchaim.i.facultatibus pauperũ:noſter verò ait pauperum:prius in facultatem pauperis, vt ipſum mendicum faciat : nunc in pauperem , ut ſi quomodo eum à via veritatis abducere queat.

81 הסתיר פניו hiſtir panáu ideſt abſcondere fecit facies ſuas:noſter uerò auertit faciẽ ſuã

ait:

ait:prius ne uidere videatur corporaliter puniens: nũc verò auertit faciem ſuam, ne omnino uideat,& quò ad corpus,& quò ad animam.

82 ראה raá ideſt vidit:noſter verò videat ait: prius corporaliter: nũc ſpiritualiter in futuro ne videat.

83 לנצח lanéza ideſt æterno:noſter verò in finem ait:vt ſuprà de æterno,& in æternũ dictum eſt, dices.

84 קומה cumà ideſt ſurge: noſter veró exurge ait: vt ſuprà dices.

85 Addit æditio noſtra &, vt oſtendat nos ex Spiritu ſancti dono exultare : prius autem non dabatur illud de communi lege.

86 נשא nesá ideſt eleua: noſter verò exaltetur ait : prius pater leuare manum in filiũ ſuum rogabatur:nũc filius vt per Spiritus ſancti donum exaltetur, qui patris eſt dextera.

86 תדרש tidrós ideſt requires : noſter veró ait requiret: prius per talem oſtentationem charitatis;præſens ſe eſſe credens, tibi dicet, non requires puniendo corpus:nunc verò charitates abſentia dicit in tertia perſona,ceu abſens,non requiret.

88 ראיתה raítha ideſt vidiſti : noſter verò vides ait: uidiſti enim prius afflictionem corporis conſiderans:nunc afflictionem animi vides.

89 עמל וכעס àamál váchááas : ideſt peruerſitatem, & iram:nunc verò laborem, & dolorem:die ut ad ſexageſimum primum dictum eſt.

90 תביט tabbit ideſt conſiderare facies:noſter verò conſi deras ait:dic vt ſuprà.

91 Addit æditio noſtra eos. quia prius non aſcendebatur ad eos, qui ſpiritu reprobi ſunt, perdendum , ſed ad ſatellites eorum:nunc verò etiam ad eos per iudicium, quò à dominatu mundi pulſi ſunt.

92 עליך àalècha ideſt ſuper te:noſter verò ait tibi : prius ſuper humanitatem Chriſti derelictus pauper eſt,quia Chriſti principatus ſuper humerum illius eſt: nunc verò tibi quò ad diuinitatem.

iaáá

GRANADA

93 יעזב iaàá zou ideſt derelinquet (ſe) noſter verò dere lictus eſt ait: vt ſuprà dices.

94 היית haíta ideſt fuiſti: noſter uerò eris ait: prius corporaliter: nunc ſpiritualiter eris, licet permittas eum nunc corporaliter pati.

95 רשע raſcàá ideſt impij: noſter uerò peccatoris ait: ut ſuprà dices.

96 תדוש tidróſc ideſt queres: noſter uerò quæretur ait: dic ut ad octuageſimum octauum.

97 רשעו riſcióó ideſt impietatem eius: noſter uerò pec catum illius ait: prius in fidem: nunc uerò in charitatem.

98 בל תמצא bal timzá ideſt non inuenies: noſter uerò ait & non inuenietur: quia ſpiritus ſan ctus arguet mundum de peccato &c.ut ad octuageſimũ octauum dices.

99 יהוה מלך iéhoua melech ideſt domine rex: noſter uerò ait dominus regnabit: prius erat di gnitate rex, ſed non regnabat actu: nunc autem actu re gnabit.

100 אבדו áuedhu ideſt perierunt: noſter uerò ait peribitis: prius perierunt corporaliter: nunc mihi per charitatem meam in uobis uniti, per charitatis abſentiam peribitis de terra æterna.

102 ענוים áánauim ideſt humilium: noſter uerò ait pauperum: prius miſeri erant; quia, quod uolebant per bonam uoluntatem, haud perficere poterant: nunc quidem ex charitate præſente poſſunt, ſed ceu pau peres, perſeuerantiæ dono priuati, perdurare non poſſunt in bono, quod ſalutare ideſt ſpiritus diuinitatis Chiſti donat.

102 שמעת ſamáàtta ideſt audiſti: noſter uerò exaudiuit ait: prius corporaliter ceu præſens liberando: nunc uerò in anima, licet corpore abſentes per mortem.

103 תכין tachín ideſt præparare facies: noſter uerò præparationem dicit: prius & gratia operante præ

parabat

parabat cor ratione fidei, in qua conſentiebant omnes : nunc uerò nos ipſi per gratiam in exiſtentem præpara mus ad illud.

104 תקשיב tacſiíu ideſt intendere faciet : noſter uerò au diuit ait : vt ſuprà dices : & ſecundum declarat primum.

105 ודך uadach ideſt & pauperi : noſter uerò & humili ait : prius pauperi corporaliter : nunc humili, & pauperi animo.

106 בל יוסיף bal ioſiph ideſt non apponet : noſter uerò ait ut non apponat; dic ut ſuprà.

107 לערץ אנוש מן הארץ laàróz enós min haárez ideſt ad conterendum ſe homo de terra: noſter uerò ait magnificare ſe homo ſuper terram: prius conterrebatur ſe de terra prudentiæ humanæ motus, ſi quæ in terra patiebatur; nunc nullus magnificabitur ſuper terram, quærens dignitates illius, ut ſcilicet ſpiritualiter præmietur, ſi in anima patietur Antichriſtus.

In domino confido. **PSAL. X.**

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori : noſter uerò in finem ait : ut ſuprà dices. *Hab. Tex. Heb.*

2 חסיתי chaſíthi ideſt ſperaui: noſter uerò confido ait: prius ſperaui miſericordiam, & gratiam ex fide: nunc fœlicitatem ex confidentia in charitate fundata.

3 תאמרו tomerú ideſt dicitis non uerò dicitis ait : ut ſuprà dices.

4 כם chem ideſt ueſtrum poſtmontem : Addit tex. heb. prius mons ueſter erat. i. ſpiritus teſtamẽti ueteris ſecundum ueritatem hebræam ideſt populi hebræi; nũc illemet & ſapientiæ humanæ mons eſt omnium populorum, quorum factus eſt doctor.

5 צפור zipor ideſt auis : noſter uerò ait paſſer; prius leuiſſimus auis ſola fide uolans, & myſticas

interpretationes nouas, tempore quo uigebat legis cortex inueniens: nunc ſicut paſſer inſtabilis et inani gloria ſolitarius, & fætus multiplicis diſcipulorum cupidus.

6 הרשעים hareſcaím ideſt impij: noſter verò peccatores ait: ut ſuprà dices.

7 ידרכון idrecún ideſt intendent: noſter verò intenderunt ait: ut prima in regula dices.

8 על יתר àal iéther ideſt ſuper funem: noſter verò ait in pharetra: prius ſuper funem prætenſæ literę legis proximè ad ſagittandum diſpoſitæ: nunc in pharetra librorũ memoriæ, & auctoritatum ſcripturæ reponuntur aptando illis ſagittas argumentorum ſapientiæ ſophiſticæ, & ſenſuum inanium ueteris teſtamenti corrupti.

9 השתות haſcattóeth ideſt fundamenta: noſter uerò, quæ tu perfeciſti ait: prius litera legis fundamentum erat: noſter uerò myſticus eſt factus perfectus per gratiam ſeruandi eum, & per ſpiritum ſanctum cognoſcendi pariter illum.

10 יהרסון ieharesún ideſt deſtruentur: noſter verò ait deſtruxerunt: ut ſuprà dices, & quomodo ſecundum declarat.

11 קדשו codsó ideſt ſanctitatis ſuę: noſter uerò ait ſancto ſuo: ut ſupra dices.

12 יחזו ieche3ú ideſt uidebunt: noſter uerò ait reſpiciũt: ut ſuprà dices.

13 יבחנו iuchanú ideſt probabunt: noſter verò interrogant ait: prius flagellis probaturi erant: nũc manifeſtatione criminum interrogant, ut ad reſpiciendum promoueant.

14 אדם adhám ideſt hominis: noſter uerò hominnm dicit: prius ſapientia humana coniuncti: nunc homines, qui ſuo ſenſu damnosè, & gratia ſingulari reiecta, ducuntur.

15 יבחן iuchán ideſt probabit: noſter uerò interrogat ait: ut ad 13. dices.

ſuncá

16 שנאה ſaneá ideſt odiuit: noſter uerò odit ait, prius odiuit ut legi contrariam iniquitatem: nunc ut charitati oppoſitum odit.

17 ימטר iamtér ideſt pluere faciet: noſter verò pluet ait: ut ſuprà dices.

18 רשעים reſcaiím ideſt impios: noſter uerò peccatores ait: ut ſuprà dices.

19 ישר iaſcár ideſt rectum: noſter uerò ait æquitatem: prius ſecundum legem ſcriptam: nunc ſecundum charitatem.

20 יחזו iechezú ideſt uidebunt: noſter uerò uidit ait: ut ad 2. dices.

Saluum me fac domine. PSAL. XI.

*Hab. Tex. Heb.*

1 למנצח lamnazzeách ideſt uictori: noſter uerò in finem ait: dic ut in 1.4.

2 Addit ęditio noſtra me poſt ſaluum: prius immediatè ſalus non rogabatur nobis, ſed Chriſto, per quem ſeruabantur patres: nunc, facta ea in Chriſto, rogatur in nos deſcendere.

3 גמר ghamár. i. cõpletus eſt: noſter uerò defecit ait: ſecundum eſt declaratio primi.

4 חסיד haſídh ideſt miſericors: noſter verò ſanctus ait: prius rectoribus ſpiritualibus dabatur charitas, qua miſericordes eſſe ualerent: nunc electio unde ſancti, & perfecti eſſe poſſunt datur.

5 פסו páſſu ideſt defecerunt: noſter verò diminutæ ſunt ait: prius fidei conditio operibus etiam ſine charitate adiuta, ſagitata defecit: nũc uerò charitate fulta, diminutæ ſunt per imperfectos, ſed non defecerunt ueritates.

6 אמונים emuním ideſt fideles: noſter uerò ueritates ait: prius quidam fideles moriebantur, & alij apoſtatabant à fide remanentes in uita: nunc verò ueritates à cordibus per falſam hæreticorum doctrinam diminuuntur.

7 אדם adham ideſt hominis : noſter uerò hominum ait : ut ad quartum uerbum præcedentis dices.

8 שוא sâu ideſt mendaciũ: noſter uerò uana ait : prius mendacium falſę doctrinæ : nunc uana inſtituta uiuendi,& operandi ſuper ſtructa fidei teſte apoſtolo, fæno,& ſtipulæ,& ligno comparata.

9 ידברו iedhaberú ideſt loquentur : noſter uerò locuti ſunt ait : dic ut prima in regula .

10 שפת חלקות ſepháth halacóth ideſt labium blandiloquum : noſter uerò ait labia doloſa: prius unum labium unius doctrinæ ideſt ſapientiæ humanæ: nunc uerò plura propter diuerſitatem hæreſum, & animum malum multiplicem ex diſcernente gratia, reiecta, abſente.

11 ידברו iedhabéru ideſt loquentur : noſter uerò locuti ſunt : ut ſuprà dices.

12 יכרת iachrét ideſt diſperdere faciet noſter uerò diſperdat ait: prius ratione erroris contra fidem: nunc contra charitatem diſperdi linguas rogant .

13 חלקות halacóth ideſt blanda : noſter uerò ait doloſa : ſecundum declarat intentionem primi.

14 וללשננו נגביר uilſonenu naghbbír. i. & linguæ noſtrę roborari faciemus : noſter uerò linguam noſtram magnificabimus ait : prius per malam uoluntatem, quæ animæ principium eſt roborare faciemus linguam, quæ pariter ſermonis principium eſt : nunc actum linguæ magnificabimus contra gratiam, qua actum exercere ualemus, reiectam.

15 אתנו ittánu ideſt nobis cum : noſter uerò à nobis ſunt : prius , quod Dei erat ceu iuſtitia nobis illam mendaciter attribuebamus : nunc quæ nobis conuenit gratia , à Deo donatam negamus eam.

16 משד míſcodh ideſt à rapina : noſter uerò miſeriam ait : prius actus rapinæ bonorum reſpicipiebatur:

batur : nunc miſeria animi expenditur ; quia cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.

17 תביונים euionim ideſt miſerorum : noſter uerò pauperum ait : prius miſer ſpiritu carebat præſentibus bonis, quæ cupiebat ; nam uelle adiacet mihi dicit B. Paulus : nunc uerò pauper bonis corporalibus, & ſpiritualibus ad perſeuerandum aptis caret.

18 אקום accúm ideſt ſurgam : noſter uerò exurgam ait : prius quaſi à ſomno, ut eruar à tribulatione corporea : nunc exurgam ait, ut ab animæ præſura eripiar.

19 יאמר iomár ideſt dicet: noſter uerò dicit ait : ut ſuprà dices.

20 אשית aſcíth ideſt ponere faciam : noſter uerò ponam ait : ut ſuprà dices.

21 בישע beiéſcaà ideſt in ſalute : noſter uerò in ſalutari ait: prius gratia: nunc fons gratiarum, & glorię quæritur.

22 יפיח לו iaphíach lo ideſt illaquere faciet ei : noſter uerò ait fiducialiter agam in eo: prius per legem illaquebamur ſub obedientia Dei : nunc uerò per charitatem fiducialiter ferimur in Deum, eique per uoluntatem bonam & electiuam uirtutem ſubiecti manemus.

23 טהרות thehorót ideſt purgata: noſter uerò ait caſta: prius ab omni immundicia infidelitatis : de cuius contrario dicitur, beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt : nunc caſta, actu ab omni amore corrupto mundi ideſt ſacrata.

24 צרוף בעליל לארץ zarùph baàlil laàrez ideſt purificatum in factore, & excellentiori terræ parte : noſter uerò probatam terræ dicit : prius purificatum ex fide in factore exiſtens per terram, ſacratam & corporeę mortis : nunc probatur terræ per iudicium inquiſitiuum in anima factum in morte in charitate exiſtentis, de quo B. Paulus ait, dies domini probabit &c.

25 תצרנו tizzrenú ideſt ſeruabis eum : noſter uerò ait cuſtodies nos : prius alij erant ſeruandi:nunc verò nos ſumus,quia primitiua eccleſia ad nos, & item ad alios reſpiciebat.

26 לעולם leòolam ideſt æterno : noſter uerò in æternū ait : ut ſuprà dices.

27 יתהלכון ithhálachun ideſt ambulabunt ſe ( diſponentes) noſter uerò ambulant ait : prius, ut per malam uoluntatem ſe in futuro diſponant: nunc in præſenti ambulant,quorum actus reprobatur.

28 כרם cerúm ideſt cùm exaltatur:noſter uerò ſecundum altitudinem tuam : ait prius exaltatio corporalis reſpiciebatur : nunc altitudo diuini conſilij.

29 זלות ʒullút ideſt uilipendium : noſter verò multipli casti ait , prius uiliſſimi erant idololatria contra fidem : nunc multiplicati ſunt filij hominum ſuo ſenſu loquentium contra charitatis iuſtitiam, uti moderni heretici ſunt.

Vſque quo domine.

## PSAL. XII.

*Hab. Tex. Heb.*

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori : noſter uerò in finem ait : ut ſuprà dices.

2 תסתיר taſttìr ideſt abſcondere facies : noſter uerò auertis ait : prius deſiſtens auxiliari corporaliter,& ſpiritualiter , abſcondes : nunc uerò auertis quaſi reſpicere deſinés per ſubtractionem gratiæ prius donatæ.

3 פניך panécha ideſt facies tuas : noſter uerò faciem tuam ait : prius in ratione corporalis , & ſpiritualis auxilij : nunc uerò ſpiritualis tantùm præcipuè.

4 אשית aſcíth ideſt ponere faciam : noſter uerò ponam ait : ut ſuprà dices.

àanéni

5 ענני àanéni ideſt reſponde mihi : noſter uerò & exaudi me ait : prius reſponde promittendo , ſed ad quid? ut exaudias in poſterum exequendo per Spiritus ſancti donum ſignificatum per &.

6 יאמר iomár ideſt dicet : noſter uerò ait dicat : ut ſuprà dices.

7 יכלתיו iecholttíu ideſt potui illum ſcilicet perdere : noſter uerò ait: præualui aduerſus eum : ſecũdum eſt declaratio primi.

8 צרי zarái ideſt anguſtia afficientes me : noſter uerò , qui tribulant me ait: prius tribulationes animam affligebant charitate priuatam:nunc uerò tribulant tantùm ea accenſos .

9 יגילו iaghílu ideſt exultare facient : noſter uerò exultabunt ait : ratione dicta ut ſuprà .

10 בטחתי batáchtti ideſt confiſus ſum : noſter uerò ait ſperaui : prius ſpe in fide fundata me gratiam recipere confiſus ſum:nunc ſpe fundata in charitate ſperò me ſuſcepturum gloriam prius etiam fiducia in charitate fundata:nunc ſpe in ſupremo ſalutari ne'uincar duodecimam regulam pro hoc uide .

11 Addit æditio noſtra bona : prius enim ſimplex à malis liberatio petebatur; nũc pariter bona inhabitantis gratiæ, ac item donorum Spiritus ſancti , conſecuti ſumus.

12 עלי àalái ideſt ſuper me : noſter uerò ait mihi : prius in ratione fidei , & bonæ uoluntatis , quæ ſuper me eſt , nunc mihi in ratione electiuæ uirtutis , qua ego in eſſe conſtituor , ut B. Paulus. Annuit dicens, uideo aliam legem in membris meis &c. captiuantem me &c.

13 Addit æditio noſtra , & pſallam nomini domini altisſimi : prius precando extollebamus Deum ob liberationem à malis per ueritatem facti : nunc addimus pſalmodiam , & uictoriam Chriſto dño noſtro canimus ; nanq; in eius nomine non tantùm liberati

ſumus in corpore,ſed & in anima ſumus ſaluati nũc qui dem per gratiam,& in ſæculo futuro per gloriam; & cũ præliatorem,uictorem, & triumphatorem extollimus.

Dixit inſipiens. PSAL. XIII.

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter uerò ait in finem:ut ſuprà dices.

*Hab. Tex. Heb.*

2 נבל nauál ideſt ruſticus moribus: noſter uerò inſipiens ait: prius priuati ſapientia fidei erudiente unde agreſtes, & inurbani erant: nunc uerò inſipientes,priuati ſapientia,ſunt, quæ eſt ſpiritusſancti donũ: propterea ignorauerunt Chriſtum eſſe filium Dei. nanque peccauerunt in ſpiritum ſanctum, rebelles facti ei.

3 השחיתו התעביו hiſchíthu hithiínu ideſt corrumpere fecerunt, abominari fecerunt inuicem: noſter uerò ait corrupti, & abominabiles facti ſunt: prius per malam uoluntatem corrumpere fecerunt ſe ipſos, & alios: nunc autem corrupti, in electiua uirtute ſunt, quam bonam in ſtatu præſenti habere poterant.

4 השקיף hiſcciph ideſt proſpicere fecit:noſter uerò proſpexit ait, ut ſuprà dices.

5 משכיל maſccil ideſt intelligere faciens: noſter uerò ait intelligens: ut ſuprà dices.

6 Addit editio noſtra aut, quia prius non aderat duplex uirtus, una intelligere faciendi, alia uerò quærendi Deum, quia omnis, qui intelligere faciebat, requirebat per obſeruantiam in bona uoluntate Deum: nunc uerò etiam intelligens in ſe, poteſt, eſſe abſque eo ꝙ requirat Deum per obſeruantiam uidelicet naturalis legis; ut autem innueret hæc duo in noſtro ſtatu eſſe, dixit, aut.

7 הכל סר hacol sâr ideſt omne declinauit:noſter uerò ait omnes declinauerunt: prius in ratione communitatis declinantes, reprobabantur;

nunc

nunc etiam ratione ſingulari, cuiuſque; quia gratiam ſingularem habere nunc poſſunt.

8 נאלחו neeláchu ideſt fœtuerunt: noſter verò ait inu tiles facti ſunt: prius reprobi erant, quia infamia, ob contra Chriſtum illata, fœtuerunt: nunc quia inutiles erant Eccleſiæ, charitate priuati, reprobi facti ſunt.

9 Additio noſtra: non eſt uſque ad vnum: prius enim nõ erat, qui faceret bonum, ſed non omnes hoc in ſenſu, vt corrumpere facerent cæteros: nunc autem non eſt uſq; ad vnum, qui corruptus non ſit, & qui abominabilis pariter minimè factus ſit.

10 Addit æditio noſtra tres verſus ſepulchrum &c. uſque ante oculos eorum; qui ideo ex pſalmis diuerſis, & alijs ſcripturę libris à beato Apoſtolo decerpti ſunt, & forſan propterea in noſtra æditione additi; quia prius nõ adeò apertè in Chriſtum, & in Eccleſiam blasfemauerunt; ſed nunc ceu non pertinentes ad teſtamentum uetus; ſepulchrum patens eſt, contra charitatem rodendo, guttur eorum.

11 ידעו iadheúú ideſt cognouerunt: noſter verò cognoſcent ait: vt ſuprà dices.

12 אכלי acheli ideſt comedentes: noſter verò ſicut eſcã panis: prius vt oſtenderet, quia ab antiquo comederunt, corporaliter affligendo miſſos ad ſe, contra quos Beatus Stephanus ait, quem prophetarũ &c. non autem animas, quia non potuerunt quicquam in ruinam earum agere: nunc autem comederunt eos, qui ſicut eſca panis per charitatem exiſtentes, illis ſalutis pabulum offerunt.

13 קראו caráu ideſt uocauerunt: noſter verò ait inuocauerunt: prius fidei: nunc Spiritus ſancti dono.

14 Addit æditio noſtra, vbi non erat timor: prius romani poterant eſſe ratio timoris hebręis, qui corporalem affectabant ſalutem: nunc autem nec eos vllo modo timere debent; nanque animam occidere nequaquam poſſunt.

zadhéc

15 צדיק zadhìc ideſt iuſti: noſter verò ait iuſta:prius erat generatio iuſti Chriſti:nunc etiam per Spiritus ſancti donum iuſta generatio pariter eſt.

16 תבישו tauíſcu ideſt confundere facietis : noſter verò confundiſtis ait:ut ſuprà dices.

17 ישועת ieſcuàat ideſt ſalutem : noſter verò ſalutare ait:prius poſt corporalem vltimam,quę gratię eſt,ſalutem ſperabant:nunc autem illam glorię.

18 יגל iaghél ideſt exultare faciet: noſter verò exultabit ait:vt ſuprà dices.

Domine quis habitabit. PSAL. XIIII.

1 Addit æditio noſtra in finem; quia prius ſe permanere in Eccleſia, & in finem parari proprijs uiribus credebant, ſed minimè poterant: nunc quia vtrunque confitemur ex gratia conſequi, primùm ordinari in finem fœlicitatis æternę debemus: hac itaque ratione addit æditio noſtra in finem.

*Hab. Tex. Heb.*

2 יגור iaghúr ideſt peregrinabitur, vel incolet (ad tempus):noſter verò ait habitabit : prius in tabernaculo Eccleſię per legem ducentem quaſi externè exiſtentes,peregrinabamur,quaſi tempore breui moraturi in eo:nunc per donum Spiritus ſancti perſeueranter habitamus in Dei Eccleſia.

3 ישכן iſcccon ideſt habitabit : noſter verò ait requieſcet: prius corporaliter habitabamus in monte ſancto terræ promiſſionis ſyon: nunc quęrimus requieſcere aĩo in monte ſancto cœli Eccleſię triumphantiũ.

4 קדשך codhſcécha ideſt ſanctitatis tuæ : noſter verò ait ſancto tuo:vt ſuprà dices.

5 הולך תמים holéch tamím ideſt ambulans perfectè: noſter verò ait:qui ingreditur ſine macula: prius duplex perfectio requirebatur,primò fides, qua tendimus in Chriſtum: deinde perfecta obſeruantia legis ſecundum rationem gratię creationis finitimam , quą in terrę promiſſionis ingreſſum parabamur:

mur: nunc verò ſatis eſt abſentia maculę infidelitatis ad ingreſſum Eccleſiæ.

6 רגל raghál ideſt obloquutus eſt: noſter uerò egit dolum ait: prius actus obloquendi reprobabatur: nunc etiam quęlibet doloſitas, vt caueatur in lingua, prohibetur.

7 על לשנו àal leſconó ideſt ſuper linguam ſuam: noſter verò in lingua ſua ait: prius ſuper linguam ſuam malitia uoluntatis fundatus: nunc etiam in lingua ſua, actu ex electiua virtute manante delinquens.

8 לא נשא lo nasá ideſt non leuauit: noſter verò ait non accepit: prius ſatis erat non leuare per opprobrium: nunc etiam requiritur, vt quis non accipiat in opprobrium, approbando datum ab alio contra charitatem, quæ proximum defendi requirit.

9 על àal ideſt ſuper: noſter verò aduerſus ait: vt ad octauum pſalmi ſecundi dices.

10 נבזה בעיניו niuzé beènáu ideſt qui deſpectus eſt in oculis ſuis: noſter verò ait ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius: prius ſub lege exiſtens in ſtatu peccati, per bonam voluntatem deſpiciebatur à ſe ipſo videns trãſgreſſorem legis ſe eſſe & actu, & virtute; vnde gratiam ſitiebat acquirere: nunc autem in ſtatu gratiæ exiſtens, malos odio proſequens: ad nihilum deductus & ceu exiſtens ſine ſalutis ſpe arbitratu ſuo eſt ille, qui, malignus exiſtens in mala voluntate, peccat.

11 נמאס nimás ideſt abominatus eſt: noſter verò ait malignus: prius abominari ſe oportebat ex cõſcientia malę vitę: nunc ex gratia diuina non opus eſt abominari ſe, ſed malignũ, qui in mala voluntate peccat, ceu nihil ſit, arbitrari debet.

12 יכבד iecabbedh ideſt honorabit: noſter verò glorificat ait: prius honorabit huiuſmodi timentes ratione virtutum: nunc ex operibus, ex donis Spiritus ſancti factis, glorificabit.

naſchbàà

13 נשבע niſcbbàà ideſt iuratus eſt: noſter verò qui iurat ait:prius ex imperio voluntatis, uel à iudice iuratus eſt:nunc verò etiam actualiter ex electiua uirtute ſine auctoritate iudicis, perpenditur.

14 להרע leharáá, i. ad malefaciédũ addit tex. heb. prius ad malefaciendum pœnam in ſe, & in alios iuramentum ſeruari debebat ex conditione ueteris teſtamenti, ſi autem mutauit Dauid, quod iurauit contra Nabal malum facere, hoc eſt ex conditione noui teſtamenti; ideo non ponitur in æditione noſtra ad malefaciendum.

15 ולא ימר veloiamír ideſt & non mutare faciet: noſter verò ait, & non decipit: prius qui non mutabat iuramenta: nunc verò etiam qui non decipit, ſed præſtat promiſſum in iuramento.

16 כספו caſpò ideſt argentum ſuum: noſter uerò pecuniam ſuam ait: ſecundum eſt maior expreſſio cuius argenti; nam pecunia, cõmuniter datur non pondus argenti: & item de alio metallo pecunia fit: ac pariter per hanc intelligimus omne, quod pecunia menſurari poteſt.

17 בנשך benéſcech ideſt in uſuram: noſter uerò ait ad uſuram: prius intentio actualis commodi, in vſuram ducens, reprobabatur: nunc etiam quæcunque pecunia ſine intentione uſuræ data, ſed exacta uſura, eſt reprobata.

18 לעולם leòólam ideſt æterno: noſter uerò in æternũ dicit: prius ſine charitate æterno tempore cõſeruabatur, ſed non in æternum fœlicitatis finem nouo ſtatui promiſſum deducebamur: nunc uerò per charitatem, quæ bonum eſt teſtamenti noui, in illum deducimur.

Conſerua me domine PSAL. XV.

*Heb. Tex. Heb.* 1 מכתם michttám ideſt innocenter ſumè depreſſus: noſter uerò in tituli de inſcriptio ait: prius ꝓdictio ueteris teſtamenti erat de Chriſto, ſummè depreſſo,

preſſo, ut Eſaias ait, Vidimus eum deſpectum, & nouiſſimum uirorum; propterea Iudæi dicebant, noli ſcribere quia Rex eſt, ſed quia ipſe dixit: nunc verò & apertè prædicatus eſt à Pilato in tituli inſcriptione I.N.R.I. & ignominias noſtras ſuper ſe tollens, glorioſus ipſe perſeuerabit, & nos perpetuò exonerabit malis, & coronabit pariter bonis.

2 Addit æditio noſtra pſalmus, quia victoria regni ſeruati, nobis nunc pſallenda proponitur non patribus hebręis.

3 שמרני ſcomréni ideſt cuſtodi me: noſter uerò conſerua me ait: prius à malo cuſtodi: nunc verò conſerua in bono per charitatis gratiam.

4 אמרת amártte ideſt dixiſti (fœmininum): noſter uerò ait dixi: prius humanitas Chriſti in anima ſeparata à corpore, quę non homo dicitur, ob ſeparationis animę à corpore rationé, loquens; ideo verbo fœminini generis utebatur alloquens eam, dixiſti, ait: nunc autem cùm Chriſtus in ſpiritu charitatis loquatur, qui idem eſt cum ea, qui quia poſt mortem paſſus eſt ex pluribus opprobriis ei factis tum effuſionis ſanguinis à latere, tum item ſepulchri; quia ſepultus eſt ut maledictus, maledictio enim domini omnis eſt, qui pédet in ligno, tum maximè ex intentata negatione poteſtatis regię Chriſti; propterea, quia idem ille eſt, qui & tunc erat pro inſtanti periculo, & in morte quando orauit, & pariter nunc; ideo ait, dixi.

5 ארני adhonái ideſt domini mei: noſter uerò ait Deus meus: prius humanitas Chriſti ad tribunal gratiæ inquam ſedet, in qua omnes perſonę corporaliter reſident, ſignificatę per domini mei, per fidem in ipſas, ad eas pręſentamur: nunc uerò confitemur eum Deum eſſe per Spiritus ſancti donũ ab eo, ut hypoſtaticè Deo donatum.

6 טובתי touathí ideſt bonũ meum: noſter verò bonorũ meorũ ait: prius ſummum bonũ, quo aſſequebamur uota, quod fides eſt, vnum erat: nunc autem ſunt

multa,

multa, ſicut uirtutes, & opera ſunt, ex charitate merito ria multa.

7 בל עליך balàalécha ideſt non ſuper te : noſter verò non eges ait: prius non tenebatur Deus ali quid dare pro fide, quæ non meretur de cõdignò: nunc verò ſi tenetur nõ ex neceſſitate, & iuſtitiæ commutatiuę ratione; ſed ex iuſtitia diſtributiua, quę liberaliter, & magnificè impendit propria ſine noſtri compenſatione.

8 אדירי addiré ideſt mirabiles: noſter verò ait mirificauit: prius vt abſolutum à tempore: nunc verò in pręterito in paſſione, & prima ſuſceptione Eccleſiæ.

9 כל חפצי colchéphzi ideſt omnis uoluntas mea : noſter verò omnes uoluntates meas ait: prius bona voluntas vnius modi participandi; illam erat, qui fides eſt : nunc plures plurium ratione modorum ſunt.

10 ירבו עצבותם írbbu àazzéuotham ideſt multiplicabuntur dolores eorum ideſt idololatrię, quæ dolores generant: noſter verò ait multiplicatę ſunt infirmitates eorum : prius dolores corporales: nunc ſpirituales attenduntur.

11 מהרו machàru ideſt dotauerunt : noſter uerò accelerauerunt ait : prius ditauerunt annuales hoſtias Deo promittentes : nunc fruſtra accelerauerunt ad Chriſtum conuerti, ut exonerarent onus flagelli.

12 בל אסיך נסכיהם מדם bal aſcích niſcechém mid dám ideſt non libare faciam libamina eorum de ſanguine: noſter verò ait non congregabo cõuenticula eorum de ſanguinibus: prius litamina erant mala in ſe, ſed ex voluntate Dei inſtituentis, & noſtri exequentis bona erant: nunc non ſunt bona; ideo ait reprobando, non congregabo per donum Spiritus ſancti, congregans ſpiritum hominum ex ſanguinibus animalium : ſed approbantur noſtrę con-

gre-

gregationes de ſanguine hominis Chriſti.

13 ובל אשא vual esá ideſt & nec aſſummam:noſter verò ait non memor ero : prius nomen ſectę aſſummebatur vt præſentis: nunc verò ut præteritæ non memor ero illorum.

14 תומיך tomích ideſt ſuſtentans : noſter uerò reſtitues ait:prius ſuſtentans hęreditaté populi hebræi: nunc reſtitues , quæ apoſtatata erat per idololatriam hęreditatem populi gentilis.

15 Addit æditio noſtra mihi;quia prius erat hæreditas patris ad eius cultum ſuſtentata:gentium uerò hæreditas ad cultum mihi Chriſto,vt Deo,dandum,dicata.

16 יעצני ieàazáni ideſt conſuluit mihi : noſter uerò tribuit mihi intellectum : prius conſuluit humanitati: nunc , dans eſſe ſecundum diuinitatem , intellectum tribuit.

17 שויתי ſiuithi ideſt propoſui:noſter uerò prouidebam ait: prius quò ad humanitatem,& externè propoſui , vt inquit B. Paulus , qui propoſito ſibi gaudio &c.nunc quò ad diuinitatem internè prouidebam dominum ſemper.

18 בל אמוט bal emót ideſt non mouebor : noſter uerò ait ne commouear: prius à propoſito bono fœlicitatis æternę non mouebar: nunc per ſpiritum charitatis prouidebam dominum ſemper , ne promouerer

19 ויגל vagiághel ideſt & exultare faciet: noſter uerò ait & exultauit:dic ut ſuprà.

10 כבודי ceuodhí ideſt gloria mea : noſter verò lingua mea ait:prius gloria ideſt humanitas Chriſti, quę ita gloria eſt, Chriſti quò ad diuinitatem,ſicut mulier eſt gloria viri: nunc verò lingua ideſt diuinitas Chriſti, quę uerbum eſt patris.

1 ישכן iſceeón ideſt habitabit : noſter verò requieſcet ait: prius habitabit ad corporaliter reſurgendum: nunc requieſcet ad glorioſè, & impaſſibiliter reſurgendum item.

lauétach

22 לבטח lauétach ideſt confidentiæ: noſter verò ait in ſpe:dices ut ſuprà : vide 12. regulam .

23 לשאול liſccól ideſt inferno: noſter uerò in inferno ait:prius hebręi, Chriſtũ maledictum à Deo exiſtimantes, eum ad infernum deſcenſurum, ut paterc tur ibi, credebant: nunc in ſpiritu in inferno virtute extitit, ut hac cogitata ab hebræis maledictione ſua, qua imputatiuè maledictus eſt, maledictionem ſuſtolleret; quia Chriſtus redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

24 חסידך chaſidhechá ideſt miſericordem tuum: noſter uerò ſanctum tuum ait:prius quia omnes iniquitates noſtras in ſe ſuſceperat Chriſtus, patiens ſola ceu miſericordia actu profutura nobis, inducbatur: nunc uerò, quia erat filius Dei, non tantùm corpus miſericors, ſed ſanctum habebat illud; quod enim in te naſcetur ſanctum uocabitur filius Dei ait Angelus Mariæ:quoque & nos vltra redemptionis gratiam ſanctificamur.

25 תודיעני todhièéni ideſt notam facies mihi:noſter uerò notas mihi feciſti ait: vt ſuprà dices: prius enim una uia Chriſtus & fides:nunc plures virtutũ, gratiarum, donorumque vię.

26 ארח órach ideſt ſemitam : noſter uerò ait vias: prius erat una ſemita vitę, quæ fides erat:nunc plures ſecundum opera, & dona, & gratias plures.

27 שבע sóuaà ideſt ſaturitatem:noſter uerò adimplebis ait:prius inabſtracto ſaturitas : nunc in concreto in die reſurrectionis lætitia replebis, & alio in ſæculo fœlicitatem donans.

28 שמחות ſemachóth ideſt lætitiarum: noſter verò lætitia ait : prius pluribus lætitijs propter plura opera facta, & præcepta ſeruata, & corporalis, & ſpiritualis boni:nunc una lætitia propter unum charitatis pręceptum ſeruatum, & unam ſpiritualem lætitiam.

29 את פניך eth panécha ideſt cum faciebus tuis : noſter uerò cum vultu tuo ait: prius ratione cor-

poralis,

poralis,& ſpiritualis fœlicitatis Chriſti: nunc una ſpiritualis tantùm præcipuè.

30 נעימות neíimóth ideſt decores uel ſuauitates: noſter verò delectationes ait: prius decores corporis,& fidei pulchritudinum, ac ſuauitates in verbis creditis prius, & coronatis poſterius: nunc delectationes animi, & charitatis præmia ſignificantur.

Exaudi dñe iuſtitiam meam. PSAL. XVI.

1 שמעה ſcimáà ideſt audi:noſter verò exaudi ait:prius, *Hab.*
per fidem dicebat audi:nunc uerò per charita *Tex.*
tem exaudi ait. *Heb.*

2 Addit æditio noſtra meam;quia prius non erat cuiquã iuſtitia applicata: nunc uerò Chriſto, & per Chriſtum pluribus fidelibus.

3 הקשיבה hacsíua ideſt intendere fac: noſter uerò intende ait:dic vt ſuprà.

19 הסתרת hiſttártta ideſt abſcondere feciſti:noſter ue-
rò auertiſti ait : prius diuinitatem abſcon-
diſti: nunc auertiſti à me,vt,non uti prius,per charita-
tem reſpiceres me.

panécha

20 פניך panécha ideſt facies tuas: noſter uerò faciem tuá ait: vt ſuprà dices.

21 Addit æditio noſtra à me poſt faciem tuam: vt ad cæteros per charitatem reſpiceres, quod non faciebat prius.

22 הייתי נבהל haiјthi níuhal ideſt fui territus: noſter uerò & factus ſum cõturbatus ait: prius ex tremore territus: nunc ex charitate Spiritus ſancti conturbatus ſum factus.

23 אקרא ecrá ideſt vocabo: noſter uerò clamabo ait: prius quaſi ex iuſtitia: nunc ceu ex gratia: &c.

24 ואל אדני veél adhonái ideſt & ad dominum: noſter uerò & ad Deum meum ait: prius quaſi vniuerſalem dominum: nunc Deum meum quò ad diuinitatem Chriſtum per incarnationem factum.

25 אל שחת el ſáchath ideſt ad foueam: noſter verò in corruptioné ait: prius mors corporalis ducebat in foueam ſepulchri: nunc per damnationem animæ in corruptionem.

26 היגיד haiaggídh ideſt anuntiare faciet: noſter verò anuntiabit ait: vt ſuprà dices.

27 שמע יהוה וחנני ſemaà iéhoua vechanéni ideſt audi domine: & miſerere mei: noſter verò ait: audiuit Dominus, & miſertus eſt mei: prius per fidem apparere Chriſto quò ad humanitatem, & in ſecunda perſona loqui poteramus cum illo; nam per ſolam charitatem illi quò ad diuinitatem adeſſe nunc poſſumus; & preterea dic vt ſuprà.

28 היה heié ideſt eſto: noſter uerò factus eſt ait: vt immediatè hic ſuprà dices.

29 למחול lemachól ideſt choro: noſter uerò in gaudiũ ait: prius in figura chorus ſignũ lætitiæ erat: nunc gaudium in ueritate.

30 פתחת patáchtha ideſt ſoluiſti: noſter uerò conſcidiſti ait: ſecundum eſt declaratio primi.

31 ותאזרני vateaʒréni ideſt & cinxiſti me: noſter verò & circundediſti me ait: prius ad bellandum,

& li-

& liberandum tuos ab inimicis : nunc & circundediſti, charitate animam replens, ut in tormentis gauderet Eccleſia.
32 יזמרך ie ʒamerchá ideſt pſallet tibi : noſter verò vt cantet tibi ait: prius ob uictoriam corporalē: nunc ob triumphum corporalis & ſpiritualis pugnæ in uitia.
33 Addit æditio noſtra mea poſt gloria: prius erat gloria in Eccleſia, ſed non mihi per incarnationem coniūcta.
34 ולא ידם velo iddóm ideſt & non tacebit: noſter uerò & non compungar ait: prius non tacebit Eccleſia à uerbi prædicatione, quia hæc eſt victoria, quę vincit mundum fides noſtra: & à pſalmodia, quia ſemper uictoriā conſequitur; & non tacebit à cantu ex ſpe futuræ gloriæ : nunc non compungar amplius per mortem, quæ ſpiritualis exiſtit.

In te dn̄e ſperaui. PSAL. XXX.

*Hab. Tex. Heb.* 1 למנצח lamnazzéach ideſt victori : noſter uerò in finem ait: ut ſuprà dices.
2 Addit æditio noſtra pro extaſi : ſicut enim triplex eſt potentia animæ, vna ſenſitiua, quæ circa corporalia verſatur: alia inferior ratio dicta eſt, quæ circa iuſtitiā in proximum eſt: ratio autem ſuperior Deo ſe immediatè coniungit: & affectus pariter triplex oſtenſus eſt in Chriſto. Primò ſenſus, quo timuit pœnam: rationalis deinde quò timuit à proximo impediri ſalutem per gratiam iuſtitiæ habendā, vt in pſalmo ſuperiori oſtenſum eſt : poſtremò ſuperior qui intensè in obiectum immerſus, extaſim inducit, qua timet de ſpiritu ſuo, ne à ſpiritus proximi ſalute impediatur, per ſpiritus Chriſti virtutem donatam, qui cùm ad noſtram non ad priorem Eccleſiam ſpectet, & in noſtra poſitum eſt: non in hebręa pro extaſi.
3 לעולם leóolam ideſt æterno: noſter uerò in æternū ait: prius per fidem æterno approximabamus:

nunc

nunc in æternum per charitatem ingredimur.

4 הטה hatté ideſt inclinare fac: noſter uerò inclina ait: vt ſuprà dices.

5 לזור מעוז lézur maòóz ideſt lapidi fortitudinis: noſter verò in Deum protectorem ait: ſecundum declarat primum: quia primum figura eſt: ſed ueritas ſecundum.

6 לבית leuéth ideſt domui: noſter verò & in domum ait: prius per fidem domui appropinquabamus: nunc per charitatem ſpiritus ſancti in domum refugij intramus.

7 מצודות mezudhóth ideſt munitionum: noſter uerò refugij ait: prius ad corporaliter defendendum me: nunc refugij ſpiritualis, ne confundar.

8 סלעי ſalií ideſt petra mea: noſter verò fortitudo mea ait: prius figura: nunc ueritas ponitur.

9 מצודתי mezudhathí ideſt & arx mea: noſter uerò & refugium meum ait: vt ad ſeptimum dices.

10 תנחני tanchéni ideſt deducere facies me: noſter uerò deduces me ait: vt ſuprà dices.

11 ותנהלני vtnahaléni ideſt & duces me: noſter uerò & enutries me ait: prius duces me in corpus Eccleſiæ per fidem: nunc enutries in ea exiſtentem me per charitatem.

12 מרשת meréſcet ideſt de reti: noſter uerò de laqueo ait: dic ut ſuprà.

13 מעזי maùuzzí ideſt fortitudo mea: noſter uerò protector meus ait: vt ſuprà dices.

14 בידך beiadhecá ideſt in manu tua: noſter verò in manus tuas ait: prius una miſericordię manus erat: qua corporaliter ſeruari cupiebant: nunc pluraliter in manus tuas, ut quò ad corpus, & animã, & Chriſtus in carne, & ſpiritu ſaluetur, ait, cõmendo ſpiritum meum.

15 אפקיד aphchíd ideſt commendare faciam: noſter uerò commendo ait: vt ſuprà dices.

16 שנאתי ſanéthi ideſt odiui: noſter uerò odiſti ait: prius orationis ſpes fundabatur ſuper legé,

vel cuſtoditam,uel trãſgreſſionem odio habitam; ideo odio habui tranſgredientes eam ex ſecundo illius: nũc in ſimplici Dei bonitate fundatur, quę, ſicut odio habet vanitatem ſectantes, & ex conſequenti benè affectus eſt erga odio habentes illam: ergo non quia odiui, nunc ſpero, ſed in te, qui & odiſti tranſgreſſiones legis, & bene affectus es erga habentes odio huiuſmodi.

17 השמרים haſcomerím ideſt cuſtodientes: noſter verò obſeruantes ait:prius voluntate bona:nunc actu electiuę virtutis.

18 אל יהוה el iéhoua ideſt ad dominum: noſter verò in domino ait:prius per fidé appropinquabamus domino: & nunc per charitatem in dño ſumus.

19 בטחתי batáchthi ideſt confiſus ſum: noſter uerò ſperaui ait:ut ſuprà dices in 12.regula.

20 אגילה aghíla ideſt exultare faciam:noſter uerò exultabo ait:ut ſuprà dices.

21 עניי óoní afflictionem meam: noſter verò humilitaté meam ait: prius quò ad ſenſum afflictum: nunc quò ad animum humiliatum.

22 ידעת iadaátta ideſt cognouiſti: noſter verò ſaluaſti ait:prius,munus patris faciés, cognouiſti quicquid cognoſcit pater ad ſaluandum; quare ex oppoſito non noui nos ait, & nouit dominus qui ſunt eius:nunc verò ſaluaſti,quod filio proprium eſt.

23 בצרות bezaróth ideſt in anguſtijs:noſter verò de neceſsitatibus ait primo de affligentibus animũ carnalem: nunc de illis,quæ ſuccumbere facere poſſunt animam loquitur.

24 לא הסגרתני lochiſggarttáni ideſt non concludi feciſti me: noſter verò nox concluſiſti me ait:vt ſuprà dices.

25 ביד beiád ideſt in manu: noſter verò in manibus ait: prius ad corpus perdendum:nunc & ad corpus, & animam etiam.

26 העמדת heèemádhtta ideſt ſtare feciſti: noſter verò ſtatuiſti ait:vt ſuprà dices:

27 Addit æditio noſtra in loco;declarat enim magis quid per ſpatioſum intelligat.

28 צר לי, zar lí ideſt anguſtia mihi:noſter verò tribulor ait: prius ex tribulationibus angebatur animus charitate priuatus: nunc ſola corporalis tribulatio ſentitur.

29 עששה áàſceſca ideſt corroſus eſt: noſter uerò conturbatus ait: prius ex ira: nunc ex charitate conturbatur.

30 כלו chalú ideſt conſumpti fuerunt: noſter verò ait defecit: prius uita corporis, & animi ideſt interna animæ uita paulatim conſumptæ ſunt: nunc vita ſpiritualis tota ſimul abſentia charitatis defecit.

31 חיי chagiái ideſt vitæ meæ: noſter verò ait uita mea: prius corporalis, & ſpiritualis: nunc ſpiritualis præcipuè.

32 באנחה baánacha ideſt in gemitu: noſter uerò in gemitibus ait: prius ob malis corporis: nunc corporis,& animæ ſimul.

33 כשל caſcal ideſt offendit: noſter verò infirmata eſt: ait: prius ex errore contra fidem: nunc ex morum infirmatur defectu.

34 בעוני baàuoní ideſt in iniquitate mea: noſter uerò in paupertate mea ait: prius in iniquitate, quę bonam uoluntatem tollit: nunc in paupertate ſpirituali, quæ defectum ſignificans virtutis præſiſtendi in bono, defectum charitatis Spiritus ſancti ſignificant.

35 עששו áàſceſcu ideſt corroſa ſunt: noſter verò conturbata ſunt ait: vt ad vigeſimumnonum dices.

36 צררי zorerái ideſt anguſtatoribus meis: noſter uerò inimicos meos ait: prius ex mala voluntate: nunc ex priuatione charitatis in habitu inimici ſunt.

37 הייתי haiti ideſt fui: noſter uerò factus ſum ait:prius ex malitia uoluntatis eorum fui, quod doleo:

nunc factus ſum ex electiua uirtute eorum.

38 בהוסרם behiuaſcedám in cõſulendo eorum: noſter verò dum conuenirent ait:prius actus conſultandi ex mala voluntate: nũc mala voluntas efficax conueniendi ex electiua virtute reprobatur.

39 עליך alécha ideſt ſuper te:noſter verò in te ait: prius per fidem ceu ſupra te fundatus: nunc per charitatem in te exiſtens.

40 בטחתי batáhti ideſt confiſus ſum: noſter verò ait ſperaui:vt ſuprà, & vt in 12 reg.dices.

41 בידקא beiadhechá ideſt in manu tua: noſter verò in manibus tuis ait: vt ſuprà 25.dices.

42 עתותי iittothái ideſt tempora mea: noſter verò ſortes meæ ait: prius tempora vitæ conſiderabantur in ratione corporalis iuuaminis: nunc uerò ſortes meæ & uitæ, & mortis, & fœlicitatis, & infœlicitatis, in quibus ſpirituale auxilium deſidero.

43 הצילני hazileni ideſt liberare fac me: noſter verò erime me ait:prius libera me, ne offendar: nunc verò eripe me, ne vincar, & animo ſuccumbam.

44 פניך panécha ideſt facies tuas: noſter uerò faciem tuã ait:vt ſuprà dices.

45 קראתיך cerathíca ideſt vocaui te:noſter verò ait inuocaui te: prius fide vocaui: nunc charitate inuocaui:& vt ſuprà dices.

46 יבשו iebóſcu ideſt erubeſcent:noſter uerò erubeſcant ait:vt ſuprà dices.

47 ידמו iddemú ideſt tacebunt:noſter uerò & deducantur ait:prius tacebunt, quia ex malè factis auferetur cauſſa querelæ:nunc ex defectu charitatis ſpiritus ſancti deducantur.

48 לשול liſceól.i.inferno in infernum noſter ait: prius inferno approximabamus ꝑ fidei defectũ:nunc defectu charitatis ingredimur eum, uti per charitatem contrariam cœlum ingredimur.

49 שקר ſcácer ideſt falſitatis: noſter verò ait doloſa: prius contra fidem: nunc contra charitatem.

àathác

50 עתק àathác ideſt durum:noſter verò,iniquitatem ait: prius quatenus durum in corpus:nunc iniquitatem in animam contra charitatem.

51 וו vauú; ideſt in deſpectione: noſter verò in abuſione ait: prius deſpectione contra dignitatem perſonæ: nunc in abuſione contra vſum,qui ſola charitate,& voluntatis conſenſu firmatur.

52 מה רב טובך ma rau tuuechâ ideſt quàm multa bonitas tua: noſter verò quàm magna multitudo dulcedinis tuæ ait:prius bonitas quę erit iuſtitia conſummata, erit præmium iuſtitiæ legis, prius imperfectæ:nunc dulcedo præmiũ eſt charitatis noſtrę.

53 Addit æditio noſtra Domine: prius non exprimebatur præmiorum largitor, quia nõ erat adhuc explicatus in mundo, nec ſalutem uniuerſalem operatus erat: nunc autem ponitur Domine, quia uenit iam Chriſtus.

54 פעלת paáálta ideſt operatus es: noſter uerò perfeciſti eis ait: prius in carnis paſſione: nunc ꝑ charitatem in ſpiritu patiens.

55 אדם Adhám ideſt hominis: noſter verò hominũ ait: prius vni in fide:nunc plures ſecundum propria cuique bona.

56 תסתירם taſtirém ideſt abſcondere facies eos: noſter verò abſcondes eos ait:vt ſuprà dices.

57 פניך panécha ideſt facierum tuarum: noſter verò faciei tuę ait: vt ſuprà dices.

58 מרכסי meruchesé ideſt à ſuperbijs:noſter verò à cõturbatione ait: prius per malitiæ uoluntatis rationem:nunc ex defectu charitatis conturbatum eſt.

59 איש iſc ideſt viri:noſter verò hominum ait: prius viri,qui valet potentia:nunc hominum, qui minimè in charitate iunguntur.

60 תצפנם tezpheném ideſt abſcondes eos: noſter verò proteges eos ait: prius ne offendantur:nunc uerò proteges, ne oneri tribulationum ſuccumbant.

61 בסכה beſuccá ideſt in tabernaculo: noſter uerò in tabernaculo tuo ait: prius in figura:nunc in tuo

figurato ideſt Spiritus ſancti tabernaculo, quod tuum eſt, à te procedens.

62 בחפזי bechophʒi ideſt in feſtinatione mea: noſter verò in exceſſu meo ait: prius non erat exceſſus mentis propter defectum ſpiritus eleuantis, & ſuſtentantis in exceſſu, aderat tamen ſubitus quidam motus mentis eleuans ipſum ſuper ſe, vt propria etiam per reflexionem proſpiceret.

63 נגרזתי niggráʒtti ideſt exciſus ſum: noſter verò proiectus ſum ait: prius per mortem exciſus: nunc ſpiritu proiectus ſum.

64 תחנוני tachanunái ideſt deprecationum mearum. noſter uerò orationis meæ ait: prius poſtulatio ſalutis corporalis per excellens orationis genus quaſi vehementer deſideratæ exorabamus: nunc autem per ſimplex genus quod oratio dicitur.

65 חסידיו chaſidháu ideſt miſericordes eius: noſter verò ſancti eius ait: ut ſuprà dices.

66 אמונים emuním ideſt fideles: nunc veritatem ait: prius per fidem: nunc per ueritatem vitæ, quam, quia non habemus perfectam, in abracto ponitur, ſed charitatem pro ea interpretabitur, & ſumet Chriſtus.

67 נצר nozér ideſt ſeruans: noſter uerò requiret ait: prius opus iuſtitiæ: nunc uerò miſericordię opus requiret.

68 על יתר àal iéther ideſt ſuper elationem: noſter uerò abundanter ait: ſecundũ eſt declaratio primi.

69 חזקו chiʒcú ideſt robrate uos: noſter uerò viriliter agite ait: prius per bonam voluntatem reſiſtendo in fide: nunc viriliter per charitatem agite, quam præmiandam quandoque cognoſcitis.

70 ויאמץ veiaaméʒ ideſt & roborare faciet: noſter uerò & confortetur ait; vt hic immediatè ſuprà dices.

71 המיחלים hameiachalím ideſt expectantes: noſter uerò qui ſperatis ait: prius quaſi promeritũ:


nunc

nunc verò ex ſpe in charitate fundata tanquam ex gratia præcipuè, & ut in 12. regula dices.

Beati quorum.

## PSAL. XXXI.

1 אשרי aſcré ideſt beatitudines : noſter verò beati ait: vt in primo pſalmo dices. *Hab. Tex. Heb.*

2 נשוי פשע neſui péſaà ideſt dimiſſa eſt rebelio : noſter uerò dimiſſæ ſunt iniquitates ait: prius quod erat frequens rebellio contra Deum ex fidei defectu : nunc ex charitatis defectu eſt iniquitas: prius etiam cõuenientes omnes in vnam rebellionem: nunc uerò etiã ſingulares iniquitates, ex ſingulari oblata charitate reiecta, reprobantur.

3 כסוי חטה ceſui chataá ideſt tectum eſt peccatum: noſter uerò tecta ſunt peccata ait : prius vnum peccatum originale in omnibus: nunc etiam ſingularia per ignorantia delicta; de originali quidem dicitur, vſque ad legem enim peccatum erat in mundo, ſed non reputabatur, cùm lex non eſſet, ſed regnauit mors, vt huiuſmodi peccatum oſtenderet.

4 אשרי áſcre ideſt beatitudines: noſter uerò ait beatus: vt ſuprà dices.

5 אדם Adhám ideſt hominis : noſter verò ait uir: prius homo erat priuatus gratia : nunc vir eſt ſpiritu ſancto præditus.

6 לא יחשב lo iáchſob ideſt non imputabit: noſter verò non imputauit ait: prius pro pœna æterna: nunc ad tribunal gratię ſedens, & gratiam actu donans.

7 עון ààuón ideſt iniquitatem : noſter verò peccatum ait : prius iniquitas contra charitatem in mala uoluntate: nunc etiam quodcunque peccatum; quia omnia tolluntur in baptiſmo, & pœnitentia, peccata.

8 ההרשתי hecheráſti ideſt tacere feci: noſter verò ta-
cui ait: vt ſuprà dices.

9 תכבד tichbbódh ideſt grauabit ſe: noſter verò graua
ta eſt ait:vt ſuprà dices.

10 נהפך nehepàch ideſt verſus eſt:noſter verò conuerſus
ſum ait: prius verſus eſt ſpiritus vitalis meus, qui in ſuperiori parte rationis ſedem habet: nunc conuerſus ſum in inferiori parte rationis contentus; de hac enim duplici ratione dicebat Beatus Paulus, Video legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ captiuantem me ecce inferiorem, qua ego in proprietate perſonæ conſtituor.

11 לשדי בהרונה כץ leſcaddí becharuone ciz ideſt
virori meo in ſiccitate ęſtatis: noſter verò in ærumna mea dum configitur ſpina ait: prius viror fidei in ſiccitate priuationis illius, ſimilis æſtati erat: nunc in ęrumna miſeriæ ex priuatione virtutum, & charitatis operientis peccata.

12 חטאתי hattáthi ideſt peccatum meum ex ignorantia
ſcilicet factum: delictum meum noſter dicit: prius ex ignorantia contra fidem: nunc delictũ ex charitatis defectu.

13 סלה séla addit textus hebræus ante delicta: vt ſuprà
dices.

14 אודיעך odhiàachá ideſt notum tibi faciam: noſter ve
rò cognitum tibi feci ait:ut ſuprà dices,

15 ועוני vaàauoní ideſt & iniquitatem meam: noſter ve-
rò & iniuſtitiam meam ait: prius omnis iniquitas, quæ iniuſtitia ſecundum mediocritatem eſt, perpendebatur, & ceu peccatum cognoſcebatur per legem naturę inſitam: nunc etiam iniuſtitia, quæ non tantùm à lege promulgata eſt, ſed à Chriſto perfectè adimpleta, quam confiteri peccantes debemus.

16 עלי, aalé ideſt ſuper: noſter verò ait aduerſum: prius
ratione malitiæ, quæ eſt ſuper me in parte rationis ſuperioris exiſtens: nunc aduerſum contra charitatem in inferiori parte, qua ego ineſſe conſtituor.

17 פשעי pesáâi ideſt rebelliones meę: noſter verò in iuſtitiam meam ait : vt ad quintumdecimum hic ſuprà poſitum dices.

18 עון àauón ideſt iniquitatem : noſter verò impietatem ait : prius per propoſitum confitendi peccata remittebatur pœna, quæ iniquitati debebatur, quam vocat iniquitatem peccati, non autem iniquitas remittebatur:nunc per illud tantùm impietas, quæ in malitia uoluntatis completur,quam trahit ſecũ quodlibet peccatum,remittitur.

19 סלה séla poſt peccati mei addit textus hebræus : vt ſup rà dices.

20 על זאת al ʒóth ideſt ſuper hoc : noſter verò pro hac ait:ad 16. dices.

21 יתפלל ithpallél ideſt curuabit ſe ( diſponens ) : noſter verò orabit ait:vt ſuprà dices:& ſecundũ declarat primum.

22 חסיד casídh ideſt miſericors: noſter verò ſanctus ait: vt ſuprà dices.

23 מצא mezó ideſt inueniendi : noſter verò oportunè ait:prius ad hoc vt exaudirentur orantes,per ſacrificium iugulatum ad hoſtium tabernaculi gratiam inuenire credebant, ut eſt illud, quærite dominum dũ inueniri poteſt:nunc uerò uniuerſali tempore vitę huius,quod oportunum eſt,de quo beatus Paulus ait,Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc ſalutis dies offertur.

24 סתר séther ideſt abſconſio : noſter verò refugium ait: prius ne offendar:nunc ne ſuccumbam refugium eſt.

25 מצר mizár ideſt ab anguſtia : noſter uerò à tribulatione ait : prius ad animam charitate priuatam penetrabat tribulatio ; & ideo afficiebatur anguſtia illa:nunc tribulatio corpus affligit tantùm,non animam charitate lenitam.

26 תצרני tizzeréni ideſt ſeruabis me : noſter verò ait, quæ circundedit me:prius cuſtodia ab angu-

 ſtia

ſtia ne offendar: nunc ab illa, quę circundedit me quaſi præualens, ne ſuccumbam.

27 פלט pallét ideſt crue: noſter uerò crue me ait: prius crue vniuerſaliter per paſſionem Chriſti: nunc crue me per gratiam ex paſſione Chriſti applicatam mihi.

28 תסובבני teſoueuéni ideſt circundabis me: noſter uerò à circundã ibus me ait: prius circundabis, vt pœnam euadam: nunc à circundantibus me, ne perdar ab eis.

29 סלה séla poſt à circundantibus me addit textus heb. de quo dic vt in regulis.

30 איעצה iiàaza ideſt conſulam: noſter uerò firmabo ait: prius Dei erat conſilium, noſtrum autem erat executio illius: nunc etiam promiſſio protectionis perpetuæ, quam firmabo ſignificat, datur nobis.

31 עיני èeni ideſt oculum meum: noſter verò oculos meos ait: prius ad corporaliter adiuuandum: nunc oculos ad corporaliter & ſpiritualiter ſuccurrendum, ne ſuccumbamus.

32 אל תהין al tiheiú ideſt non eritis: noſter verò nolite fieri ait: prius defectus actus voluntatis tolli conſulit: nunc uerò malitia fiendi, quam per bonam voluntatem efficacem, & electiuam uirtutem poſſumus elongare à nobis.

33 עדין èedió ideſt os eius: noſter verò maxillas eorum ait: prius os eius, vt non loquatur communi ratione falſa: nunc uerò maxillas, ne, contra charitatem agentes, ſingulariter lacerent.

34 לבלום liulóm ideſt ad obturandum: noſter uerò conſtringe ait: prius per depreſſionem malæ voluntatis, ne infidelitatem loqueretur: nunc coſtringe actum elicitum electiuæ uirtutis, contra charitatem bellantem.

35 מכאובים machouím ideſt dolores: noſter uerò flagella ait: prius dolores corpotis ex flagel

lis egrediebantur : nunc etiam flagella ſpiritualia, quę corporalem dolorem non faciunt, ex illis oriuntur.

36 לרשע laraſcaá.i. impio : noſter uerò peccatoris ait: ut in regulis dices.

37 הבוטח haboteach ideſt confidentem: noſter uerò ſperantes ait : prius fiducia ſuper fide, quæ in unum nos copulat : nunc ſpes ſuper charitate, quæ nos diſtinguit, & gradibus ceu quoſque conſtituit, innuitur.

38 נו nu ideſt eum.: addit tex.heb. poſt circundabit:prius enim per bonam uoluntatem confidens miſericordia circundabat eum coniunctum in fide, quò ad electiuam uirtutem, quæ liberari per ſpem ex collatione gratiæ à pœna promittitur: nunc ſperantes ſpe ſuper charitate, quæ donum eſt Spiritus ſancti electiuæ, & ſenſitiuæ uirtutis, fundata miſericordia liberationis à pœna æterna,& ppetuę felicitatis circúdabit eos : prius .n.diſtinctio erat inter cófidenté,& eum qui miſericordiam ſuſcipiebat ceu ratio ſuperior & inferior differunt illa.n.fidebat hæc uerò eruebatur á malis nunc uerò una & eadem uirtus eſt animæ, ut pote electiua uirtus quæ ſperat,& quæ miſericordiam ſuſcipit.

39 והרנינו ucharninu ideſt clamando & exultare facite: noſter verò & gloriamini ait : prius per bonam uoluntatem electiuam uirtutem : nunc verò per hanc ſanatam gloriamini.

## Exultate iuſti. PSAL. XXXII.

1 Addit æditio noſtra in finem pſalmus Dauid; quia quæ in hoc pſalmo ponuntur, nouam Eccleſiam ordinant in finem optatum æternæ gloriæ, non neterim noſtram Eccleſiam; ideo hic ponitur in finem, non prius.

2 היטיב נגן hetiuu naggén ideſt benefacite pulſando nr̃ uerò benè pſallite ait:prius bonũ opus

reſpicie-

reſpiciebatur: nunc gratiam iuſtificationis uictoria Chriſti pſallens.
3 Addit ęditio noſtra ei: prius quos ueſtri cauſſa propter opus ueſtrum benefacere pulſando adhortor: nunc verò gratia Chriſti ei dantes uictoriam, pſallite.
4 וכל מעשהו ucal maàaséhu ideſt & omne opus eius: noſter uerò & omnia opera eius ait: prius omne opus redemptionis: noſter uerò & creationis,& alia quæcunque opera illius.
5 באמונה beemuná ideſt in ueritate: noſter uerò in fide ait: prius in ueritate obſeruantiæ legis, & figurarum adimpletionis: nunc uerò in fide ſibi propoſita,quando,expolians ſe omni fiducia excellentiæ proprię,in fide armatus,principatus, & poteſtates traduxit confidenter &c.
6 צדקה zedhacá ideſt æquitatem: noſter uerò miſericordiam (in proximum), quæ æquitas eſt ait: ideo ſecundum eſt declaratio primi.
7 מלאה málea ideſt repleta (fuit): noſter uerò plena eſt ait: prius miſericordia liberandi à corporalibus pœnis repleta fuit: nunc plena eſt ſine differentia aliqua,qua corporaliter,& etiam ſpiritualiter punit citra condignum; & ſuprà condignum omnes coronat.
8 בדבר bidhuár ideſt in uerbo: noſter verò uerbo ait: prius pater in filio,qui uerbum eſt patris: nũc uerbo ideſt filio,qui uerbum eſt patris.
9 נעשו naàasú ideſt facti ſunt: noſter uerò firmati ſunt ait: prius per fidem humanitatis Chriſti facti ſunt cęli ſpirituales Eccleſiæ:nunc uerò Spiritu ſancto firmati ſunt.
10 וברוח be ruach ideſt in ſpiritu: noſter uerò & Spiritu ait: ut ad ſecundum dices.
11 צבאם zeuaám ideſt exercitus eorum: noſter verò uirtus eorum ait: prius uirtus in diuina potentia exercituum erat: nunc in uirtute Spiritus ſancti exiſtit.

exerce-

12 כנד canedh ideſt ſicut aceruum : noſter uerò ſicut in utre ait : prius uis externa impellendi in aceruũ exercebatur : nunc uis uincendi internè, ne exeat ad ex tera in opus, fit.

13 ייראו מיהוה iireu meiéhoua ideſt timebunt à Domino : noſter uerò timeat dominum ait: prius ne offendat Deus : nunc uerò ne ex charitate offendant Deum.

14 יגורו iagúru ideſt pauebunt : noſter uerò comoueãtur ait: prius timore pœnæ : nunc ex charitatis fundamento.

15 ויהי uagiehi ideſt & erit : noſter verò ait & facta ſunt: prius quæ partim erunt, & fuerunt: nunc omnia facta ſunt ut ſuprà in regulis dictum eſt.

16 צוה ziuá ideſt præcepit : noſter verò mandauit ait: prius ſcriptam legem præcepit : nunc charitatis præceptum mandauit, dicens hęc mando uobis, &c.

17 ויעמד uagiaàamódh ideſt & firmiter ſtabit : noſter uerò & creata ſunt ait: prius ſtabili ta erant per donum Spiritus ſancti : nunc ad ſtatum creationis finitimum creata ſunt.

18 חפיר hephír ideſt frangere fecit : noſter uerò diſſipat ait : prius ratione corporali frangebat conſilija: nunc ſpirituali diſſipat.

19 הניא hení ideſt irrita fecit: noſter uerò reprobat ait: ut ſuprà hic dices.

20 Addit æditio noſtra : & reprobat conſilia principum : quia nunc reprobat conſilium principum ideſt dæmonum, qui ad animas deſtruendas nos tẽtant, ne poſſint uincere nos ; quod prius uerum non erat.

21 לעולם leoólam ideſt æterno : nunc in æternum ait: ut ſuprà dices.

22 תעמד taàamodh ideſt ſtabit : noſter uerò manet ait : ut ſuprà dices.

23 אשרי aſcré.i.beatitudines : noſter verò beata ait: vt ſuprà dices.

hibit

24 הביט hibit ideſt reſpicere fecit: noſter uerò reſpexit ait : ut ſuprà dices.

25 האדם haadhám ideſt hominis : noſter uerò hominũ ait : prius unius per fidem : nunc plurium per charitatis diſtinguentis abſentiam, quæ poteſt nobis ineſſe.

26 ממכון mimecón ideſt de throno : noſter uerò de præparato habitaculo ait : ſecundum eſt declaratio primi, quod eſt humanitatis Chriſti, de qua reſpexit &c.

27 השגיח hiſcggíach ideſt uidere fecit : noſter uerò reſpexit ait: vt ſuprà dices.

28 היוצר hagiozér ideſt formans : noſter verò finxit ait: ſecundum eſt declaratio primi ; quia loquitur ſecundum eãdem rationem, quando naturaliter conſtituta ſunt corda.

29 לבם libbám ideſt cor eorum : noſter uerò corda corũ ait : ut ſuprà dices.

30 גבור gibbor ideſt prevalens : noſter uerò gigas ait : ſecundum eſt declaratio primi.

31 לא ימלט lo iemallét ideſt non eruet: noſter verò non ſaluabitur ait: prius eruet corporaliter: nunc uerò ſpiritualiter ſaluabitur.

32 עין èeín ideſt oculus: noſter uerò oculi ait: prius unus ſiniſter oculus bonorum temporalium ; nunc oculi, & ſiniſter, ut ſuprà, & item dexter futurorum bonorum oculus.

33 למיחלים lamiahálim ideſt expectantibus: noſter uerò qui ſperant ait : prius quaſi per meritum iuſtitiæ : nunc per ſpem in charitate præmium æternę gloriæ ex gratia præcipuè ſperamus.

34 להציל leazzil.i.ad liberare faciendũ: noſter uerò ut eruat ait : prius corporaliter: nunc ſpiritualiter à morte æterna.

55 לחיותם lehagiothám ideſt ad uiuificandum eos: noſter uerò & alat eos, dicit: prius uiuificabat per fidem: nunc alit per charitatem.

chìcectha

36 חכתה chiccetha ideſt expectauit: noſter uerò ſuſtinet ait: prius ſpe, ut liberaretur corporaliter ab eo: nunc ſuſtinet amore incomoda.

37 ומגננו umaghínénu ideſt clipeus noſter: noſter verò & protector noſter ait: prius clipeus, ut defenderemur; nunc autem protector, ne ſuccumbamus.

38 קדשו codſcó ideſt ſanctitatis ſuæ noſter verò ſancto eius ait: vt ſuprà dices.

39 יהי iehì ideſt erit: noſter verò fiat ait: prius in futuro erit: nunc uerò ceu de proximo fiat.

46 יחלנו ichálnu ideſt expectabimus: noſter uerò ſperauimus ait: prius per ſpem in fide fundatam: nunc ſperauimus ſpe in charitate fundata: & ut ad 33. dices: & pariter ut in duodecima regula.

Benedicam dominum.

## PSAL. XXXIII.

1 Hic ſecundus pſalmus alphabeticus eſt, cui litera; uau deficit phe poſt tau replicatur in fine: in quo cum de Spiritus ſancti dono, quod timor eſt, fit ſermo, cùm bona, & conditiones, & fundamentum, quod ſacramentũ eſt, timentis explanet: prius deficiebat charitas ſignificata per uau, quę caſtum timorem gignit, & timorem ſeruilem in eo tractari ſignificabatur: cuius myſterium à literis alphabeticis, quarum ſignificata ex, 118. pſalmo habere potes, adiutum; panditur, ergo prius timor ſeruilis in pſalmo præſenti tractabatur: nũc caſtus à literis illis nõ neceſſariò adiutus exprimitur: phe autem non tm̃ intellectum, quo intelligimus pertinatiæ finem malorum, innuit, de quo in uerſu, 16. loquitur, uerũ etiam in fine pſalmi declarat redẽptionẽ pœnitentium, quam ſperare debebant patres, ne

timor

timor prædictus deſperationem in eis induceret: nunc autem non externo lumine opus eſt ad cognoſcendum myſteria, & caſto timore ornandum: non itaque alpha beticas hebraicas literas noſce eſt opus, ſed à Spiritu ſancto adiutos nos eſſe, qui nobis donari neceſſe eſt, ut abſtruſiſſima intelligamus præſentia.

2 Addit æditio noſtra in titulo pſalmus; quia pſal. iſte de effectibus ſacramenti Eccleſiæ, & timentis Deum ſer monem faciens, ad nouum teſtamentum pertinet; ideo ponitur nunc hic pſalmus, qui eſt uictoriæ facientis quæ dicta ſunt, & attribuentis illam Chriſto, cuius uirtute operatur omnia.

3 טעמו taàamu ideſt guſtum (ſpiritualem) eius: noſter uerò uultum ſuum ait: prius guſtus uel pro miſſionis uerbum bonorum corporalium in ſpiritualia tendens bona: nunc uerò uultum terribilem, & in mor tem aſpicientes ducentem; quia non uidebit me (inquit ipſe) homo, & uiuet, mutauit in placabilem, & ſuauitate plenum ideſt agnum paſcalem mortuum decorticatũ, & ſanguine reſperſum, humanitatem Chriſti in cruce figurantem, in incruentũ ſacramentum corpo ris Domini, quod oſtendit diuinitatẽ Chriſti præ oſtẽ ſam per prædictionem eorum, quæ erant ſuper eum uẽ tura, quod uidelicet cùm ſine timore mortis carnali ui dere poſſimus, ſed reuerentiali & caſto tamen eum timere oportet: de quo ſuprà dictum eſt, ſignatum eſt ſu per nos lumen uultus tui Domine, & infra adorabunt in conſpectu eius uniuerſę familiæ gentium: & item metuant eum omnes fines terræ.

4 ויגרשהו uaigharſehu ideſt & expellet eum: noſter uerò & dimiſit eũ ait: prius expulit quando dixit beatus Petrus repuliſtis illud nẽpe, uerbum Dei, perſequendo corporaliter Apoſtolos: noſter uerò & dimiſit Apoſtolicus chorus eum ex charitate erga gen tiles conuerſos, quæ ſumma in ſacramento noui teſtamenti oſtenditur, quando dimiſit ſacrificia ueteris legis, & noua ardenti charitate plena inſtituit.

5 וילך uagielách ideſt & ambulauit : noſter uerò ait: abijt: prius ut ſatisfaceret malè ambulantibus iudæis in pœnam: nunc ob malitiam uoluntatis efficacis ab euntibus iudæis à Deo, ad gentes in ſalutem abiit, ut & ipſi abiremus in Deum.

6 תתהלל tithalíl ideſt laudabit ſe : noſter uerò ait laudabitur : ut ſuprà dices.

7 ישטחו iſcreúú ideſt audient : noſter uerò audiant ait: ut ſuprà per iter dices.

8 ענוים àanauím ideſt humiles : noſter uerò manſueti ait: prius per fidem, quæ humilem, & omni fauore deſtitutum requirit : nunc manſueti per charitatem dicit.

9 וישמחו uiſmâchu ideſt & lætabuntur: noſter verò & lętentur ait : ut ſuprà dices.

10 ונרוממה unrómema ideſt & exaltabimus: noſter uerò ait & exaltemus:ut ſuprà dices.

11 ועַנני ueàanáni ideſt & reſpondit mihi: noſter uerò & exaudiuit me ait: prius per fidem promittendo : nunc per charitatem præſtando promiſſa.

12 מגורתי meghurothái ideſt timoribus meis : noſter uerò tribulationibus meis ait : prius fides à timoribus : nunc ſanctificante Spiritu ſancto, charitas demum à tribulationibus, præſtando reſurrectionem Chriſti, liberat eum.

13 הצילני hizziláni ideſt eripere fecit me ; noſter uerò ait eripuit me : ut ſuprà dices.

14 הביטו hibbítu ideſt reſpicere fecerunt : noſter uerò ait accedite; prius per fidem quaſi abſentes : nunc per charitatem accendite ad eum ceu præſentem nobis.

15 ונהרו uenahâru ideſt & illuminati ſunt: noſter uerò & illuminamini ait · prius quaſi abſentes ex charitatis abſentia illuminabâtur : nunc ea pręſente illuminamini.

16 ופניהם uphnehém ideſt & facies eorum : noſter uerò & facies noſtræ ait: conformiter & ad præ

cedentia

cedentia dices.

17 קרא cará ideſt uocauit : noſter verò clamauit ait : prius ut iuſtum profeſſione ſecundum legem ; nunc clamauit onuſtus peccatis , & ſola ſuffultus fide.

18 שמע ſcaméaà ideſt auditor : noſter uerò exaudiuit ait . prius in promisſione:nunc in effectu gratia promiſſa,& exorata deſcendit in nobis.

19 צרותיו zarotháu ideſt anguſtijs eius : noſter verò tribulationibus eius ait : ut ſuprà dices.

20 הושיעו hoſciòó ideſt ſaluare fecit eum : noſter uerò ſaluauit eum ait : ut ſuprà dices.

21 חנה choněh ideſt caſtramentatur : noſter uerò immittit ait: prius externè per caſtra , quæ robur belli ſignificāt, ut corporaliter adiuuaret:nunc ſpiritualiter immittit ſe intus ad cor ut ſpiritualiter adiuuet.

22 ויחלצם uaicchalezé ideſt & eripiet eos,conuerſum in præteritum : noſter uerò , & eripiet ait: ergo non ſemper ſeruanda eſt conuerſionis temporum regula ; Dic itaque ut ſuprà in regulis eſt adnotatum.

23 טוב tòu ideſt bonus : noſter verò ſuauis ait : prius bonus dicebatur dominus ob utilitatem in refrigerium corporis nobis ab eo donatam: nunc ſuauis ex charitate,& cæteris Spiritus ſancti delitijs, in refrigerium animæ datis, dicitur pariter dominus.

24 אשרי aſcré ideſt beatitudines:noſter uerò ait beatus: ut ſuprà dices .

25 הגבר haggéuer ideſt præualens : noſter uerò ait uir : prius corpore:nunc animi uirtutibus dicitur.

26 יחסה iechesé ideſt ſperabit:noſter verò qui ſperat ait: ut ſuprà dices.

27 Addit æditio noſtra omnes ; quia non omnes ſacerdotes ueteris teſtamenti ſancti, & à macula carnali immaculati erant ; ideo non omnes ſancti ſacerdotes erant

ſed

ſed aliqui : nunc autem cùm huiuſmodi , & profeſſione , & actu omnes ſanctos eſſe oporteat ; ideo omnes ſancti nunc dicuntur:in quo ſingulariter nota hîc ſacerdotes ſanctos uocatos, quos ubique miſericordes apellauit propheta : quoſque uult intelligere de ordine Melchiſedech, qui ſine genealogia à B.Paulo; idcirco heb.7.dicit.

28 כפירים cephirim ideſt catuli leonum : noſter verò diuites ait. ſecundum declarat primum; nam ſicut leones ſignificãt principes, & catuli leonũ diuites appellari item poſſunt.

29 רשו ráſcu ideſt depauperati ſunt : noſter uerò eguerunt ait:primum eſt cauſa, ſecundi ut exiſtimatur communiter; religioſi.n.pauperes cùm ſint, non egent tamen neceſſarijs ad uitam.

30 לכו lechú.i.ite, noſter uerò uenite ait: prius ite per obſeruantiã legis:nunc uenite per charitatis affectũ.

31 האיש haiſc ideſt ille uir : noſter uerò homo ait:prius uirtute morum præditus:nunc deſtitutus omni bono ſui arrogantia dicitur.

32 טוב toſi ideſt bonum : noſter uerò ait bonos: prius bonum diẽ.i. gratiæ p Chriſti paſſionem:nũc bonos perſeuerantiæ dies per Spiritus ſancti dona.

33 נצר nezór ideſt ſerua : noſter uerò prohibe ait: prius ſerua quaſi operans: nunc per charitatem prohibe lubricitatem eius.

34 אל צדיקים el zadicim ideſt ad iuſtos : noſter uerò ait ſuper iuſtos: prius quaſi à longè ad iuſtitiam prompti affectu : nunc verò præſentialiter ſuper iuſtos, qui de præſenti charitate iuſti ſunt, ſed infra Chriſtũ, q ſuper omnes iuſtus eſt, & iuſtificãs oẽs.

35 שועתם ſauàathám ideſt clamorem eorũ : noſter uerò ait in præces eorum: prius per fidem clamabat patres. quæ meritũ neſcit propriũ : nunc præces in charitate fiũt, & exaudiri meremur per eas.

36 רע raà ideſt malum : noſter uerò mala ait: prius unum infidelitatis malum erat : nunc plura,

quæ poſſumus cauere uitiorum ſunt mala ex uirtute multiplici, qua eis pluribus reſiſtere poſſumus, nunc nobis conceſſa.

37 להכרית lehacríth ideſt ut excidere faciat: noſter uerò ait ut perdat: dic ut ſuprà, & magis apertè: prius enim figurata locutio erat: nunc pura ueritas ſignificatur.

38 Addit editio noſtra iuſti poſt clamauerunt; quia non prius de lege communi, ſed nunc ſunt iuſti, quorum & clamor, & præces exaudiuntur.

39 שמע ſcaméaà ideſt auditor: noſter uerò exaudiuit ait: prius auditor erat affectu: nunc actu exaudiuit.

40 Addit æditio noſtra eos: prius non ipſi ſed Chriſtus pro eis exaudiebatur: nunc etiam eos ex charitate exaudit.

41 צרותם zarothám ideſt anguſtijs eorum: noſter uerò ait tribulationibus eorum: dic ut ſuprà.

42 הצולם hizzilam ideſt liberare fecit eos: noſter uerò ait, liberauit eos: ut ſuprà dices.

43 לנשברי leniſcbberé ideſt contritis: noſter uerò ait his, qui tribulato ſunt corde: prius contriti erant timore: nunc ex tribulato, dolorem ſentientes, corde per deteſtationem peccati ex charitate.

44 דכהי daccee ideſt attritis: noſter verò humiles ait: prius: atriti timore erant; nunc humiliati, & fide, & ſpe, & bona uoluntate, conuerſi.

45 יושיע ioſciaà ideſt ſaluare faciet: noſter uerò ait ſaluabit: ut ſuprà dices.

46 רעות raòóth ideſt mala: noſter verò tribulationes ait· prius multa mala corporalia, & ſpiritualia: nunc tribulationes corporales tantum ex ſpiritualibus per charitatem ſedatis.

47 צדיק zaddic ideſt iuſti: noſter uerò ait iuſtorum: prius una iuſtitia fidei in Chriſto: iuſtitiæ uerò charitatis ſingulorum nunc plures ſunt, ſecundum diuerſos gradus diſtinctæ.

iazzi-

48 יצילנו iazzilénu ideſt liberare faciet cũ: noſter uerò ait liberauit eos: ut ſuprà, & ut hic immediatè ſuprà dices.

49 נשברה loniſcbbára ideſt non contritum eſt: noſter uerò non conteretur ait: prius non contritũ corporaliter, & animo depreſſus erat: nunc uerò in ratione æternæ fœlicitatis non conteretur, ſed inde ſaluabitur.

56 תמותת רשע רעה temotheth raſcaà raàá ideſt mori faciet impium malum: noſter uerò ait mors peccatorum peſſima: prius occidet mors corporalis impium propter malum ex uindicta, antiquo teſtamento propria; nunc uerò mors damnationis peccatorum peſſima ex ſe erit ex charitatis defectu.

51 יאשמו ieſcámu ideſt deſſolabuntur: noſter uerò delinquent ait: prius deſſolabuntur corporaliter nunc delinquent ad mortem peccantes.

52 פדה podhé ideſt redimens: noſter uerò redimet ait: prius gratiam; nunc ęternam gloriam redemptis, donans.

53 נפש néphesc ideſt animam: noſter uerò ait animas: prius in fidei ratione in ſuperiori parte rationis exiſtentis ceu una erat anima: nunc plures charitate in electiua parte rationis exiſtente cuique propria.

54 ולא אשמו ueló ceſmu ideſt & nõ deſſolabũtur: noſter uerò & non delinquent ait: dic ut ad 53.

Iudica domine. PSAL. XXXIIII.

1 Addit æditio noſtra in finem pſalmus; quia loquitur pſalmus de protectione Dei erga nos habita in ordine ad finẽ beatitudinis, quã aſſequẽdo pſallimus ꝑ corporis Chriſti sũptionẽ, quæ negabaẽ in ueteri teſtamẽto.

2 ריבה riuâ ideſt litiga: noſter uerò ait iudica: prius rationibus conuincendus erat inimicus dæmon:

mon, vt non ſe ducendi nos poteſtatem haberet: nunc autem purgata in Chriſto pœna, iudicari rogat, & expugnari.

3 יריבי ieriuái. i. contendentes meos: noſter verò ait nocentes me: prius quaſi ratione conuincere me eſſe damnatum vellent: nunc, ablata omni ratione, nocentes me ſunt, ut labi faciant me.

4 החזק háchaʒec.i.roborare fac (ad apprehendendum) noſter verò apprehende ait: vt ſuprà dices.

5 מגן וצנה maghén veziná. i. ſcutum magnum, & paruum: noſter verò arma,& ſcutum: prius ſcutum ad defendendum nos: nunc arma ad offendedum dęmonem, & ſuos, nobis à pœna pro merita per Chriſti paſſionem liberatis, iudicio condemnationis in eum promulgato.

6 והרק veharéc. i. & e vagina: noſter verò effunde ait: prius & ſpũ charitatis regenerátis euagina per paſſionem Chriſti, qui eſt framea tua, ad feriendum diſponens: nunc effunde per ſententiam iudicij.

7 חנית chaníth. i. lanceam: noſter verò frameam ait: prius lancea crucis, qua proſtrati ſunt inimici de mundi Dominio: nunc frameam euangelici verbi crucis Chriſti ad condemnandum dæmones, & ſatellites ſuos.

8 יבשו ieuóſu.i. erubeſcent: noſter verò & reuereantur ait: prius ob pœnam corporalem: nunc ob priuationem gratiæ, reuereantur.

9 יסגו iſóghu.i.auertentur: noſter verò auertantur ait: vt ſuprà dices.

10 ויחפרו veiachperú.i.& pudore afficientur:noſter verò & confundantur ait: idem quod ad 8. dices.

11 רעתי raàathi. i. malum meum: noſter verò ait mala mihi:prius corporis tantùm:nunc pariter, & animæ,quæ plura idcirco ſunt.

12 יהיו ihiu.i.erunt: noſter verò fiant ait: prius ex malitia voluntatis ceu eſſentialiter erunt:nunc autem in electiua virtute fiant.

13 כמוץ moz ideſt gluma: noſter uerò puluis ait: prius gluma ideſt quiſquiliæ tritici uerbi Dei, & eis innitentes in igne mittendi, quæ cortex legis ſunt: nunc autem puluis ideſt ſapientiæ aqua, quæ donum eſt Spiritus ſancti priuatus, qua & æterna conſpicere, & ad illa parari, & item parati perſeuerare ualemus in bono.

14 יהי iehí ideſt erit: noſter uerò fiant ait: prius de ſe ex eorum malitia, & infidelitate erunt: nunc autem ex obcecatione ſuper addita eis & in electiua uirtute fiant

15 דרכם darcám ideſt uia eorum: noſter uerò ait uiæ illorum: prius una fidei uia ſalutis erat: nunc uerò plures morum, quos exercere poſſumus ſunt uię Domini: de his dicit infrà pſalmus in uijs eius ambulauerunt.

16 וחלקלקות uachalaclauóth ideſt & lubricitates: noſter uerò & lubricum ait: prius lubricitates plurium peccatorum in mala uoluntate: nunc uerò in lubricum infidelitatis electiuam uirtutem pellens eorum.

18 שחת ſachath ideſt foueam: noſter uerò interitum ait: prius foueam, in qua corporaliter caderem: nunc interitus laquei ſui: in quo ceciderunt ideſt mortale peccatum, eſt id;quod mihi pararunt in malum.

18 רשתם riſettâm.i.rete ſuũ:nr̄ uerò ait laquei ſui: prius rete in aere extẽſum erat, unde aues.i.cõtẽplantes ſacræ ſcripturæ dicta tunc, & nunc myſteria iux ta tex.hebręũ, capiuntur, & in infelicitatẽ ruunt: nunc terreni laquei ſui ideſt terrenę ſapientiæ, & in affectu illius terrenos homines implicantis.

19 חפרו capherú ideſt foder unt: noſter uerò exprobraue runt ait: prius foderunt, ut cognoſcerent interiora animæ: quæ fide conſiſtit, & uiuit: nunc exprobra uerunt Chriſtũ, ut cum in mundo contumelia dignũ eſſe oſtenderent.

20 תבואהו teuoéhu ideſt ueniet ipſi : noſter uerò ueniat ipſi: prius à longe: nunc de propinquo prius ex fidei defectu ueniet: nunc ex defectu charitatis ueniat.

21 שואה ſcoah ideſt deſſolatio : noſter uerò laqueus ait : prius ut ſotijs priuetur, ob fidei teſtamentum relictum : nunc laqueus odij contra charitatem, & bonorum temporalium deſiderium, quo irretiti teneantur : & tandem captiuitatis laqueum ſentiant.

22 ורשתו uerîſcttó ideſt & recte ipſius : noſter uerò & captio ait: prius rete propter doctrinam fidei: nunc & captio ex cauſſa utraque fidei, & morum terrenorum uidelicet, qua in infidelitatem, & diſperationẽ trahuntur homines.

23 תלכדו tílecedho ideſt comprehendet eum : noſter uerò aprehendat eum ait : ut ſuprà dices.

24 בשואה beſuá ideſt in derelictione ab amicis, & conſulentibus : noſter uerò & in laqueum : prius ne poſſit illuminari fide : nunc ex odio & terrenorum affectu cõtra Spiritus ſancti donum in laqueum paſſionum, & mortis æternę.

25 יפל íppol ideſt cadet : noſter uerò cadat ait: ut ſuprà dices.

26 תגיל taghíl ideſt exultare faciet : noſter verò exultabit ait: vt ſuprà dices.

27 תשיש taſíſc ideſt delectare faciet: noſter uerò & delectabitur ait: ut ſuprà dices dupliciter.

28 בישועתו biſuàathó ideſt in ſalute eius: noſter uerò ſuper ſalutari ſuo ait: vt ſuprà dices in ſalute enim ideſt in gratia quam ſuſcepit: nunc non præcipuè in gratia illa, ſed per fidem fundatus ſuper ſalutari ſuo, quæ prima eſt radix ſalutis in nobis; nanque charitas præcipuè fundatur in fide, & hęc in Chriſto poſtremo.

29 מציל mazzíl ideſt eripere faciens : noſter uerò eripiens ait. ut ſuprà dices.

30 מחזק méchazac ideſt à fortiori : noſter uerò de manu fortiorum eius ait : prius à dæmone fortiori contra fidem : nunc in plurali contra charitatem bellantium , qua ſingulariter quiſque conſtituitur.

31 מגזלו miggozeló ideſt à fraudante eum: noſter uerò à diripientibus eum ait: ut ſuprà hic dices.

32 יקומון iecumûn ideſt ſurgent : noſter uerò ſurgentes ait:ut ſuprà dices.

33 ישאלוני iſcalûni ideſt interrogabũt me : noſter uerò interrogabant me ait:ut ſuprà dices.

34 ישלמוני ieſcallemûni ideſt reddent mihi: noſter uerò retribuebant mihi ait:ut ſuprà dices;pro bono enim fidei malum cõtra gratiam primam : nunc uerò pro bonis uirtutum gratiæ noui teſtamenti retribuebant mala, cõtra augmentũ gratię, quod retributio dicitur.

35 רעה raàá ideſt malum : noſter uerò mala ait : contra fidem prius unam;unum malum erat nunc cõtra charitatem,quę diſtinguit gradus,& merita mala pœnarum plura.

36 טובה touá ideſt bonitate : noſter uerò ait bonis:ut ſuprà ad primum pſalmi primi dices : & prius pro bona uoluntate,quæ bonitas dicitur : nunc pro bonis uirtutum electiuæ potentiæ.

37 בחלותם bachalothám ideſt ægrotantibus ipſis : noſter uerò ait cùm mihi moleſti eſſent : prius ægrotantibus ipſis in fide, diuinitas abſcondebatur, ne ſanarentur: nunc uerò ex charitate ob moleſtiam,illa non pateſit eis, ne puniantur, ſed ut per humanitatem ſaluentur nanque ob id interula humanitatis pœnam , quam illi merebantur , in ſe ſuſcepit .

38 לבושי שק leuuſcí ſac ideſt ueſtimentum meum ſaccus: noſter uerò ait induebar cilicio: nunc declarat quomodo actus &c.nãq; ex charitate induebar : prius affectus humanitatis ad paciendum , ut

ſide ſaluarentur, oſtendit: nunc affectus diuinitatis, quo inducbar, ut charitate diuina inſignirem eos, exprimitur.

39 עִנִּיתִי iiníthi ideſt afflixi: noſter uerò ait humiliabam: prius corpus afflixi: nunc humiliabam ſpiritum meum.

40 עַל חֵיקִי àal cheicí ideſt ſuper ſinum meum: noſter uerò ait in ſinu meo: prius in ſuperiori ceu parte rationis, quæ eſt ſuper ſinum inferioris uirtutis, quæ prius erat facta bona ſecundum ſtatum gratiæ ueteris teſtamenti: nunc in ſinu ideſt electiuæ uirtutis, quæ nunc per gratiam noui teſtamenti ſanatur.

41 לִי li ideſt mihi: noſter uerò noſtrum ait: prius mihi de Chriſto in perſona dicit, qui unus eſt, nunc de Chriſto in ſpiritu plures.

42 הִתְהַלָּכְתִּי hithhallachtti ideſt ambulaui me diſponens, noſter verò complacèbam ait: prius affectus diſponendi ſe ad ambulandum, & operandum eorum ſalutem: nunc complacebam, ut charitatem imprimerem.

43 כַּאֲבֵל cauél ideſt triſtis: noſter uerò lugens ait: prius ex fidei defectu eorum, qui elongabant eos à gratia: nunc triſtis internè eram lugens externè ex charitatis eorum deffectu, qui arcebant eos à gloria æterna.

44 אֵם em ideſt matrem ante & contriſtatus: addit tex. heb. prius quò ad humanitatem matrem habebat Eccleſiam antiquam: nunc quò ad diuinitatem neſcit matré, ſed filios habet.

45 קֹדֵר codhér ideſt pullatus: noſter uerò & contriſtatus ait: prius in ſignum afflictæ carnis ob conſanguineos hebræos: nunc contriſtatus animo ex charitate pro extraneis ſum.

46 שַׁחוֹתִי ſcachóthi ideſt humiliaui me: noſter verò ait humiliabar: ut ſuprà dices.

47 ובצלעי úuzalij ideſt & in claudicatione mea:noſter verò & aduerſum me ait:prius & in claudicatione mea actu lætati ſunt:nunc etiam ob odium hunc actum lætitiæ aduerſum me dirigunt.

48 ונאספו vencesáphu ideſt & congregati ſunt: noſter verò & conuenerunt ait:ut ſuprà hìc immediatè dices.

49 נכים necim ideſt deprauati: noſter verò flagella ait: prius eorum infirmitas animi declarabatur: nũc opus etiam exprimitur,quod nunc reprobatur, vt pote contrariũ gratiæ noui teſtamenti, quæ actum bonum virtutum facit.

50 קרעו careũu ideſt diſſiderunt(lingua):noſter verò diſſipati ſunt ait: prius affectus diſſidendi: nunc etiam reprobatur qui electiuæ virtutis eſt.

51 ולא דמו velo dhámu ideſt & non ſiluerunt: noſter verò nec cõpuncti ſunt ait:prius actu nõ ſiluerunt,quod erat defectus præcipuus veteris teſtaméti: nunc etiam affectus malæ voluntatis efficacis, quo diſſipati ſunt, reprobatur.

52 בחנפי bechanphé ideſt in fictis:noſter verò temptauerunt me ait: prius actus fictè loquendi exprimebatur: nunc animus peſſimus tentandi in illis fictis ſermonibus oſtenditur.

53 לעגי מעוג laàaghe maòógh ideſt deridentes deriſionem:noſter verò ſubſannauerunt me ſubſannatione ait: prius vt animum cognoſcerent meum: nunc ex odio ſubſannauerunt me.

54 השיבה haſcíua ideſt reſtituere fac: noſter verò reſtitue ait: vt ſuprà dices.

55 משאיהם miſcoehém ideſt deſolatoribus eorum(con ſilij) noſter verò ait à malignitate eorum: prius quaſi priuatum conſilio, vt deſperare cogeretur Chriſtus: nunc à malignitate contra charitatem, vt eũ odioſum facerent.

56 מכפירים miccephirím ideſt à leunculis: noſter verò à leonibus ait:prius à dæmoniacis viris

demonũ filijs hebræis me corporaliter vexantibus, nũc à læonibus ideſt dæmonibus ſpiritualiter affligentibus me.

57 רב rau ideſt multa: noſter verò ait magna: prius multa multitudine fidelium populorum: nunc magnitudine donorum magna.

58 עצום àazúm ideſt forti: noſter verò ait graui: prius corpore forti: nunc verò animo graui.

59 ישמחו íſmechu ideſt gaudebunt: noſter uerò ſupergaudeant ait: prius de vita corporali perempta: nunc de ſpiritu confuſo, & à mundi memoria ablato.

60 איבי שקר oieuái ſécher ideſt inimici mei falſitate: noſter verò ait: qui aduerſantur mihi inique: prius affectus inimicitiæ infidelitate reprobabat: nunc etiam actus in charitatem ex actuum poteſtate interiorum, reprobatur pariter.

61 יקרצו ierezú ideſt annuent: noſter uerò & per malitiam oppoſitam ſpiritus ſancti dono annunt ait: vt ſuprà dices:

62 עין àáin ideſt oculo: noſter verò oculis ait: ut ſuprà dices

63 לא שלום ידברו lo ſcalóm iedabéru ideſt non pacem loquentur: noſter verò mihi quidem pacificè loquebantur ait: prius affectus abſcōditus oſtendebatur: nunc etiam actus: vt primo affectũ reprobari dignum oſtendat: nunc etiam actus ex volũtatis efficacis malitia reprobandus eſt.

64 ועל רגעי veàal righèé ideſt ſuper ſciſſuras: noſter verò & in iracũdia ait: prius ſuper apoſtolos qui ſcindunt terram cordis noſtri vomere verbi Dei: nunc in iracundia terræ promiſſionis, quæ in iracundiam Dei uenerat, & auferri ab eis timebant eam.

65 יחשבון iachaſcouún ideſt cogitabunt: noſter verò dicit cogitabant: vt ſuprà dices.

66 וירחיבו uagiarchíuu ideſt & dilatare facient: noſter verò & dilatauerunt ait: ut ſuprà dices.

67 אל תחרש al techeráſc ideſt tacebis : noſter verò ne ſileas ait: vt ſuprà dices.

68 אל תרחק al tircháe ideſt elongabis te : noſter uerò ait ne diſcedas: prius nō præſens per charitatem eras, ſed propè per fidem, cuius priuatione elōgabis te: nunc diſcendens per charitatis abſentiam, quę præſentes, & ceu æquales charitate facit.

69 העירה hàiirah ideſt ſuſcitare fac: noſter uerò exurge ait : prius pater per filium ſuſcitare faciebat quaſi à ſomno ad vitam temporalem : nunc in Chriſto exurge ad vitam diuinam oſtendendam tuam.

70 ותקיצה vettaciza .i. & euigilare fac : noſter verò ait & intende: prius euigilia ſuper nos voluntate bona, curam habens de nobis: nunc, effectum adiuuādi faciens, ex charitate ceu electiuæ virtutis intende.

71 ולא ישמחו velo íſmechu ideſt & non gaudebunt : noſter verò & non ſupergaudeant ait: vt ſuprà dices.

34 לפניך lepanécha ideſt faciebus: noſter verò ait in cõſpectu tuo: vt ſuprà dices.

35 אמן ואמן amen veámen: noſter verò ait fiat fiat: prius veritas doctrinæ veteris teſtamenti, & noui per ſupradicta firmetur: nunc fiat per gratiã iuſtitiæ: fiat etiam per donum Spiritus ſancti, communicata, quibus æterna gloria digni futuri ſimus.

Quemadmodum deſiderat.

## PSAL. XLI.

*Hab. Tex. Heb.*

1 למנצח lamnazzéach ideſt victori: noſter verò in finem ait: vt ſuprà dices.

2 Addit æditio noſtra pſalmus Dauid, qui dicitur victoriæ ſuper peccata: quod prius in ſtatu veteris legis minimè poteramus.

3 כאיל ceagiál ideſt ſicut cerua: noſter verò quemadmodum ceruus dicitur: prius dominante carne ſpiritualiter naturam fœminæ ſapiebamus: nunc robore in nouo teſtamento donato, maſculi ſummus vir tute.

4 תערג taäarógh ideſt clamabit: noſter verò deſiderat ait: prius pro bonis corporalibus ſenſui placentibus: nunc verò deſiderio rationalis virtutis, quo in finem beatitudinis tenditur cupit.

5 אפיקי aphíce ideſt riuulos decurrentes: noſter verò ad fontes ait: prius riuus ſpiritus prophetiæ,

qui

qui non ſemper inſpirabatur, vel minimè ſpiritum habebat à ſe: nunc autem, quod ſperamus, fons eſt indeficiens æternæ vitę.

6 תערג taàarógh ideſt clamabit: noſter verò deſiderat ait: vt ad 4. dices.

7 לאלהים לאל leelohim leel ideſt Deo forti: noſter verò ad Deum fonté ait: prius Deus fortis ratione fidei dicebatur: nunc fons ſapientiæ, de quo dicitur, fons ſapientiæ uerbum Dei in excelſis.

8 פני pené ideſt facies: noſter verò faciem ait: prius vt corporaliter, & ſpiritualiter fœliciter: nunc verò vt ſpiritualiter pręcipuè.

9 היתה לי דמעתי haiethá li dhimàathí ideſt fuit mihi lachryma mea: noſter verò ait fuerunt mihi lachrymæ meę: prius ratione priuationis bonę fidei, quæ una erat: nunc plures ratione plurium virtutum.

10 לחם léchem ideſt panis: noſter verò ait panes: vt ad nonum dices.

11 יומם iomám ideſt die: noſter verò die, ac nocte ait: prius die illuminabat per fidem: nunc die gratię noui teſtamenti, & nocte priuationis illius, ſed remanente veteris teſtamenti fide.

12 אזכרה ezccerá ideſt recordabor: noſter verò recordatus ſum ait: vt ſuprà dices.

13 ואשפכה veéſepecha ideſt & effunde: noſter verò & effudi ait: vt ſuprà dices.

14 עלי àalái ideſt ſuper me: noſter verò in me ait: prius ſuper me ratione fidei cùm mihi innitor: nunc in ratione charitatis in electiua uirtute exiſtentis, in me dicitur.

14 בסך baſsách ideſt in umbraculum: noſter verò in locum tabernaculi ait: prius tabernaculum, judiciorum veteris legis æſtum uitiorum reprimebat, & à pluuia diuinæ uindictæ figuris legis cęremonialis protegebat: nunc locus Eccleſiæ noui teſtamenti, quæ re-

mouet

mouet pœnã æternam,& peccata mortificat, de quibus dicitur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitentię ab operibus mortuis, & fidei ad Deum baptiſmatũ quoque doctrinę &c.

16 אדדם edaddém ideſt incedam cum eis: noſter uerò admirabilis ait: prius incedam cum eis per obſeruantiam legis: nunc tabernaculi charitate imperfecta,& in ſacramento Euchariſtię Eccleſię admirabilis.

17 המון חוגג hamón choghégh ideſt multitudo tripudians: noſter uerò ait ſonus epulãtis: prius multitudo tripudians ratione vnitatis ſpiritus fidei, & corporalis lætitię: nunc verò ratione charitatis ſonus epulantis,& ſpiritualium delitiarum.

18 תשתוחחי tiſctochachí ideſt incuruabis te: noſter verò ait triſtis es: prius corpore: nũc ſpiritu.

19 ותהמי vattehemí ideſt & tumultuabis: noſter verò & quare conturbas ait: prius ratione pœnæ: nũc ratione culpę ſuſpectę.

20 עלי aalái ideſt ſuper me: noſter uerò me ait: prius per fidem fundatus: nunc in me per electiuam virtutem conſiſtente.

21 הוחלי hochíli ideſt expecta: noſter uerò ſpera ait: prius per ſpem in fide fundatam, & quaſi ex merito: nunc quaſi ex gratia, per ſpem in charitate fundatam ſpera. vide pro hoc 12.regulam.

22 ישועות ieſcuòóth ideſt ſalutes: nũc uerò ſalutare ait: prius ſalutes & corporalem,& ſpirituale͂ gratię: nunc ſalutare, quod vltimam ſalutem largitur.

23 פניו panáu ideſt vultus eius: noſter uerò vultus mei ait: prius ſalutes vultus Dei patris ideſt Chriſti, qui vultus erat Dei patris: nunc ſalutare vultus mei,& ſpiritus mei, qui in Chriſto per charitatem exiſtens ſum.

24 עלי àalái ideſt ſuper me: noſter verò ait ad me ipſum: prius ratione fidei, qua vnuſquiſque fundatur ſuper alium, vt B.Paulus ait: ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorũ &c. nunc ad me ipſum, ut ad fine͂

per

per charitatis rationé, quę omnia in finem ordinat, dſ.

25 תשתוחח tiſetochach .i. incuruabit ſe: noſter uerò cõturbata eſt ait: prius quaſi per fidem nutantem in eo: nunc conturbata eſt, ſuper fundamento charitatis fundata.

26 חרמונים chermoním. i. hermoniorum: noſter uerò hermonij ait: prius corporalis, & ſpiritualis: nunc ſpiritualis tantùm: & prius in ratione gratiæ, & gloriæ: nunc gloriæ tantùm dicitur.

27 משבריך miſcbbarécha ideſt confractiones tuę: noſter uerò ait excelſa tua: prius quò ad corpus: nunc quò ad animam: nanque confractiones corporales celſiſſimam faciunt eam.

28 יומם iomám. i. die: noſter uerò in die ait: prius qa tota die peccabamus, tota ẽt die mandauit miſericordiam externam, qua cooperiebamus peccata: nũc in die gratiæ, ut ex charitate miſericordiam, cùm opus eſt, exerceamus.

29 יצוה ieza ué ideſt percipiet: noſter verò mandauit ait: prius externo legis ſcriptę pręcepto: nũc interno charitatis mandato, quod libertatem ſonat, ſed non neceſſitatem; quia de neceſſitate ſatis eſt infuſa gratia.

30 עמי iimmi .i. mecum: noſter uerò apud me ait: prius vnitas ſtatus veteris legis cum oratione coniungebatur, qua ut externum à nobis auctorem uitæ, & ſuſceptorem habebamus, quaſi extrinſecus vitam, & gratiam perfectam imputet: nunc verò quaſi diſtincta eſt oratio apud me coniuncto vitę gratię quidé, ſed à Deo diſtincto; nam reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius: ita nos, in gratia exiſtentes, & uota noſtra, ut diſtincta à nobis placent Deo: prius autem oratio ſola erat grata Deo; quia ſcriptum eſt, Sacrificium Deo gratum ſpiritus contribulatus eſt, & omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me.

31 חיי chagiái ideſt uitarum mearum: noſter uerò vitæ meæ ait: prius corporalis, & ſpiritualis: nunc ſpiritualis tantùm præcipuè.

32 סלעי ſalii ideſt petra mea: noſter verò ſuſceptor meus es ait: prius ne offendar: nunc ne confundar, ſuſceptor eſt.

33 אלך eléch ideſt incedam: noſter uerò incedo ait: vt ſuprà dices.

34 בלחץ אויב belàchaz oieu ideſt in oppreſſione inimici: noſter verò ait dum affligit me inimicus: prius actus oppreſſionis, qui affligebat carnem, reprobabatur: nunc etiam efficax mala uoluntas, quæ in uerbo affligit intelligitur.

35 ברצח berézach ideſt in homicidio (occaſione facto): noſter verò dum confringuntur ait: prius corporaliter: nunc oſſa animę, quę ſunt potiores virtutes viuificantes eam.

36 צוררי zorerái ideſt anguſtatores mei: noſter verò inimici mei ait: prius actus contra legem: nunc etiam inimici ex charitatis defectu, reprobantur.

37 תשתוחחי tiſcttochachí ideſt incuruabis te: noſter verò triſtis es ait: prius corporaliter: nunc animo.

38 ומה תהמי vmach tehemi ideſt & quare tumultuabis: noſter verò & quare conturbas me ait: prius ex timore: nunc ex fundamento charitatis.

39 עלי àalái ideſt ſuper me: noſter verò ait me: vt ſuprà dices.

40 הוחילי hochíli ideſt expecta: noſter verò ſpera ait: prius quaſi ex merito, & per ſpem in fide & bona uoluntate fundatam: nunc in charitate, & ceu ex gratia præcipuè, ſed reipſa ex ſpe in charitate fundata. Vide pro hoc 12. regulam.

41 ישועות ieſcuòóth ideſt ſalutes: noſter verò ſalutare ait: prius & præſentem, & futuram vitam gratiæ videlicet, & gloriæ: nunc ſalutare, quod vltimam ſalutem dabit, explicatur.

Iudica me Deus. PSAL. XLII.

1 Addit æditio noſtra in finem pſalmus David: prius

ſtatus

ſtatus veteris legis non diſcernebatur ab iniquis ex néceſſitate, ſicut nunc facit; ideo nunc hanc victoriam diſcriminis petimus, quam adipiſci nunc poſſumus.

*hab. sex. heb.* ריבה ריבי riuá riuí ideſt litigalitem meam: noſter verò diſcerne cauſſam meam ait: prius litiga ratione iuſtitię, vt homo: nunc ratione poteſtatis ut Deus iudica.

3 לא חסיד lo chasídh ideſt non miſericordi: noſter uerò non ſancta ait: prius contra donum ſacerdotibus veteris teſtamenti conçeſſum, quod eſt miſericordia: nunc contra donum ſanctitatis nouo teſtamento proprium.

4 מאיש meiſc ideſt à viro: noſter verò ab homine ait: prius virtute naturali prędito: nunc ab homine ſpiritu ſapientiæ, vt puluis exiſtens, priuato.

5 ועולה àaulá ideſt iniquitatis: noſter verò ait iniquo: vt hic infra dices.

6 מרמה mirmá ideſt doli: noſter verò ait doloſo: prius in mala voluntate doloſus, dolus ceu ſuſtãtialiter dicebatur: nunc verò in electiua uirtute doloſus dicitur.

7 תפלטני tephalléteni ideſt erues me: noſter verò ait erue me: vt ſuprà dices.

8 זנחתני ʒenachttáni ideſt elongaſti me: noſter uerò ait me repuliſti: prius, qui eram propinquus per fidem, elongaſti me: nunc, qui erã pręſens per charitatem, repuliſti me.

9 קדר codhér. i. pullatus: noſter uerò triſtis ait: prius corpore: nunc animo.

10 אתהלך ethalléch ideſt incedam me (diſponens): noſter verò incedo ait: vt ſuprà dices.

11 בלחץ beláchaz ideſt in oppreſſione: noſter uerò ait dum affligit: prius in pœna opprimebamur: nunc impacientia ex charitatis defectu.

12 ינחוני ianchúni ideſt deducent me: noſter verò ait deduxerunt me: vt ſuprà dices.

13 יביאוני ieuiúni ideſt inducent me: noſter uerò ait & addu-

adduxerunt me: ut ſuprà dices dupliciter.

14 אל הר el hár ideſt ad montem: noſter uerò in montẽ ait: vt ſuprà dices.

15 ואל veel ideſt & ad: noſter verò ait & in: prius appro ximando per fidem: nunc inexiſtendo per charitatem.

16 שמחת גילי ſimchath gilí ideſt gaudij lætitiæ meę: noſter verò ait lætificat iuuentutẽ meã: prius Chriſtus eſt iuſtitia noſtra, quæ parturit in nobis gaudium lætitiæ noſtrę: nunc verò, donando iuſtitiam, lætificat iuuentutem meam.

17 תשתוחחי tiſettóchachi ideſt incuruabis te: noſter verò triſtis es ait: vt ſuprà dices.

18 תהמי téhemi ideſt tumultuabis: noſter verò cõturbas ait: vt ad 38. antecedentis dices.

19 עלי àalái ideſt ſuper me: noſter verò ait me: prius voluntatem, quæ ſuper me eſt: nunc me ideſt electiuam virtutem, qua ego ſum.

20 הוחילי hochíli ideſt expectare fac: noſter uerò ſpera ait: vt ſuprà dices, dupliciter.

21 ישועות ieſcuòóth ideſt ſalutes: noſter uerò ait ſalutare: vt ſuprà ad 4. præcedentis dices.

22 פני panái ideſt facierum mearum: noſter uerò vultus mei ait: vt ſuprà dices.

Deus auribus noſtris.

## PSAL. XLIII.

*Heb. Tex. Heb.*

1 למנצח lamnazzeach ideſt victori: noſter uerò in finem ait: ut ſuprà dices.

2 Addit æditio noſtra pſalmus, quia hæc victoria à ſolis Chriſtianis cantari poteſt, qui, etiam corporaliter victi, ſpiritualiter viuunt, non ſic autem erat primitus, vt principium pſalmi probat.

3 קדם cédhem ideſt antiquitatis: noſter uerò ait antiquis: prius dies erant antiquitatis, in quibus formabatur voluntas fide, & bona voluntate, qui anti-

qui

qui dicebantur per eam: nunc etiam electiua virtus formatur in præmio, & aucta iuſtitia, qua antiqui dicebantur concretè.

4 אתה ידך attá iadhechá ideſt tu manu tua: noſter verò manus tua ait: prius pater per Chriſtũ, qui manus eius eſt: nunc Chriſtus per ſe ipſum.

5 הורשתת horàſetta ideſt eijcere feciſti: noſter verò ait diſperdidit: vt ſuprà dices hic immediatè: & ut in regulis etiam dices.

6 ותטעם vattittaèém ideſt & plantabis eos: noſter uerò ait: & plantaſti eos: vt ſuprà dices.

7 תרע taráà ideſt malefacies: noſter verò afflixiſti ait: prius ſpiritus ex defectu fidei: nunc ex charitatis defectu: & ſecundum etiam declarat primum.

8 ותשלחם vatesállechem ideſt & expelles eos: noſter verò ait & expuliſti eos &cæt. vt ſuprà dices.

9 לא הושיעה lo hoſciaà ideſt non ſaluare fecit: noſter verò non ſaluauit ait: vt ſuprà dices.

10 אור or ideſt lux: noſter verò illuminatio ait: prius lux erat, & in ſe & quatenus in nobis ſuperiorẽ partem rationis illuminabat: nunc, quatenus inferiorem rationem illuminat, illuminatio dicitur.

11 פניך panécha ideſt facierum tuarum: noſter uerò ait vultus tui: dic vt ſuprà.

12 Addit æditio noſtra meus poſt Deus; quia prius vniuerſalis erat Deus: nunc per incarnationem, & Spiritũ ſanctum donatum, factus eſt meus.

13 צוה zaué ideſt præcipe: noſter verò qui mandas ait: prius hebræis petentibus, quaſi ſua naturali virtute poſſent ſeruare præcepta, pręcipe legem dixerunt: nunc qui & mandas ait charitatis præceptum, & fidei teſtamentum, & nobis virtutem ea ſeruandi præſtas.

14 צרינו zarénu ideſt anguſtatores noſtros: noſter uerò ait inimicos noſtros: vt ſuprà dices.

15 נבס nauús ideſt conculcabimus: noſter verò ait ſpernemus:

nemus: prius victoria conculcabimus:nunc verò patientia ſpernemus.

16 כי ci ideſt quia: noſter uerò enim ait: nunc redditur venuſtior oratio,vti videre potes.

17 אבטח eutách ideſt confidam;noſter verò ait ſperabo; prius fiducia in fide, & bona voluntate fundata:nunc ſpe fundata in charitate. & ut in duodecima regula dices.

18 הבישות heuiſcótha ideſt confundere feciſti: noſter uerò confudiſti ait: vt ſuprà dices.

19 הללנו hillálnu ideſt laudabimus: noſter verò laudabimur ait: prius victoriam corporalē conſecuti: nunc victi corpore, ſed ſpiritu vincentes laudabimur.

20 לעולם leòolám ideſt æterno;noſter uerò in ſæculum ait: ut ſuprà dices

21 סלה séla ideſt ante nunc addit text. heb. de quo dic vt in regulis.

22 אף aph ideſt etiam: noſter uerò ait nunc: ſecunda.n. eſt conuenientior coniunctio quàm prima, vt intuenti apparere poteſt.

23 זנחת zanáchtta ideſt elongaſti te: noſter verò repuliſti ait: vt ſuprà ad octauum 42. pſalmi ideſt pręcedentis dices.

24 ותכלימנו vattaccoliménu ideſt & erubeſcere facies nos;noſter verò ait & cōfudiſti nos: prius ratione pœnæ erubeſcere feciſti: nunc confudiſti in ratione non habiti finis iuxta opinionem mundi.

25 בצבאותינו beziuothénu ideſt in exercitibus noſtris; noſter verò ait in virtutibus noſtris: vt ſuprà dices.

26 תשיבנו teſciuénu ideſt auertere facies nos:noſter verò auertiſti nos:ait ut ſuprà dices.

27 מני צר minnizár ideſt ab afficiente anguſtia: noſter verò poſt inimicos ait: prius quaſi illius potentia: nunc poſt ceu ex tua voluntate, vti magis eis faueres.

28 תתננו tittenénnu ideſt dabis nos: noſter verò dediſti nos ait ut ſuprà dices.

29 מאכל maachál ideſt cibi: noſter verò ait eſcarum: prius vnius ad nutriendum in fide; nunc plures etiam ad nutriendas uirtutes.

30 תמכר timccór ideſt vendes: noſter uerò vendidiſti ait; vt ſuprà dices.

31 הון hon ideſt ſubſtantia; noſter verò precio ait: ſecundum eſt declaratio primi.

32 תשימנו teſiménu ideſt pones nos; noſter verò poſuiſti nos ait: vt ſuprà dices.

33 לסביבותינו liſuiuothénu ideſt circuitibus noſtris; noſter uerò ait in circuitu noſtro; vt ſuprà dices.

34 תשימנו teſiménu ideſt pones nos: noſter verò poſuiſti nos ait: vt ſuprà dices.

35 משל máſcal ideſt prouerbium: noſter verò ſimilitudinem ait: ſecundum declarat primum.

36 ומתנקם vmitnacém ideſt & vlciſcentis; noſter uerò & perſequentis ait; prius vlciſcentis contra legé agentes: nunc ſine vlla ratione perſequentes.

37 שכחנוך ſcechachanúcha ideſt obliti ſumus te: noſter verò inique egimus ait; prius contra fidem: nunc contra charitatem.

38 לא נסוג lo nasógh ideſt non retrocedit: noſter verò & nó receſſit ait: prius ex fidei defectu quaſi elongans; nunc verò ex charitaris abſentia.

39 ותט vattét ideſt & declinabis: noſter verò & declinaſti ait; vt ſuprà dices.

40 מניורחח minniorchécha ideſt à vijs tuis: noſter uerò à via tua ait; prius præceptorum plurium: nunc à via charitatis vna.

41 תנים taním ideſt draconum; noſter verò afflictionis ait; prius corporalis,& ſpiritualis; nunc corporalis tantùm.

42 ותכס vatechás ideſt & cooperies: noſter verò & cooperuit; vt ſuprà dices, & prius ex vindicta coo-

peries: nunc ceu ex nobis deficientibus, & charitate por tantibus pœnas.

43 עלינו àalénu ideſt ſuper nos: noſter verò ait nos: vt ſuprà dices.

44 נפרש niphrós ideſt expandemus: noſter verò expan dimus ait: vt ſuprà dices.

45 זאת ʒoth ideſt hoc: noſter verò iſta ait: prius require batur peccatum idololatriæ vnum ad puniendũ: nunc alia plura peccata.

46 הורגנו horághnu ideſt occiſi ſumus: noſter verò mortificamur ait: prius corpore: nunc etiam ſpiritu.

47 טבחה tiuchá ideſt iugulationis: noſter verò occiſio-nis ait: prius ratione fidei in victimam: nunc verò in occiſionem ratione vitiorum.

48 עורה iùúra.i. ſuſcita te: noſter verò exurge ait: prius ad vindicandum ſurge: nunc exurge ad viuifi-candum.

49 תישן tiſcán ideſt dormies: noſter verò ait obdrmis prius dormies, non in futurũ corporaliter adiu-uans: nunc obdormis non etiam, cùm imminet pericu-lum, non adiuuans.

50 הקיצה hacízah ideſt euigilare fac: noſter verò ait exurge: vt ſuprà dices.

51 אל תזנח al tiʒnách ideſt & non elongabis: noſter verò & ne repellas ait: prius ex fidei: nunc ex charitatis defectu

52 פניך panécha ideſt facies tuas: noſter verò faciem tuã ait: vt ſuprà dices.

53 תסתיר taſtír ideſt abſcondere facies: noſter verò ait auertis: vt ſuprà dices.

54 ענינו òoniénu ideſt afflictionis noſtræ: noſter ve-rò inopię noſtræ ait: prius afflictio erat pœna actualis peccati veteris legis: nunc inopia auxilij ad tolerandum aduerſa propria ſtatui noſtro eſt ratione huiuſmodi gratiæ nunc oblatæ.

55 ולחצנו velachazénu ideſt & oppreſſionis noſtræ: no ſter

ſter verò & tribulationis noſtræ ait: prius oppreſſionis, vt notet rationem opprimentis ex mala voluntate: nunc tribulationis, quæ etiam eſt actus, qui nunc pariter diſplicet, ſicut actus bonus illi placet.

56 דבקה dauechá ideſt adheſit: noſter verò conglutinatus eſt ait: prius cupientibus corporaliter liberari, adheſit in terra venter noſter: nunc, cupientes à pœnis poſt mortem liberari, orant, dicentes, conglutinatus eſt terræ, in cinerem verſus, venter noſter.

57 קומה cúma ideſt ſurge: noſter uerò exurge ait: prius ad adiuuandum corporaliter: nunc ad ſpiritualiter reſuſcitandum nos.

58 Addit æditio noſtra Domine ideſt Chriſte, ad quem nunc dirigitur oratio: quòd prius non uenerat, nec notus erat reſurrecturus, vt et ſeruaret animam, & reſurrectione poſtremò glorioſa inſigniret.

59 למען חסדך lemaàan chaſdedécha ideſt propter miſericordiam tuam: noſter verò, propter nomen tuum ait: prius miſericordia Dei exaltabat: nũc nomen Chriſti extollitur. de primo ait Zacharias, Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos: de ſecundo dicitur, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur.

## PSAL. XLIII.

**Eructauit.**

*hab. tex.* למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter verò ait in finem: vt ſuprà dices.

*heb.* על ששנים àal ſcoſcannim ideſt ſuper lilijs: noſter uerò ait pro his, qui commutabuntur: prius ad primitiuam Eccleſiam non pertinebat mutatio iſta patrum antiquorum in filios, de quibus dicit, Dilectus meus paſcitur inter lilia innocen-

tia pura: nunc uerò pro his, qui commutabuntur in Ec cleſia ex populo gentili congregata.

3 ידידת iedhidhóth ideſt amantiſſimorum: noſter uerò pro dilecto ait: prius Eccleſia fidelium ratione fidei de numero amatiſſimorum à Deo erat: nūc dilecti Chriſti à patre, cuius ratione, & patres antiqui diligebantur; vt prius nomen fidei notet: nunc uerò charitatis iuſtitiam innuat.

4 Addit æditio noſtra ſcribæ, vt perfectam ſententiam faciat.

5 סופר ſophér ideſt ſcribens: noſter uerò ait ſcribentis: prius donum prophetię, & fidei communicatū erat ex charitate, ita vt noſtrum Dei benignitate diceretur; idcirco lingua mea velut calamus erat, qui velociter ſcribit: nunc ſpiritus noui teſtamenti vtitur lingua, non ut denominatiuè proferente, ſed per inſtrumenti rationem, vt huiuſmodi notet velut mortuos in ſe, & uiuos in Chriſto, vt Beatus Paulus erat.

6 יפיפית iaphiaphítha ideſt pulchruiſti: noſter verò ſpecioſus forma ait: prius quaſi ex opere virtutū, quæ propriæ ſunt ſtatui veteris legis, pulchruiſti ideſt pulchram feciſti humanitatem tuam: nunc perpetuò in ſubſtantia ſpecioſus es quò ad diuinitatem nouo teſtamento propriam.

8 אדם Adhám ideſt hominis: noſter uerò hominū ait: vt ſuprà dices.

8 לעולם leòolám ideſt ęterno: noſter verò in æternum ait: vt ſuprà dices.

9 גבור gibbór ideſt præualentem: noſter verò potentiſſimè ait: prius robuſtum dicit ne vincaris ad malefaciendum. pro receptis iniuriis quod proprium veteri legi eſt: nunc potentiſſimè vt diabolum vincas, & mundum licet immeritum ſalues.

10 הודך והדרך hódhecha vehadarécha .i. gloria tua, & decore tuo: noſter verò ſpecie tua, & pulchritudine tua ait: prius gloria faciei humanitatis Chriſti glorioſa erat, de qua dicitur, Nos auté re-

uelata facie gloriam Domini ſpeculamur : & ſicut gloria viri teſte Beato Paulo, eſt mulier, ita & humanitas diuinitatis gloria eſt : nunc ſpecies eſt diuinitatis imago, quæ Chriſti eſt ſecundum diuinitatem, de quo dicit Beatus Paulus, Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenita &cæt. & prius decor erat in verbis & factis cum ſpecie quadam liberali quò ad humanitatem corruptibilem : nunc verò pulchritudo, quicquid decoris ad humanitatem pertinere dicitur, ſignificat.

11 והדרך צלה vahadharechà zeláh ideſt & decore tuo proſperare : noſter uerò ait intende, proſperè : prius decore quò ad actus humanos : nunc intende quò ad diuinitatem : & pariter proſperè quò ad humanitatem in uita, & à morte : & nunc proſperare quò ad diuinitatem, vt actus humanitatis ſit uelut inſtrumentum diuinitatis tuæ : idem repetitur ſemel.

12 רכב על דבר אמת recháu àal deuár eméth ideſt equita ſuper verbum veritatis : noſter uerò ait propter veritatem : prius enim verbum veritatis iudicij, morum, & legis iuſtitiæ, ſeruandum à Chriſto, erat prædicatio, qua Chriſtus portabatur quocunque; nam lex pedagogus noſter erat in Chriſtum : nunc verò lege à ſe completa; ideo propter ueritatem, qua legem impleſti tuam, dicit.

13 וענוה צדק veàanua zédhec ideſt & manſuetudinis iuſtitiæ : noſter verò ait & manſuetudinem, & iuſtitiam : prius manſuetudinem iuſtitiæ ideſt charitatis habere debebant patres : nunc & manſuetudinem dictam, & iuſtitiam charitatis in opere, quam per Spiritus ſancti donum poſſumus nunc habere.

14 ותורך vethorechá ideſt & inſtruet te : noſter verò ait & deducet te : prius inſtruet te in ratione doctrinæ fidei : nunc deducet te per charitatis iuſtitiam in opus.

15 נוראות noraóth ideſt terribilia:noſter verò mirabiliter ait:prius ob terrorem:nunc mirabilia ob ſignum ſingularis amoris.

16 בלב béleu ideſt in corde : noſter verò in corda ait: prius vnum ratione fidei , in qua vnum ſumus omnes : nunc plura ratione virtutum apprehendendarum, in quibus per gradus diſtinguimur.

17 ותשנא vattiſná ideſt & odio habebis : noſter verò,& odiſti ait: prius de præſenti pro futuro odio: nunc verò odiſti de præterito,quatenus offenſiua iuſtitię erat iniquitas, quæ propria erat veteri legi.

18 רשע réſcaà ideſt impietatem : nunc iniquitatem ait: dic vt ſuprà.

19 ואהלות vaahalóth. i. & aloe: noſter uerò ait & gutta: prius aloe ideſt amariſſima paſſio Chriſti per fidem ſeruabat : nunc gutta donorum Spiritus ſancti è cœlo cadens, ſeruat fideles.

20 כל בגדתיך col bigdhothécha ideſt omnia ueſtimēta tua:noſter verò ait à veſtimétis tuis: prius virtutes in Chriſto, quę erant ceu redolentiſſima veſtimenta,ſeruabant in fide illarum:nunc à veſtimentis humanitatis Chriſti per ſacramenta deſcendunt in nos.

21 מן הכלי min hechelé ideſt à templis: noſter verò à domibus ait : prius profeſſione virtutum pallatijs ſpiritualibus excellentibus : nunc maioribus virtutibus in veritate, ſed per humilitatem humiliantibus ſe, domibus idcirco dictis.

22 ביקרותיך biccrothécha ideſt in honorabilibus tuis: noſter verò in honore tuo ait : prius in honorabilibus patribus illis , ſuper quibus fundata erat Eccleſia vetus per fidem : nunc verò per Spiritum ſanctũ in Chriſto fundamur in honore propterea tuo, & ad gloriam nominis tui nunc dicitur.

23 נצבה nízzeua ideſt (ex quibus) conſtituta eſt : noſter verò aſtitit ait : prius ex illis conſtituta eſt à patribus apoſtolis : nunc aſtitit Chriſto per ſpi-

ritus

ritus ſancti dona.

24 שגל ſceghál ideſt cōiux : noſter uerò regina ait:prius Eccleſia ſancta patrum erat coniux non obtento regnò: nunc eo obtento, regina domino regnante, eſt conſtituta.

25 אופיר ophìr ideſt obrizo: noſter uerò deaurato ait : prius ueſtis Eccleſiæ propria erat doctrina Apoſtolorum, & prophetarum: nunc uerò Chriſtus eſt ueſtis eius, non nudus, & inornatus, ſed per doctrinam Apoſtolorum, & prophetarum deauratus, & confirmatus.

26 Addit æditio noſtra circundata uarietate: prius ſola erat hebræorum Eccleſia, nunc omnium uarietate populorum eſt circunſepta.

27 Addit ęditio noſtra Deus: prius non apparebat Deus Chriſtus, ſed purus homo ſecūdum ſtatū ueteris legis: nunc uerò Dominus Deus aparet.

28 השתחוי iſtàchaué ideſt incurua te: noſter verò adorabunt ait: prius illa incuruari corporaliter per actum, à bona uoluntate præcedentem, debebat: nunc uerò populi illi diuerſarum nationum, & cultuū per electiuam uirtutem, & in ea adorabunt eum.

29 בת bath ideſt filia: noſter verò filiæ ait: prius una Eccleſia fidei unitate erat: nunc plures per diuerſas nationes, & cultus accidentales diuerſos, & ritus, & uirtutes pariter diuerſas dicit.

30 במנחה beminchá ideſt in munere: noſter uerò in muneribus ait: prius munere uno cultus, & fidei: nunc in muneribus diuerſarum uirtutum.

31 פניך panaích ideſt facies tuas: noſter uerò uultum tuum ait: ut ſuprà dices.

32 Addit ęditio noſtra omnes; quia prius non omnes à Deo diuitias ſuſcepiſſe credebant, ſed à dæmonibus multi: nunc, deſtructa idololatria, omnes adeo bona ſe recipiſſe fatentur.

33 פנימה paníma ideſt intrinſecus: noſter verò ait ab intus: prius interna puritate pollebat

Eccle-

Eccleſia: nunc etiam externè ea charitate exiſtente, quæ ab intus uenit, puritate nitet.

34 ממשבצות mimiſbbezóth ideſt à concauitatibus (aptis ad recipiendum gemmas): noſter uerò in fimbriis: prius in principalibus prælatis Eccleſiæ: nunc etiam in fimbrijs inferiorum curatorum Eccleſiæ.

35 לבושה לרקמות leuuſcah lircamóth ideſt cum ueſte eius in picturarum frigio: noſter uerò circunamicta uarietatibus ait: ſecundum eſt declaratio primũ: & prius quò ad figuram uerborum ſignificantium diuerſa fidelium ſæcularium merita.

36 תובל tûual ideſt ducetur: noſter uerò adducentur ait: prius per prophetas ducetur etiam uirgo in fide ſeruata: nunc uirgines Eccleſię gentilis populi per Eccleſiam Apoſtolorum ducentur.

37 מובאות muuaóth ideſt ducuntur: noſter uerò afferentur ait. prius per fidem ad gratiam: nunc in futurum per charitatem adducentur ad gloriam.

38 תובלנה tûalna ideſt ducentur: noſter uerò afferentur ait: prius ad baptiſmum ducentur: nunc afferentur ad chriſma.

39 יהיו ichiú ideſt erunt: noſter uerò nati ſunt ait: prius erant per dilectionem actualem bonæ uoluntatis diligent Chriſtum, de qua dominus ait, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, ille eſt, qui diligit me: nunc uerò nati ſunt per charitatem etiam in electiua parte infuſa.

40 אזכירה azcíra ideſt memorari faciam: noſter uerò memores erunt ait: prius ego propheta per hæc deſcripta uerba memorari faciam: nunc autẽ filij, qui nati ſunt, memores erunt.

41 Addit æditio noſtra Domine: prius non erat conſtitutus Dominus; quia ſola humanitas Chriſti cognoſcebatur ab eis: nunc ipſe ad dexteram Dei in ęqualitate patris poſitus, conſtitutus eſt Chriſtus, & Dominus, quemadmodum Apoſtolorum acta teſtantur.

Ieòolám

42 לעולם ועד leòolám uaáad ideſt ęterno & ſemper: noſter uerò in ęternum, & in ſæculum ſę culi ait: ut ſuprà dices.

Deus noſter refugium. PSAL. XLV.

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter uerò in finem ait: vt ſuprà dices.

2 לנו חסה lánu máchſe ideſt nobis ſpes: noſter verò ait noſter refugium: prius erat ſpes ratione tribulationis corporalis: nunc verò refugium ratione animæ: uel ſecundum declarat primum.

3 ועז uaòó; ideſt & fortitudo: noſter uerò & uirtus ait: prius corporalis: nunc ſpiritualis ſignificatur.

4 נמצא nimzá ideſt inuentum eſt: noſter uerò quæ inuenerunt ait: prius Deus inuentus eſt adiutor: nunc uerò ſemper ſcitur, ſed tribulationes nunc inuenerunt nos.

5 מאד méodh ideſt ualde: noſter uerò nimis ait: prius difficiles erant ad tolerandum temporales tribulationes: nunc ſpûales impoſſibiles ſine ſpe liberandi ab eis, niſi gratia ſua ſuccurreret nobis.

6 בהמיר behamír ideſt in mutare faciendo: noſter uerò dum turbabitur ait: prius in mutare faciendo iudæorum terram odio habentem Apoſtolos, & fidem ratione timoris ſeruilis: nunc turbabitur Iudæorum terra, qui terrena ſapiunt ex operum amore & odio contra Chriſtianos, charitate Spiritus ſancti per unctos.

7 ובמוט uumót & in mouendo ſe: noſter uerò & transferentur ait: prius uoluntariè montes ideſt Apoſtoli mouebantur in cor maris ad ſalutem illius quærendam: nunc à ſpiritu transferentur, & à iudæorum perſecutione.

8 ימים iamím ideſt marium: noſter verò ait maris: prius diuerſarum infidelitatis ſectarum contra fidem: nunc unius maris ſapientiæ mundanæ, contra

diuinum

diuinum Spiritus ſancti ſapientię donum.

9 יהמו iehemú idest ſonabunt: noſter verò ſonnerunt ait: vt ſuprà dices.

10 יחמרו iechmerû idest (motu uehementi) turbabũtur: noſter verò & turbatæ ſunt ait: ut ſuprà dices dupliciter.

11 מימיו memáu idest ab aquis illius: noſter verò aquæ eorum ait: prius tribulationum illius populi hebræi uindicati: noſter verò illorum populorum gentilium, quia aquæ multę populi multi.

12 ירעשו íràaſu idest contremiſcent: noſter verò & conturbati ſunt ait. ut ſuprà dices.

13 בגאותו beghaauáthi idest in ſuperbia ſua: noſter verò in fortitudine eius ait: prius ratione potentię diuinæ oſtenſæ: nunc in fortitudine eius, per pacientiam tolerando.

14 סלה ſéla ante fluminis: addit tex.heb. ut ſuprà in regulis dices.

15 פלגיו pelagháu idest riui eius: noſter uerò impetus ait: prius paſſionis, & bonæ uoluntatis, quæ medium ſunt Spiritus ſancti: nunc impetus Spiritus ſancti datur.

16 ישמחו ieſcámechu idest lætificabunt: noſter verò ait lætificat: prius doctrina baptiſmatum: nunc Spiritus ſancti ſapientia.

17 קדש chedós idest ſanctum: noſter uerò ſanctificauit ait: prius dabatur laus quò ad humanitatem ſancto Chriſto tabernaculorum Eccleſiæ ueteris, & nouæ: nunc Deo, qui actu per donum Spiritus ſancti ſanctificat nos.

18 משכני miſcchene idest tabernaculorum: noſter verò tabernaculum ait: prius tabernacula plura ſingularia ueteris, & nouæ diſtinctæ Eccleſiæ in quibus ſpiritualiter habitabat per fidem: nunc unum dicitur ratione unius cultus, & gregis, uide duodecimam regulam.

19 Addit ęditio noſtra ſuum prius tabernaculum fidelium

erat

erat uniuerſale & licet iuriſdictione non tamen poſſeſſione ſuum. i. Chriſti erant:nũc ſuũ ideſt Chriſti factum eſt tabernaculum Eccleſię per poſſeſſionem, ſuſcepto ab ea Spiritu ſancto ſuo, obtentam.

20 עליון èelión ideſt altiſſimi: noſter uerò altiſſimus ait · dic ut immediatè ſuprà eſt dictum.

21 לפנות liphaóth ideſt inuoluẽdo faciem: noſter uerò mane diluculò ſecundum declarat primum; quia in uoluendo faciem ad nos, ſignificat manè diluculo.

22 המו hamú ideſt conuerunt: noſter uerò conturbatæ ſunt ait: prius factis exterius, & uocibus ſonuerunt contra uoces Apoſtolorum: nunc uerò animo conturbati ſunt ex fundamento charitatis ad pœnitentiã.

23 בקולו becoló ideſt in uoce eius: noſter uerò ait uocem: prius uoluntatem expreſſam in uocem ſuam dedit, uel prorupit in uocem: nunc clarius, dedit uocem, dicit.

24 תמוג tamúgh ideſt diſſoluetur: noſter uerò mota eſt ait: prius diſſoluta erit terra & mũdanorũ hominum ſapientia per ſpiritum prędicationis Apoſtolorum: nunc autem non diſſoluta eſt illa ſed mota eſt per ſapientiam diuinam oſtenſam; nam fides contra diabolicam ſapientiam, per idololatriam inuentam, bellum gerens, eam deſtruxit; ſapientia autem diuina humanam, & terrenam purgauit.

25 צבאות zeuaoth. i. exercituum: noſter uerò uirtutum ait: ut ſuprà dices.

26 משגב miſggáu ideſt eleuatió: noſter uerò ſuſceptór noſter ait: prius eleuabàmur per exaltationem: nunc ſuſcipimur, corporaliter etiam depreſſi.

27 סלה séla ante uenite addit tex. heb. ut ſuprà in regulis dices.

28 לכו lécu. i. ite: noſter uerò uenite ait: prius ite per obſeruantiam legis diſponentes uos: nunc uenite per charitatis affectum.

Addit

29 Addit ęditio noſtra & ante uidere, quia nunc opus Spiritus ſancti, noſtro proprium ſtatui, per illud ſigni ficabatur quó uidere hortamur, quod prius non dabatur.

30 שמות ſcamóth ideſt deſolationes (in ſtuporem uertentes): nunc verò prodigia ait: prius uniuerſalis erat deſolatio terrenæ, & diabolicæ ſapientiæ, quæ ſemper gignit lites in mundo: nunc ſuper terram prodigia, & admiranda ſuper terrenam ſapientiam excellentia, quæ tantum, ut illa non poteſt conſenſum Spiritus ſancti facere, in tanto perſecutionis an fractu pariter.

31 בארץ baárez ideſt in terra: noſter uerò ſuper terram ait, dic vt ſuprà hic immediatè eſt dictum.

32 משבית maſcbbíth ideſt quieſcere faciens. noſter uerò auferens ait; prius enim quieſcere faciebat nos incarnationis uirtute: nunc abſtulit faciens utrun que populum unum, ſoluens inimicitias in ſe metipſo.

33 וקצץ ueccìzéz ideſt & confregit mutatum in futurum: noſter uerò & contringet ait: dic ut in regulis eſt adnotatum.

34 חנית haníth ideſt haſtam; noſter verò arma ait; prius in natiuitate haſtam, quia actus in mala uolun tate coniunctos in falces mutauit, ut ęſaias dicit; nunc in paſſione omnia arma ideſt omne paſſionem ſingula rem internam abſtulit.

35 עגלות àaghalóth ideſt plauſtra; noſter verò ait & ſcuta: prius plauſtra erant, quibus utebantur pro defenſione ab incurſibus hoſtium; nunc verò ſcuta ſunt illa.

36 דעו dheúú ideſt ſcitote; noſter uerò uidete ait; prius per intellectum; nunc etiam incarnato Chriſto, uidete per uirtutem ſenſui communicatam, per uiſa mi racula nempe.

37 צבאות zeuaóth ideſt exercituum: noſter uerò uirtutum ait; vt ſuprà dices.

38 Addit æditio noſtra & ante exultabor; quia per donum Spiritus ſancti, quod proprium erat ſtatui noſtro ſignificatum per & exaltat.

39 משגב miſggáu ideſt eleuatio: noſter verò ſuſceptor ait: prius per exaltationem: nunc etiam per depreſſionem.

40 סלה séla addit tex.heb.vt ſuprà in regulis: dices.

Omnes gentes. **PSAL. XLVI.**

heb. t. h. למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter uerò in finem ait: vt ſuprà dices.

2 Addit æditio noſtra Dauid: quia pſalmodia hæc uictoriã Chriſti ſuper gẽtes habitam pſallit pro Chriſtianis: inter quos, ſecũdum uirtutem cõnumeratus Dauid, ſequentia pſallit.

3 העמום háãamim ideſt plebes: noſter uerò gentes ait: prius plebes populi iudęorum, & gentium ſacri fontis baptiſmate abluti dicebantur: nunc uerò plebes Chriſtianorum gentes Chriſmatis oleo lenitę dicuntur, ob ſingularem cuiuſque gratiam decentem diſcreti.

4 כף caph ideſt palma: noſter verò manibus ait: prius unica manu, propter unicam ſalutem corporalem quæſitam uidelicet ex opere bonæ uoluntatis interno: nũc pluribus manibus, & omnibus uirtutum operibus, propter ſalutem corporalem, & ſpiritualem, & temporalem demum & æternam.

5 ידבר iadhbbér ideſt (uerbis) ſubijcere faciet: noſter verò ſubiecit ait: vt ſuprà dices.

6 ביחר iuchar ideſt eliget: noſter verò elegit ait: ut ſuprà dices.

7 נחלתינו nachalathénu ideſt hæreditatem noſtram: noſter uerò hæreditatem ſuam ait: prius noſtram ceu ob propria merita nobis præmiſſam: nunc uerò ſuam ob merita Chriſti, quæ eſt hæreditas cæli,

&

& ſibi promiſſà.

8 גאון geón ideſt magnificentiam : noſter uerò ſpeciem ait : prius in pluralitate filiorum iacob : nunc ſpeciem iacob , quæ in uirtutibus , & Spiritus ſancti donis conſtituit.

9 אהב áheu ideſt amans : noſter uerò dilexit ait : prius amauit per bonam uoluntatem , & fidem : nunc uerò dilexit per electionem uirtutis electiuæ , & per Spiritus ſancti dona, quibus ſumus æternaliter electi à Deo ſicut elegit nos ante mundi cõſtitutionem &c. ait. B. Paulus.

10 סלה séla poſt dilexit : addit tex. heb. ut in regulis dices.

11 יהוה iéhoua ideſt Dominus : noſter uerò & dominus ait: prius enim Spiritus ſanctus non communicabatur, ſignatus per & : nunc uerò communicatus & Dominus dicitur.

12 Addit æditio noſtra noſtro poſt Deo, ut innuat Deũ in incarnatione factum fuiſſe noſtrum, qui prius non erat.

13 משכיל maſceíl ideſt intelligibiliter : noſter verò ſapienter ait : prius intelligibiliter diſcernendo ueram à falſa laude : nunc uerò ſapienter per donum ſapientiæ, quo ſcimus , quæ à Deo donata ſunt nobis .

14 מלך malách ideſt regnauit : noſter uerò regnabit ait: ut in regulis dices.

15 ישב iasáu ideſt ſedit : noſter uerò ſedet ait: ut ſuprà dices .

16 קדשו codſcó ideſt ſanctitatis ſuæ : noſter uerò ſanctã ſuam ait : prius in cęlo empireo ſedes ſanctitatis Dei erat, non communicata ſibi : nunc uerò ea ſibi communicata, ſancta dicitur.

17 עם àam ideſt populus : noſter uerò cum Deo ait : prius facti populus Dei , in una fide eramus : noſter uerò cum Deo in uno charitatis ſpiritu ſumus , & ad debellandum aduerſarios iuncti.

maghiné

18 מגני maghinné ideſt ſcuta: noſter uerò ait fortes: ſecundum eſt ueritas primi, quod erat figura.

19 נעלה naàalá ideſt eleuatus eſt: noſter verò eleuati ſunt ait: prius Deus eleuatus eſt per prædicationem apoſtolorum: nunc ſpiritu charitatis, & miraculorum prodigijs, & intrepida morte uehementer eleuati ſunt.

Magnus dominus. PSAL. XLVII.

1 Addit æditio noſtra ſecunda ſabbati; quia Eccleſiæ illius fabricatio, quæ iuxta beatum Paulum columna eſt, & firmamentum ueritatis ſignificata per firmamentum, ſecunda die creationis mundi fabricatum, uti uidetur, ſignificatur; de qua dicit ille, uos, qui firmiores eſtis, imbecillitates infirmorum ſuſtinere debetis: ſicut prima ſabbati in pſal. 23. poſitum reſurrectionem Chriſti ſignificat, quando in illo dictum eſt atollite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ eternales, & introibit Rex gloriæ, qui Chriſtus eſt reſuſcitatus, de quo dicitur, ſi cognouiſcent nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent: quæ quidem cùm ad Eccleſiam Chriſtianorum, non iudæorum conueniãt, quod prius tacitum erat: nunc rationabiliter reſeratum eſſe oſtenditur; nanque de fundatione Eccleſiæ, & perpetua ſtabilitate illius ſermonem facit hic pſalmus:

*hab.* מאד meódh ideſt ualde: noſter uerò nimis ait: prius *tex.* ob humanitatis rationem ualdè: nunc ob diui- *heb.* nam nimis.

3 הר קדשו har chodsó ideſt monte ſanctitatis ſuæ: noſter uerò in monte ſancto ſuo ait: dic ut ad 16. præcedentis eſt dictum.

4 יפה נוף iephenòph ideſt pulcher clima: noſter uerò fundatur ait: prius Eccleſia hebrçorum ideſt pulchro climate ſituata erat: nunc verò ſpiritualiter ẽt ſup ꝑ fundamẽtũ Apoſtolorũ, & prophetarũ fundata ẽ.

5 משוש כל הארץ mesós col haárez. i. gaudiũ vniuerſæ terrę: nr̃ verò exultatione uniuerſæ

Q

terræ:prius Eccleſia lætificabat dans gratiam baptiſmi; unde gaudium,bonā uoluntatem confirmās ortū habebat, ueteribus patribus promiſsū:nūc per donū Spiritus ſancti exultationem, qua radicatur in mundo Eccleſia.

6 בארמנותיה bearmenothéha ideſt in pallatijs ſuis: noſter uerò in domibus eius ait: prius in magnificis omnibus corporalibus: nunc in domibus charitate conſtructis, de quibus ait. B.Paulus, in quo,& uos coedificamini in habitaculū Dei in Spiritu ſancto.

7 נודע nodhaà ideſt cognitus (ad exaltandum) : noſter uerò cognoſcetur ait : prius enim cognitus erat ratione fidei,& promiſſionis gratiæ , & cæterorum bonorum : nunc verò ratione ſapientiæ, & executionis effectus cognoſcetur.

8 למשגב lemiſggáu ideſt eleuationi: noſter uerò cùm ſuſcipiet ait : prius tutela Dei ad exultandū corporaliter ſe extendebat : nunc verò ad ſpiritualiter erigendum in finem,ſiue per proſperitatem,ſiue per tribulationes pariter.

9 Addit æditio noſtra terrę poſt reges : prius reges populi hebræi : nunc infidelium terræ.

10 עברו יכדו àauerū iacadu ideſt tranſierunt ſimul : noſter verò conuenerunt in unum ait : prius ad baptiſmum per unam fidem ſimul: nunc in unum affectu charitatis conuenerunt.

11 ראו raù ideſt uiderunt : noſter uerò uidentes ait : prius per fidem uiderunt, quæ præcipua eſt in ueteri lege: nunc uidentes, ut ſit principium illius , quod ſequitur, ſic admirati uirtutem Spiritus ſancti ſapientes, quæ nunc potiſſimum noui teſtamenti eſt munus.

12 נבהלו niuhálu ideſt territi ſunt: noſter uerò ait conturbati ſunt: prius timore proprio ueteri teſtamento : nunc charitate propria nouo teſtamento conturbati ſunt.

13 נחפזו náchpeʒu ideſt feſtinati ſunt : noſter uerò ait cōmoti ſunt : prius ex timore feſtinauerunt ad externè Baptiſmum ſuſcipiendum : nunc internè com-

moti

moti ſunt ex charitate ad fidem.

14 חיל chil ideſt dolor: noſter verò dolores ait. prius dolor ratione unius infidelitatis unus: nunc dolores ratione peccatorum actualium plurium.

15 ברוח קדים berûach cadhím ideſt in uéto orientali: noſter verò in Spiritu uehemẽti ait: prius uentus orientalis erat Spiritus in ratione creationis arguens: nunc Spiritus uehemens charitatis in recreationis ratione.

16 צבאות zebaòth ideſt exercituum: noſter uerò uirtutum ait: ut ſuprà dices.

17 יכוננה iechanenéha ideſt præparabit eam: noſter uerò fundauit eam ait: prius doctrina doctorum: nunc Spiritu ſapientiæ fundauit, iuxta id quod myſticè dicitur, quia ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit eam.

18 עד עולם àadhòolam ideſt uſque æternum: noſter verò in æternum ait: prius per doctrinam, & fidem ex doctoribus habitam, uſq; ad æternum: nunc ſapientiæ Spiritu in æternum ingredimur.

19 סלה séla poſt æternum: addit tex. heb. dic ut in regulis.

20 דמינו dimínu ideſt imaginati ſumus: noſter uerò ſuſcepimus ait: prius cogitauimus miſericordiam mente; quam nunc re ipſa ſuſcepimus.

21 על àal ideſt ſuper: noſter uerò ait in ante finem ait: prius ratione fidei, qua ſuper ædificamur ſuper fines dicitur: nũc in fines ratione charitatis ingredimur.

21 Addit æditio noſtra, & ante laus tua, quia per donum Spiritus ſancti laus Dei eſt per uniuerſam terram.

22 מלאה maléa ideſt repleta eſt: noſter uerò plena eſt ait: prius quò ad humanitatem repleta: nunc quò ad diuinitatem ratione omni plena eſt.

23 ישמח iſmach ideſt lætabitur: noſter verò lætetur ait: vt ſuprà dices.

24 תגלנה taghélna ideſt exultabunt: noſter verò, & exultent ait: ut ſuprà dices.

25 Addit æditio noſtra domine; quia nunc conſtitutus eſt iudex, & explicatus, qui prius non erat; additum eſt idcirço Dominus.

26 והקיפוה uehaccìphúha ideſt & circundatę eam: noſter verò & complectimini eam ait: prius bonorum temporalium iuriſdictione: nunc charitatis amplexibus, atq; fauoribus.

27 ספרו מגדליה ſiperú migdaléha ideſt numerate turres eius: noſter uerò narratæ in turribus eius ait: prius ideſt doctrinas præcipuas, quibus Eccleſia defenditur, & roboratur fides: nunc narrate doctrinam innixam doctrinæ Apoſtolorum, per concilia generali lumine Spiritus ſancti concluſam.

28 לחילה lechelá ideſt ante murali: noſter uerò ait in uirtute eius: prius figura: nunc ueritas in uerbis exprimitur.

29 פסגו páſſeghu ideſt eleuatæ: noſter uerò & diſtribuite ait: ſecundum eſt declaratio primi: nam corporaliter palatia roborantur: & eleuantur, & ſpiritualiter ex reſerata ſapientia, quãdo domus; in charitate ædificatæ, munerum gradibus diſtribuuntur, unde fit ut talibus roborati muneribus, in tribulationibus ſtantes, enarrare poſſint generationi alteræ, & etiã poſtremæ.

30 ארמנותיה armenotéha ideſt pallatia ſua: noſter verò domus eius ait: prius ratione corporalis: nunc ratione ſtructuræ Spiritualis, per charitatem externè humilitatem præſeferentis.

31 עלם òólam ideſt æternum: noſter uerò in ęternum ait: vt ſuprà dices.

32 ינהגנו ienahaghénu ideſt ducet nos: noſter uerò ait reget nos: prius ut gregem ducet: nunc ut homines, per iuſtitiam rationales factos, reget.

33 על מות àal muth ideſt ſuper mortem: noſter verò ait in ſęcula: prius per fidem ſuper mortem Chriſti fundati, ſuper mortem Dominium habebamus, non deſperantes ex ea: nunc per charitatem in ſæcula, quę nunquam finientur, ducet.

Audite

Audite hæc. **PSAL. XLVIII.**

*heb.* למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter uerò in
*tex.* finem ait: vt ſuprà dices.

*heb.* Addit ęditio noſtra Dauid: prius una uictoria in ſuperficiæ uerborum pſalmi oſtenſa, gaudere poteramus in Chriſto uenturo: nunc verò etiam ſecunda in profundo hiſtoriæ recondita, Dauid ad nouum teſtamentum pertinens, pſallere poteſt.

3 העמים hàâmmim ideſt populi: noſter uerò gentes ait: prius quod generale erat populis omnibus: nunc præcipuum eſt omnibus gentibus, & mundi nobilibus, qui magis quàm uiles mundo affixi ſunt.

4 נם בני ארם gam bené adhám ideſt etiam filij homi nis: noſter uerò qui quæ terrigenæ: ſecundum eſt declaratio primi; nam ſicut homo ab humo dicitur ita, & adham minadamah ideſt ab humo deriua ri conuincitur, qui terram habet in ſua origine prima.

5 נם בנו איש gam bene iſc.i. ét filij uiri: noſter verò & filij hominum ait: qui.n. prius erãt per fidem filij uiri Abraam, qui erat uirtutibus præditus: nunc filij hominum patris Chriſti, & matris Eccleſiæ per baptiſmatis gratiam dicti ſunt.

6 יחד iâchadh.i.pariter: noſter uerò ſimul in unum ait: prius paritati fidei: nunc ſimul in unum charitatis uinculo ſunt.

7 חכמות chacmóth ideſt ſapientias: noſter uerò ſapientiam ait: prius pluribus ſpiritualibus ſingularibus hominibus notis, ueteri ſtatui proprijs, officium ſapientiæ facientibus, per promiſſionem, & oblationem ſalutis! inducebamur in eam: nunc uerò unica uniuerſali ſapientia cęli, propria; ſtatui noſtro glorię ſalutem ſperamus.

8 תבוונות teuunóth ideſt intelligentias: noſter uerò ait prudẽtiam ducẽdi uidelicet nos in finẽ: prius plures ſingulares intelligentias operum: nunc

una præcipua prudentia gratiæ ponitur.

בכנור beccínor ideſt in cithara: noſter uerò in pſalte rio ait: prius in cithara miſericordiæ operum ſcilicet ſex, quæ prius exercere ex charitatis affectu te nebamur, quæ, quia imperfecti erant, minimè pote- rant ſeruari: nunc in pſalterio decem cordarum obſer- uantiæ legis, quam item nunc exercere perfectè non poſſumus.

10 חידתי chidhathí ideſt ænigma meum: noſter uerò propoſitionem meam ait: prius ænigma obſcu riſſimum erat: nunc pr poſitio à ſpirituſanto expli- cata eſt.

11 בימי רע bime raà ideſt in diebus mali: noſter uerò in die mala ait: prius dies iudicij populi hebræi in ultima deſtructione eorum plures fuerunt: nunc uerò omnibus una dies erit.

12 עקבי àacheuái ideſt calcaneorum meorum: noſter ue rò calcanei mei ait: prius plures calcanei incui tabiles caro, & ultima mors, erant, nam lex membrorũ captiuos nos ſemper in lege peccati tenebat: nunc tan tùm improuiſæ mortis anguſtia ſine remedio occupat hominem.

13 יתהללו ithhallálu ideſt laudabunt ſe: noſter uerò gloriantur ait: prius laudabunt ſe diſponen do per propriam uoluntatis malitiam: nunc uerò etiã actu gloriari reprobatur; quia B. Paulus ait, quid glo riaris, quaſi non acceperis.

14 לא פדה lopadhó ideſt non redimendo: noſter uerò nõ redimit ait: ſecundũ eſt declaratio primi.

15 איש iſc ideſt uir: noſter uerò ait homo: prius uir quamquam uirtute prædictus, non poterat redi- mere: nunc homo terrenus ſignificari uidetur, qualis ue rè per naturam eſt homo.

16 Addit editio noſtra & ante non dabit; quia per quod- cunque etiam donum ſpiritusſanti: non dabit Deo pla cationem ſuam, quia tempus uindictę, non redimen di erit: & prius nec illud minus poterat.

ueicár

17 ויקר פדיון ueicár pidhíon ideſt facta prætioſa redemptio: noſter uerò ait & precium redemptionis: prius redemptio præcioſa æquiualens: nunc etiam precium quodcunque ſit illud.

18 וחדל uechadhál ideſt & deſijt: noſter uerò, & laborabit ait: prius deſinet corporaliter: nunc laborabit ſpiritualiter.

19 לעולם leòolám ideſt ſæculo: noſter uerò in æternum ait: ut ſuprà dices.

20 ויחי uihí ideſt & erit: noſter uerò, & uiuet ait: prius erit corporaliter: nunc, qui non uiuebat, uiuet.

21 ימת iímathu ideſt qui morientur: noſter uerò morientes ait: ut ſuprà in regulis dices.

22 לאחרים laacherím ideſt poſterioribus: nunc uerò alienis ait: ſecundum declarat primum.

23 חילם chelám ideſt ſubſtantiam eorum: noſter uerò diuitias ſuas ait: prius diuitiæ ſubſtantia uitæ ſecundum ſtatum illum erant: nunc proprio uocabulo declarat, quid per ſubſtantiam intelligit.

24 קרבם cirbbám ideſt interiora eorum: noſter uerò ſepulchra eorum ait: ſecundum eſt declaratio primi.

25 לעולם leòolám ideſt æterno: noſter uerò in æternum ait: ut ſuprà dices.

26 עלי אדמות àale adhamóth ideſt ſuper humos: noſter uerò in terris ait: prius ſuper humos humidas fiducię ratione fundati, nunc uerò in terris ſuis ratione charitatis affectus, qui ceu cordis eſt terra.

27 ביקר bicár ideſt in honore: nam uerò cùm in honore eſſet ait: prius homo in ſtatu innocentiæ erat in precioſitate quoad ſtatum illum, & legis remedium; quo autem ad ſalutis æterne gloriæ adipiſcendæ remedium per fidem erat in ſalutis ſtatu, cùm in honore innocentiæ, & operandæ uirtutis eſſet, ſed non præcioſè merendi; nam omnia nunc ex gratia præcipue à Deo cognoſcimus.

28 בל ילין bal ialin ideſt non commorari faciet: noſter uerò non intellexit ait: prius ratione futuri ſæculi non cõmorabitur in ſtatu illo: nunc etiam non intellexit, quę mala uentura erant ſuper eum peccãdo: nec quomodo beatitudinem conſequi poſſet intellexit; cognouit quidem medium ſalutis eſſe obſeruantiã legis, ſed non commoratus eſt in illa.

29 כ ca.i. ſicut ante iumentis: addit tex.heb. hoc exphraſi, & conſtructione hebræa addit, quod non in noſtra aptatur.

30 Addit æditio noſtra factus eſt illis: nunc amiſſa ſpe æternorum bonorum in teſtaméto nouo ſimilis factus eſt illis in uoluptaria uita: qui prius ſimilis erat in ſubſtantia per uoluntatem malam: & nunc per electiuam uirtutem factus eſt &c.

31 בסל chéſel ideſt ſtultitia: noſter uerò ſcandalum dicitur: ſecũdum magis eſt nociuum quàm primum; quia peior eſt ſalutis ruina, quam mentis ſtultitia, ut æternum temporali longè præualet.

32 ירצו irzû ideſt current: noſter uerò complacebunt ait: prius quaſi operando current, & de curſu operum ſe iactabunt: nunc de his in genere, in quibus ſibi complacebunt, & credent fęlicitari ſe poſſe.

33 סלה séla ante ſicut: addit tex. heb. dices ut ſuprà in regulis.

34 לשאול liſceól ideſt inferno: noſter uerò in inferno ait: ut ſuprà dices.

35 ישרים iéſcarim ideſt recti: noſter uerò ait iuſti: prius rectitudine legis ſcriptæ: nunc charitatis iuſtitia iuſti.

36 וצירם uezurâm ideſt & figura eorum (unde confidunt): noſter uerò & auxilium ait: prius in figura idoli confidebant auxilium ſe recepturos: nunc declaratio nominis, unde auxilium habebunt, annuit.

mi3 auúl

37 מזבל mizauúl.i.habitaculo eius: noſter verò à glo-
ria eorum ait : prius habitaculum corporis ter
ra erat, quod ſi in ſepulchro poſitũ erat, reprobabatur:
nunc non reprobantur hmõ, ſed tantũ cùm gloriantur
in ipſis, quia corpora ſanctificata nunc per vnctionem
Spiritus ſancti ſunt.

38 סלה séla ante ne timueris addit tex.heb.dic vt in re-
gulis.

39 איש iſc ideſt vir: noſter verò ait homo: vt ſuprà di-
ces.

40 Addit æditio noſtra & ante cùm multiplicata &c. nũc
per donum Spiritus ſancti datum, virtus cognoſcendi
ſcripturas datur, quæ non dabatur prius.

41 אחריו acharáu ideſt poſt eum: noſter uerò cũ eo ait:
prius quia corporalia & huius mundi glorioſa
reuerebamur, ſed poſt aduentũ Chriſti nihil penitus ip
ſa ſunt; ideo poſt in tempore Chriſti deſcendet gloria
eius: nunc autem cum ipſo deſcendit illa.

42 יברך ieuarech ideſt benedicet: noſter verò benedice-
tur ait: prius anima benedicet ſe ipſam ob cor-
poralia bona ſtatui veteris legis propria: nunc ab alijs
benedicetur amatoribus ſæculi.

43 לך lach ideſt tibi: noſter verò ei dicit: prius laudabũt
te, quòd benefeceris tibi: nunc cùm benefeceris il-
lis: vt per primum ſtatum antiquum, qui ſui cauſſa ſer-
uabat legem: nunc charitas non quærit, quæ ſua ſunt,
ſed quæ proximi.

44 דור dor ideſt progeniem: noſter verò in progenies
ait: prius erat hebræorum progenies vna:nunc ve
rò gentilium populorum plures.

45 נצח nézach ideſt æternum: noſter uerò in æternũ ait:
ſecundum eſt declaratio primi.

46 לא יראו lo iru ideſt non videbunt: noſter uerò non
videbit ait: prius omnes excæcati erant lu
mine gratiæ, q̃a, qualis eſt pater, talis erat & filius: nũc
ꝑ baptiſmi gr̃am filius non portabit iniquitaté patris.
& iõ ille ſingularis, priuatus baptiſmi gr̃a non uidebit.

velo

47 ולא יבין velo iauín ideſt & non intelligere faciet: noſter uerò non intellexit ait: vt ſuprà dices, & ex abſentia ſpiritus vindicta diuina elongati, qui gratiæ baptiſmalis eſt.

48 Addit æditio noſtra inſipientibus: prius ſecundum ſtatum veteris legis commorantes in his, quæ lumini naturali apparebant, in quibus promiſſionem habebant, non erant inſipientes: nunc, quia bona æterna, quæ propria ſunt ſtatui noſtro, ex gratia ſunt præcipuè: qui commoratur in illis per fiduciam præcipuam inſipiens eſt.

49 Addit æditio noſtra & factus eſt illis: dic vt ad 30. ſuprà eſt dictum.

## Deus deorum dominus. PSAL. XLIX.

Heb. Tex. 1 ויקרא vagierá ideſt & vocabit verſum in preteritum: noſter uerò, & vocauit ait: vt ſuprà dices.

Heb. 2 ו o ideſt eius poſt occaſum addit text. hebræus: prius prędicabatur Euangelium uſque ad occaſum Solis.i. uſque ad Hiſpanias vltimas: nunc vſq; ad occaſum ſimpliciter terrę videlicet, qui etiam apprehendit nouam Hiſpaniam.

3 מכלל יפי michlál ióphi ideſt perfectus pulchritudine: noſter verò ſpecies decoris ait: prius perfectus decor erat humanitatis perfectio: nunc ſpecies, quæ eſt imago patris ideſt diuinitas Chriſti prædicanda eſt.

4 הופיע hophíaà ideſt illuſtrare fecit: noſter verò manifeſtè ait: prius pater per filium illuſtrare fecit: nunc hoc Chriſtus faciet, quando manifeſtè veniet.

5 תאכל tochél ideſt conſumet: noſter uerò exardeſcet ait: prius conſumet, quicquid corruptum erat: nunc exardeſcet, bonum purgans, vt fiat nouum cœlum, & terra pariter noua.

6 וסביביו vſuiuáu ideſt & circuitibus eius: noſter verò & in circuitu eius ait: prius plures circuitus

reſpectu

reſpectu plurium, & diuerſarum partium cultu diſparium: nunc vnus circuitus ratione vnius cultus.

7 נשערה מאד niſàará meódh ideſt tempeſtate affecta eſt valde:noſter uerò ait tempeſtas valida: prius qualis terra,quæ,lumen naturale ſignificans, propria veteri teſtamento erat, affecta tempeſtate in principio fuit: nunc tempeſtas erit, quæ,lumen ſupernaturale ſignificans, propria nouo teſtamento exiſtit, &cæt.

8 יקרא icrá ideſt vocabit:noſter uerò aduocauit ait:vt ſuprà dices.

9 לדין ladín ideſt ad iudicandum:noſter uerò diſcernere ait:ſecundum declarat primum: prius enim iudicãdus erat mundus diſcretiuo in primo iudicio,quando ſeparabit eos &c.

10 לי li ideſt mihi: noſter verò illi ait: prius ſpiritus Chriſti quò ad humanitatem dixit, Congregate mihi: nunc quò ad diuinitatem congregate illi ait: nanque iudicaturus eſt Chriſtus mundum, quò ad humanitatem munus patris exercens.

11 חסידי chaſidhái ideſt miſericordes meos: noſter uerò ſanctos eius ait: vt ſuprà dices, & vt ad 10. hìc ſuprà.

12 כרתי corethé ideſt ſtabilientes: noſter verò qui ordinant ait: prius ſtabilitum eſt teſtamentum nouum irreuocabili ordine ſuper paſſione Chriſti: nunc ordinant irreuocabili pariter ordine ſuper ſacrificia operum laudis, mortificationis,& beneficentiæ,& communicationis in proximum.

13 עלי זבח àale ʒauach ideſt ſuper ſacrificium: noſter verò ait ſuper ſacrificia:vt hìc immediatè ſuprà eſt dictum,dices.

14 ויגידו vaiaggídhu ideſt & annunciare faciēt:noſter uerò & annunciabunt ait: vt ſuprà dices.

15 סלה ſéla poſt iudex eſt addit tex. heb. dic vt in regulis dicitur.

16 ואעידה veaiídha ideſt teſtificari faciam: noſter uerò

&te-

& teſtificabor ait: vt ſuprà dices.

17 בך bach ideſt in te: noſter verò tibi ait: prius in te ideſt in interiori homine, qui eſt ſuperior rationis pars: nunc autem tibi ideſt in ratione inferiori: de quibus ait Beatus Paulus, Video aliam legem in viſceribus meis, repugnantẽ legi mentis meæ, quæ ſuprema rationis eſt pars: captiuantem me ideſt inferioris rationis partem.

18 על àal ideſt ſuper ante ſacrificia: noſter verò ait in: prius quaſi fide fundata ſuper ſacrificijs: nunc vti charitate radicata in ſacrificijs.

19 פר par.i.taurum: noſter verò vitulos ait: prius vnus ratione fidei vnius concipere facientis nos filios Dei: nunc plures vitulos ratione ſingularium virtutũ, quibus innouati, ad aratrum obedientię paramur, & mactari pro Chriſto præſto ſumus.

20 כל חיתו יער col cháitho iáàar ideſt omnis fera ſiluæ: noſter uerò ait omnes feræ ſiluarũ: vt ſuprà dices, & prius vna ſilua populi vnius hebræi erat: nũc plures ſiluę quarumcunque gentium ſunt.

21 אלף áleph ideſt mille: noſter uerò & boues ait: prius perfectio ob numerum millenarium ſignificabatur fidelium: nunc ob magnitudinem dignitatis, atque virtutum oſtenditur per boues.

22 כל עוף הרים cal ooph hárim ideſt omne volatile mõtium: noſter verò omnia volatilia cœli ait: prius volatile ideſt contemplans ſuper montẽ prophetiæ.i.Chriſtum, & gratiam viuebat, Eccleſię cõcedendam per fidem, in qua vnum omnes fideles erant: nunc volatilia plura chariſmatibus donorum, quę aliã ideſt cœleſtẽ habitationẽ contemplãtur, & ad adipſam ꝑ ea, in quibus diſtincti gradibus uirtutũ ſunt, paranť.

23 Addit æditio noſtra terrę poſt orbis ratione cultus, & fidei: nunc ẽt terrę.i.gratię ſtatui innocentię, & lumini naturali conformis in ſpecie.

24 בשר beſár.i.carnem: noſter uerò carnes ait: prius vna ratione fidei vnius: nunc uerò ratione virtutum

plures

plures, de qua carne dicitur, caro, & ſanguis non reuelauit tibi, quæ rationalis ſanè virtus eſt.

25 ו ve ideſt &: noſter uerò aut dicit: ſecundum magis ſpècificat quàm primum; nam, ſtante veritate primi, poſſet quis altero dilectari: per aut verò ambo ſingulariter refutantur.

26 אשתה eſcte ideſt bibam: noſter uerò potabo ait: idẽ dic vt immediatè hîc ſuprà dicit; quia ſtante veritate primi, Deus poſſet vti ſanguine, ſi non ad bibẽdum, ſaltem ad potandum alios, quod reiicit nunc.

27 תודה todhá ideſt laudem: noſter verò ſacrificium laudis ait: prius non erat laus ſacrificium dictum, ſed animalium mactatio: nunc præcipuum eſt inter ſęcularia ſacrificia grata Deo hoc laudis ſacrificium.

28 קראני craéni ideſt voca me: noſter verò ait inuoca me: vt ſuprà dices.

29 צרה zará ideſt anguſtię: noſter verò tribulationis ait: ut ſuprà dices.

30 ולרשע laraſcáà ideſt impio: noſter uerò peccatori ait: vt ſuprà dices.

31 בריתי berithí ideſt pactum meum: noſter verò ait iuſtitias meas: ſecundum eſt declaratio virtutis primi; nanque cæremonialis lex ad virtutes gignendas, & conſeruandas inuenta fuit.

32 על פיך àále pícha ideſt ſuper os tuũ: noſter verò ait: per os tuum: prius ſuperba locutio teſtamenti Dei reprobata erat, quaſi viribus proprijs ſeruare poſſent illud: non autem ſimplices prolationes per fidem: nunc verò etiam illas ſimpliciter prolatas à peccatore odio proſequitur Deus.

33 ותשלך vetaſeléch ideſt & proijcies: noſter uerò ait: & proiecisti: vt ſuprà dices.

34 דברי deuarái ideſt verba mea: noſter verò ſermones meos: prius verba dura legis: nunc etiam ſermones dulces meos proiecisti.

35 ראית raítha.i. vidiſti: nr̄ verò ait videbas: conuenientius noſtra iuxta idioma latinum loquitur.

uat-

36 ותרץ vattérez ideſt & curres: noſter uerò currebas ait: prius malum non erat videre furem, ſed & currere cum eo in malum per actum, malum erat: nunc videre furem ad concupiſcendum furtum eſt malũ; ideo hac concupiſcentia tractus, currebas cum eo.

37 חלקך chelcécha ideſt portio tua: noſter uerò portionem ponebas ait: prius habere partem cum adulteris erat damnoſum: nunc etiam ponere partem in expenſis, ex gratia elongandi nos ab eis, reiecta.

38 שלחת ſcaláchetta ideſt miſiſti: noſter verò abundauit ait: prius os mittere in malum reprobum erat: nunc abundare in malitia ideſt loquendo bona, item reprobum eſt.

39 תצמיד tazmídh ideſt concinnare faciet: noſter uerò concinnabat ait: vt ſuprà dices.

40 מרמה mirmà.i. dolum: noſter uerò dolos ait: prius dolum ad infidelitatem, quæ vna eſt, trahens: nunc ad vitia plura.

41 תשב teſceú ideſt ſedebis: noſter verò ait ſedens: ut ſuprà dices.

42 תדבר tedabbér ideſt loqueris: noſter uerò loquebaris ait: vt ſuprà dices.

43 דפי dóphi ideſt opprobrium: noſter verò ſcandalum ait: prius opprobrium ex commiſſo in legem negatiuam errore: nunc ſcandalum quodcunque faciet proximo ſuo.

44 והחרשתי vehehárascatti ideſt tacere feci: noſter verò & tacui ait: ut ſuprà dices.

45 היות אהיה eioth éhie ideſt (quod) eſſendo erò: noſter uerò iniquè quod erò ait: nunc declarat malitiam exiſtimationis iniquæ: & prius eſſe Dei quò ad præſentem iuſtitiam, & æternam, vt inuuat prius ſecundum vtranque rationem, & præſentis, & æternæ iuſtitiæ punire Deum peccantes: nunc quò ad æternam, licet quò ad præſentem quandoque non puniat: iniquitas autem eſt cogitare Deum non ſaltem in æternum huiuſmodi perdere.

46 נא na ideſt quæſo poſt intelligite addit tex.hebræus: prius enim bona voluntas præcabatur bonum actũ intelligendi recipere: nunc etiam præcipit; nam datur virtus intelligendi, & eius præceptum additur iure.

47 אלוה eloha hic notanter in ſingulari, & noſter Deũ ait:vt intelligamus & ſingulare habere contra multos hebræos uocabulum illud, & plurale cùm pro vero Deo accipitur.

48 אטרף étroph ideſt rapiam: noſter uerò rapiat ait: prius pater loquebatur, dicens,ne quãdo iuſti tia rapiam: nunc filius ait ex miſericordia, ne quando rapiat pater.

49 מציל mazzíl ideſt liberare faciens:noſter verò eripiat ait:prius liberare faciebat à pœna: nũc eripiat, vt ſaluet in gloria.

50 זבח zouéach i ſacrificans: noſter uerò ſacrificium ait: prius bona voluntas ſacrificantis laudem ſuſcipiebatur: nunc etiã actus ſacrificij, qui laus eſt, ſuſcipit.

51 תודה todhá ideſt confeſſionis:noſter uerò laudis ait: prius confeſſionem fidei ſuper ſacrificio: nunc laudis ſuper mactatione propria, & Chriſti in charitate, ex qua legis obſeruantia, quæ ſacrificij, & laudis fundamentum eſt fundatur.

52 בישע beiéſcaà ideſt in ſalute:noſter uerò ſalutare ait: prius ſalus noſtra innoteſcebat, ſed non ſubiectum, in quo conſiſteret illa: nunc autem ſalutare illud oſtenditur Chriſtus.

Miſerere mei Deus ſecundum magnam.

## PSAL. L.

heb. tex. למנצח lamnazzeach ideſt victori: noſter uerò in finem ait: ut ſuprà dices.

heb. אל בת שבע el bath Sauaà ideſt ad filiam Sabeæ: noſter verò ad Berſabeæ ait: prius ad Eccleſiam patrum adijt, quæ erat filia Sabeæ ideſt ſeptem

ptem

ptem ideſt ætatum mundi & æterni teſtamenti proles vti oſtenſum eſt in tertio pſalmo, quando per incarnationem coniunxit ſe cum ea: & ſeptem ętatum ſuſtinuit onera, & legem cõſummauit, & cruci affixit eam, & patris filius ideſt Apoſtolorum chorus genitus eſt ab ea: qui ob prætenſam veterem legem violatam, & nouam plantatam interemptus eſt: nunc ad Berſabeæ ideſt ad purum eranum tritici, quod bar ſignificat ideſt carnis noſtræ, quando videlicet Chriſtus in ſacramento altaris, ſe ipſum donans in cibum, vna caro cum comedentibus cum effectus eſt, iuxta Beati Pauli dictum, qui ait, Nos ſumus caro de carne eius, & os ex oſſibus eius: & teſtamentum æternum conſtituit: de hoc vide in pſalmo præſenti.

3 כחסדך cechaſdhécha ideſt ſecundum miſericordiam tuam: noſter verò ſecundum magnam miſericordiam tuam ait: prius petebat remiſſionem peccati quò ad temporalem, & corporalem pœnam: nunc quò ad ſpiritualem, & æternam etiam ſecundum conuenientiam ſtatuum, dicit, &c.

4 פשעי peſcaàái ideſt rebelliones meas: noſter uerò iniquitatem meã ait: prius malitia voluntatis, qua contra Deum erigebatur reprobabatur: nunc iniquitas contra proximum etiam reprobatur.

5 הרבו héreu ideſt multiplicare fac: noſter verò amplius inquit: prius nõ abluebatur inferior pars rationis de lege communi per ſacraméta veteris legis, ſed ſola imputatio tollebatur, & uoluntas abluebatur, quam, multiplicare fac, notat: nunc autem copioſior ablutio uera de peccatis in inferiori parte rationis, & interiori ſenſu datur.

6 טהרני taharéni ideſt purga me: noſter verò ait munda me: prius per veteris legis remedia purgabantur peccata, quò ad carnem, & irregularitates cæremonialis legis: nunc etiam mundantur, atque tollunt.

7 פשעי peſaáái ideſt rebelliones meæ: noſter verò iniquitatem meam ait: dic ut ad quartum.

eddàá

8 ארע edhâà ideſt cognoſcã: noſter uerò cognoſco ait: vt ſuprà in regulis dices.

9 לך לבדך lecha leuaddechá .i. tibi ſoli tibi: noſter verò ait tibi ſoli: prius contra legem Dei ſolam, & contra iudicem Deum ſolùm, qui ſolus iuſtus erat: nunc cùm vna tantùm ſit lex diuina, ſiue Chriſti, ſiue Eccleſiæ: verùm iudices cùm exempti ab eo quod dicit, omnis homo eſt mendax plures eſſe ex gratia noui teſtamenti poſſint; ideo nunc tibi ſoli ideſt Deo ſoli peccaui; ſed non ſoli tibi, ideſt à te ſolo videlicet iudicandus ſum.

10 בעיניך beèenécha ideſt in oculis tuis: noſter uerò coram te ait: prius ſicut actus malus proſpiciebatur ceu temporaliter, & æternaliter puniendus, in oculis Dei factus eſt: nunc malum quatenus radicem habet in mala efficaci voluntate coram Deo eſt notum, puniendum æternaliter.

11 למען תצדך lemáàan tizdhách ideſt vt iuſtifices te: noſter uerò ait vt iuſtificeris: prius ceu per bonam uoluntatem ueteri teſtamento propriam iuſtifices te in electiua ceu conſiſtentem uirtute: nunc ceu in electiua uirtute nouo teſtamento propria iuſtificeris à te ipſo uti per bonam uoluntatem iudicatus.

12 בדברך bedhourécha ideſt in loquendo te: noſter uerò in ſermonibus tuis ait: prius in loquendo bona ceu uoluntate protuleris uerba: nunc etiam in ſimplicibus promiſſionum ſermonibus, veritatem firmam habentibus

13 תזכה tizcé ideſt purgabis te: noſter uerò, & uincas ait: prius quaſi verba bona voluntate protuleris oſtendens: nunc autem, & vincas quò ad uerborum prolatorum veritatem.

14 בשפתך beſcophtécha ideſt in iudicando te: noſter verò cùm iudicaris ait: prius in iudicãdo in morte, & in futuro iudicio, & per iudicium à parte finitima ſuperiori parti rationis factum: nunc autem ab

alijs per iudicium factum ab illis, et à portione finiti ma rationi inferiori ſpiritus paſſum .

15 בעון beàauón ideſt in iniquitate : noſter uerò in iniquitatibus ait: pius vna in radice, quæ in mala voluntate exiſtebat iniquitas: nunc autem in plurali ait, vt oſtendat, quia iniquitates actuales in cauſſa in ratione inferiori purgandę ſunt in teſtamento nouo.

16 ובחטא úuchete ideſt & in peccato : noſter verò & in peccatis inquit: dic vt immediatè hic ſuprà.

17 יחמתני iéchemátheni ideſt calefaciet me:noſter verò cõcepit me ait: ſecundũ expreſſio eſt, & cauſſa primi; nam inclinatio, & feruor ille in me à mala voluntate originali maculata peccato per ſenſum, iam à matre calefactum, moti erãt; & actus peccati ab electiua virtute pariter maculata eodem originali peccato: nunc autẽ ambo ſimul conſenſu electiuę virtutis actuali ſiue habituali, ſiue naturali fiunt:vt per primum ſtatum peccati ſecundum rationem conuenientem veteri ſtatui legis, per ſecundum autem, ut idem peccatum ſecundum ſtatum noſtrum ſignificet:

18 חפצת chapháztta ideſt voluiſti:noſter verò dilexiſti ait: prius veritatem iudicij volebat; ſed non diligebat; quia dixit, Nolo mortem peccatoris ideſt non diligo:nunc autem dilexiſti veritatem iudicij in Chriſto; nam ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vel melius ſecundum eſt declaratio verbi hapaz, quodvelle deſiderare, & cõplacere ſignificat.

19 בטחות batuchóth ideſt in renibus(.i.occultis) : noſter verò incerta ait : prius voluiſti in occultis myſterijs prophetarum, quorum veritas variabilis eſt ſecundum varietatem ſtatus fidelium: nunc hæc variabilia declarantur ꝑ prophetã, quia prius vt certa, ſed ſecretè proferebantur, variabilitas autem eſt ſecundum gratiam noui teſtamenti, quę Chriſtum oſtendet ferentem omnia incommoda in nos à prophetis comminata, vt pluribus in pſalmis oſtenſum eſt : & in proœmio verborum iſtorum propoſitum.

uuſatum

20 ובסתם vuſatúm ideſt & in occulto : noſter uerò ait & occulta : prius in paſſione : nunc cætera etiam ſcripturarum myſteria, & remiſſionis peccati indicia.

21 Addit æditio noſtra tuæ poſt ſapientiæ : prius ſapientiæ mundi, quæ vniuerſalis, & patris eſt: nunc ſapientię noui teſtamenti tuæ, qui Chriſtus es; de prima nanque ait Beatus Paulus, In ſapientia Dei non cognouit mundus per ſapientiam Deum : de ſecunda autem ait, Nos loquimur ſapientiam Dei, quam prædeſtinauit Deus in gloriam noſtram : & non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.

22 תודיעני thodièéni ideſt manifeſtabis mihi: noſter verò manifeſtaſti mihi ait : vt ſuprà dices.

23 תחטאני techatteéni ideſt expiabis me : noſter verò aſperges me ait : prius purgationibus legis: nunc verò aqua baptiſmi.

24 תשמיעני taſemièéni ideſt audire facies me ; noſter verò auditui meo dabis ait : prius per bonam voluntatem; nunc per abſolutionem auditui meo dabis ideſt ſecundum rationem electiuę virtutis.

25 דכית diccítha ideſt (quę) contriuiſti: noſter verò humiliata ait ; prius pœna erat, qua contriuiſti: nunc humiliatio contritio, & ſatisfactio eſt.

26 Addit æditio noſtra , & ante exultabunt Spiritus ſancti donum ſignificans, quod non conferebatur prius .

27 הסתר haſtér ideſt abſcondere fac: noſter uerò auerte ait : prius, ne videas quò ad pœnam, abſconde faciem : nunc autem auerte quò ad culpam , ne videas eam, videns pœnam eorum in Chriſto completam.

28 פניך panécha ideſt facies tuas : noſter verò faciem tuam ait: prius facies & dexteram, & ſiniſtram faciei partem ſecundum rationem præſentis , & æterni temporis remittens temporalem , atque æternam pœnam; nunc vnam ſaltem remittens peccati æternam pœnam.

29 לי, li ideſt mihi: noſter uerò in me ait: prius mihi per aſſiſtentem gratiã: nunc in me per inexiſtente dicit.

30 אל תשליכני al taſclichéni ideſt ne proijcere facies me: noſter verò ne proijcias me ait: vt ſuprà dices.

31 מלפניך millephanécha ideſt à faciebus tuis: noſter uerò à facie tua ait: dic econtrario de gratia ſicut ad 28. de peccato dixiſti.

32 קדשך codhſechá ideſt ſanctitatis tuę: noſter uerò ſanctum tuum ait: vt ſuprà dices.

33 אל תקח al tecách ideſt ne capies: noſter uerò ne auferas ait: ſecundum declarat primum.

34 ששון ſceſcón ideſt gaudium: noſter verò lætitiam: ait: prius gaudium voluntatis: nunc lætitiam inferioris electiuæ uirtutis.

35 ישעך iſcèécha ideſt ſalutis tuę: noſter verò ſalutaris tui ait: prius ſalutis gratiæ: nũc ſalutaris, quod vltimam ſalutem tribuit.

36 נדיבה nedhiuà ideſt voluntario: noſter verò principali inquit: prius voluntario, quod libertatẽ voluntatis facit: nũc principali omnia ſuperante aduerſa.

37 תסמכני thiſmechéni ideſt ſuſtentabis me: noſter uerò confirma me ait: prius ne cadam: nunc verò ne, etiam cadens, deſperem, confirma.

38 פשעים paſcàiím ideſt rebelles: noſter uerò iniquos ait: prius contra Deum per malam voluntatẽ rebelles erant: nunc iniqui contra charitatem, quæ electiuam uirtutem informat.

39 וחטאים vechattáim ideſt & peccatores: noſter uerò & impij ait: prius peccatores de populo fideli: nunc etiam impij ideſt idololatrę conuertentur.

40 הצילני haziléni. i. eruere fac me: nr̃ verò libera me ait: prius ne damner ex peccato originali & ueniali ex ſanguinibus concepto, eripe: nũc ettiam libera actu me ab eo.

41 יגיד iaggídh id eſt anuntiare faciet: nunc anuntiabit ait: vt ſuprà dices.

42 כי לא תחפוץ chi lo tachpóz ideſt quoniam non voles: noſter verò quoniam ſi voluiſſes ait: prius non volebat ſacrificia, quia non placebãt ex opere operato; ſed tamen dabat bona quæſita ſacrificijs ex opere operante: nunc autem non dat, quia non vult ea omnino.

43 ואתנה veettena ideſt & dabo: noſter uerò dediſſem utique:prius poterat ſecundum ſtatum ueteris legis ueritatem habere: & nunc pariter ſecundum noſtrum; prius enim ſignificabat noui teſtamenti tempore non grata futura: nunc etiam in ueteri lege non grata ex ſe fuiſſe,ſed ex opere operante tantùm, & ſi uoluiſſes ergo:æterno tempore ex ſe placerent tibi, idcirco in nouo teſtamento, & dabo: nunc etiam dediſſem ea, & in ueteri teſtamento & nunc.

44 עולה òóla ideſt holocauſtum: noſter uerò holocauſtis ait:quia prius neq; holocauſtum unum, qđ figurabat paſſionem Chriſti tibi placet: nũc plura holocauſta, quæ plura noſtra figurant, quibus conſecramur Deo,non placent tibi.

45 לא תרצה lo thírze ideſt non uoles: noſter uerò nõ delectaberis:prius per uolunta tem: nunc per delectationem electiuę uirtutis.

46 זבחי ȝiuché. i. ſacrificia:nr̃ uerò ſacrificiũ ait: prius ſacrificia iuſtitiæ pręceptorum ueteris legis, quæ plura ſunt:nunc unum charitatis ſacrificium.

47 נשברה nisbbará ideſt attritus: noſter uerò contribulatus ait: prius ex timore: nunc uerò ex charitate.

48 הטיבא hetíua ideſt bene fac:noſter verò benignè fac Domine ait: prius beneficia operum, & bonorum æternorum faciens: nunc benignè fac ex charitatis calore bona charitatis interna largiens.

49 ברצונך birzonechá ideſt in placito tuo: noſter verò in bona uolũtate tua ait:prius placitũ quo promiſſum in teſtaméto ſeruare decreuiſti: nũc in bona uolũtate, qua ex charitate mũdũ ſeruare accẽſus fuiſti.

50 תבנה tiuné ideſt ædificabis: noſter verò vt ædificentur ait: prius beneficia Dei oſtendebantur: quæ ſunt ædificandi &c Nunc verò charitas donata eſt: vt per eam ædificentur.

51 תחפץ tachpóz ideſt voles: noſter verò acceptabis ait: prius vt antiqua non volebas: nunc noua voles: & prius illa etiam non acceptabas coronans: noſtra autem acceptabis nunc, exaudiens ea.

52 זבחי ʒiuché ideſt ſacrificia: noſter verò ſacrificium ait: prius ratione pluralitatis præceptorum: nũc verò vnum ratione ſingularis præcepti charitatis.

53 עולה oóla ideſt holocauſtum totum: noſter verò holocauſta ait: ſecundum declarat primũ: & vnũ in ratione vnius, quod eſt paſſio Chriſti, figurabatur: nunc verò plura noſtra holocauſta ſunt.

54 יעלו iaàalú ideſt aſcendere facient: noſter verò imponent ait: prius per fidem, & bonam voluntatem aſcendere facient ſuper altare: nunc uerò magis proprie imponent per charitatem, & electiuam virtutem.

55 פרים parím ideſt tauros: noſter verò vitulos ait: prius exprimebatur Spiritus ſancti receptis uiribus uirtutũ lumini naturali placentium robuſtos factos impones, atque ad tolerandos labores Eccleſiæ, & ad gignendos vitulos fortes, de quibus dicitur tauri mei, & altilia mea: nunc vitulos debiles impones &c. qui de virtute recentis generationis ſpiritualis: ſed fidei ſanctę matris Eccleſię ſanctè nutriti, per donum ſpiritus ſancti, & dedicantur Deo, & robur diuinum recipiunt, ad quæque ferenda aduerſa.

Quid gloriaris.

## PSAL. LI.

*Hab.* 1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter verò ait in
*Tex.* finem: vt ſuprà dices.

*Heb.* 2 ויגד vagiaggéd ideſt & annuntiare faciet: noſter verò, & nunciauit ait: vt ſuprà dices.

uagiómer

3 ויאמר vagiómer ideſt & dicet verſum in præteritū: noſter verò, & dixit illi ait: vt ſuprà dices.

4 אחימלך achimélech : noſter verò abimelech ait: prius Chriſtus quò ad humanitatem, quem expectabant Iudæi redempturum eos, dicebatur rex frater meus iuxta interpretationem Achimélech: nunc verò Chriſtus quò ad diuinitatem ſapientia æterna exiſtens, Dei patris regis ſupremi eſt filius, iuxta id quod ſonat Abimelech.

5 מה תתהלל ma títhallel ideſt quantum gloriaberis te : noſter verò quid gloriaris habet : prius maximè gloriari prohibitum erat in malitia ſcilicet contra bonitatem morum, quæ non nihil erat ſed imperfecta: nunc ſimpliciter gloriari prohibitum eſt; quia ait Beatus Paulus, Quod enim habes, quod non accepiſti, aut quid gloriaris, quaſi non acceperis.

6 הגבור haghibbór ideſt præualens : noſter verò qui potens es ait : prius naturali potentia ſuperandi Chriſti humanitatem puram : nunc potens es permiſſione diuina in diuinitatem, ſub humanitate velatam, non nihil agere; quia inquit Chriſtus, Non haberes poteſtatem in me vllam, niſi tibi datum deſuper eſſet; quia in Chriſti humanitate aſſumpta Deus erat, quem etiam ſecundum humanitatem nullus affligere ſui potentia valebat.

7 חסד אל כל היום chéſed el col hagióm ideſt opprobrium Dei omni die: noſter verò in iniquitate tota die ait: ſecundum eſt cauſſa primi: & prius omni die ex iniuſtitia morali arguere Eccleſiam, quæ non poterat illa cauere, reprobabile erat: nunc etiam ex veniali tota die.

8 הוות hauóth ideſt prauitates: noſter verò iniuſtitiam ait : prius prauitates cordis contra Eccleſiam: nunc iniuſtitiam, & quæcunque minima peccata in Eccleſia diligenti indagine excogitans, vt iniuſtitiam eſſe in ea promulges.

9 תחשב tachſcóu ideſt cogitabis:noſter uerò cogitauit ait: prius, cogitabis,ad effectum reſpōdet, qué Deus reſpiciebat ſolum: nunc ad affectum electiuæ uirtutis,& etiam ad actū linguæ,qué,cogitauit,ſignificat.

10 עשה óoſce ideſt faciens: noſter uerò feciſti ait: prius faciens in futurum, vt ſeruias verbo cogitabis: nunc feciſti:ſecundum regulas dictas dices.

11 שקר séccer ideſt falſitatem: noſter verò iniquitatem ait:prius contra fidem: nunc contra charitatem.

12 סלה séla ante dilexit addit textus hebræus : ut ſuprà dices.

13 ויסחך veiſachachá ideſt & deſtruet te : noſter verò & emigrabit te ait: prius ex infidelitate, & malitia voluntatis de loco Ieruſalem extrahendo, deſtruet te, cuius ſumma fœlicitas regnum Ieruſalem, vti credebas, erat: nunc verò emigrabit de tabernaculo præſentis vitæ,ın quo finem forſan, & quorumcunque,qui contra ſacramentum Euchariſtiæ ſentiunt,videmus.

14 Addit æditio noſtra tuo poſt tabernaculo, vt hoc corporis, & non Eccleſiæ, quæ proprium tabernaculum non eſt, ſignificet.

15 סלה séla ante uidebunt addit textus hebræus:de quo vt ſuprà dices.

16 ו ve ideſt & ante videbunt addit textus hebræus: prius per donum iuſtitiæ baptiſmalis, qua Dei regnum videmus, quod præſtandum erat, vti prius promiſſum patribus veteris legis fuit videbunt : nunc autem verè ſpiritu charitatis Spiritus ſancti: proprio nouo teſtamento non primitus videbant;ideo ait ſine,&,videbūt.

17 Addit æditio noſtra:& dicent vt ſuppleat id quod,pertinens ad nouum teſtamentum, textui deficiebat hebræo.

18 הגבר haggéuer ideſt præualens : noſter uerò homo ait : prius præualens robore humano:nunc homo priuatus diuina virtute.

19 לא ישים lo iaſím ideſt (qui)non ponere faciet : noſter uerò qui non poſuit ait: vt ſuprà dices.

10 מעוז maùuʒo. i.fortitudinem ſuam : noſter uerò adiu torem ſuum ait: prius ad corporaliter roboran dum,ut uinceret : nunc in adiutorium, ne,etiam uictus corporaliter,deprimatur.

21 ויבטח uiutách.i.& confidet : noſter uerò ſed ſperauit ait : ut ſuprà dices.

22 עשרו òoſceró.i.opulantiæ ſuæ : ſuæ noſter uerò diui tiarum ſuarum ait : ſecundum declarat primũ.

23 יעז iaòóʒ ideſt roborabit ſe : noſter uerò & præualuit ait : prius roborabit ſe corpore : nunc & Spiritu maligno contra Spiritus ſancti donum præualuit:

24 רענן raàanán ideſt uiridis : noſter verò fructifera ait : prius uiridis per fidem , qua uiuit iuſtus : nunc uerò per charitatem frugifer eſt.

25 בטחתי batáchti ideſt confiſus ſum : noſter uerò ſperaui ait : prius ſuper fide , & bona uoluntate : nunc ſuper charitate electiuę uirtutis fundatus.

26 ואקוה uaacaué ideſt & expectabo in præteritum conuerſum : noſter verò & expectabo ait : ut intelligas regulam conuerſionis futuri in præteritum per ua,non ſemper ueritatem habere ; ſed ſecundum rationem in regulis dictam examinanda , & interpretanda tempora ſunt.

27 הסידיך haſidhécha ideſt miſericordium tuorum : noſter uerò ſanctorum tuorum ait : ratione dicta ut ſuprà.

Dixit inſipiens. PSAL. LII.

*heb. tex. heb.* למנצח lamnazzéach.i.uictori: noſter uerò in finem ait : ut ſuprà dices.

2 על מחלת משכיל àal machaláth' maſccil le Dauid.i. ſup infirmitate intelligere faciétis ipſi Dauid:nr̃ uerò intellectus pro Amalech Dauid ait: prius ſpiritu fidei ex propria infirmitate ſub

lege

lege, quæ in fidem bellum gerebat, concepta, quam machalach ſignificat: nunc pro Amalech, antichriſti officium faciente, perſequendo Abimelech, & eum, qui Chriſti diuinitatem, quam ſignificat, & fatetur, atque tuetur.

3 נבל nauál ideſt ruſticus: noſter verò ait inſipiens: prius ſtatus ueteris legis ſub ueteris Adæ indumento figurabatur, qui Chriſti diuinitatem ſuppoſitum humanitatis, per miracula oſtenſam, negabat, & gratiam charitatis exuentem ueteré hominem, & induentem nouum: nunc inſipiens, qui dono Spiritus ſancti ſapientiæ Chriſti diuinitatem, & ſuppoſitum, diuinam ſuppoſitans naturam, pandente, priuatus eſt, quę in terra paſſionis Chriſti tempore ex factis miraculis in creaturis illius, oſtenſa eſt; quam & centurio propterea confeſſus eſt.

4 השחיתו hiſcchíthu ideſt corrumpere fecerunt: noſter uerò corrupti ſunt ait: ut ſuprà dices.

5 והתעיבו uehithiiuu ideſt & abominari fecerunt: noſter verò & abominabiles facti ſunt ait: ut ſuprà dices.

6 עול áauel ideſt iniquitate: noſter uerò iniquitatibus ait: prius actus iniquitatis reprobabatur: nunc etiam affectus efficax malus contrarius charitati habituali reprobatur: prius contra Chriſtum: nunc contra fideles peccantes.

7 השקיף hiſcciph ideſt proſpicere fecit: noſter uerò proſpexit ait: ut ſuprà dices.

8 אדם adham ideſt hominis: noſter uerò hominum ait: prius unius ratione fidei non diſcernentis ſingulos: nunc hominum ratione charitatis ſingulos diſcernentis.

9 משכיל maſccil ideſt intelligere faciens. noſter uerò intelligens ait. ut ſuprà dices.

10 Addit ęditio noſtra aut, ut diſtinguat rationem abominationis, & rationem intelligentia carentis, & minimè requirentis Deum per bonam uoluntatem, quia de-

fectus

intelligentiæ, quæ donum eſt Spiritus ſancti: non reprobabatur prius, ſed tantùm defectus quęrendi per bonam uoluntatem Deum: nunc etiam intelligendi defectus ille, qui poteſt in nouo teſtamento eſſe, reprobatur.

11 כלו cullò ideſt omnis ipſe: noſter verò omnes ait: prius per malam uoluntatem ipſi ſe diſponentes erant, qui in ratione infidelitatis contrariæ fidei uidelicet iungebantur: nunc omnes ratione electiuę uirtutis, & charitatis carentiæ & meritis diſtinguuntur, & gradu.

12 סג ſagh ideſt retroceſcit: noſter verò declinauerunt ait: prius ad infidelitatem: nunc in uitia contra charitatem, & ut ſuprà hic dices.

13 נאלחו neeláchu ideſt computruerunt: noſter verò inutiles facti ſunt ait: prius ex defectu fidei, & per actualia commiſſa peccata contra legem: nunc uerò inutilis ex defectu charitatis officiorum in proximum.

14 ידעו iádheúu ideſt cognouerunt: noſter uerò ſcient ait: vt ſuprà dices.

15 Addit æditio noſtra omnes: prius enim non omnes, qui operabantur iniquitatem, æterna pęna plectendi erant, quia non omnes charitate inſigniti fuere: nunc uerò omnes, quia omnes de lege communi ſuſcipiunt eam.

16 אכלו áchelu ideſt comederunt: noſter uerò ut cibum panis ait: prius corporaliter ita occidendo lacerauerunt, ſicut comeditur panis: nunc uerò illum comederunt, qui erat ſubſtantialiſſimus eorum per charitatem cibus.

17 Addit ęditio noſtra ubi poſt timore, ut ſanè compleret ſententiam.

18 פזר pizár ideſt diſperſit: noſter uerò diſſipauit ait: prius diſperſit Iudæos corporaliter: nunc diſſipauit perdendo animas eorum.

19 חנך chónach ideſt caſtrametantis tui: noſter uerò qui

qui hominibus placent ait: prius caſtrametabantur
hoſtes Eccleſiæ : nunc qui ſunt huiuſmodi, qui uideli- 6
cet q̃rũt placere hominibus ex defectu charitatis ĩ Deũ.

20 הבשתה heuiſcótha.i. confundere feciſti : noſter ue-
rò confuſi ſunt ait : ut ſuprà dices: & prius
tu ex ſpiritu uindictæ: nunc ex charitate Dei ex ſe con 7
fuſi ſunt.

21 ישעות ieſcuòóth.i.ſalutes : noſter uerò ſalutare ait: 8
prius plures, & corporalem uidelicet, & ſpiri-
tualem gratiæ : nunc ſalutare, quod gloriam tribuit 9
Chriſtus uidelicet ſecundum diuinitatem.

22 שבות ſeuúth. i.conuerſionem : noſter uerò captiuita-
tem ait : prius ratione fidei conuertebamur:
nunc captiui tenemur charitatis abſentia.

23 יגל iaghél.i.exultare faciet : noſter uerò exaltabit ait:
ut ſuprà dices. 10

24 ישמח iſmách.i.gaudebit:noſter uerò & lætabitur ait:
prius per bonam uoluntatem : nunc etiam per 11
electiuam uirrutem.

Deus in nomine. 12

## PSAL. LIII.

*Hab.* 1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori : noſter verò in fi-
*Tex.* nem ait : ut ſuprà dices.
*Heb.* 2 בנגינות binghinóth ideſt in (manuum) pulſationi-
bus : noſter verò in carminibus ait: ut quarto 13
in pſalmo dices.

3 משכיל maſcil ideſt intelligere faciens:noſter uerò
ait intellectus:prius per bonam uoluntatem:
nunc uerò per habitum electiuæ uirtutis.

4 ויאמרו uaiómeru ideſt & dicent: noſter uerò & nun- 14
ciaſſent ait : ut ſuprà dices.

5 עמנו iimánu ideſt nobiſcum : noſter uerò apud nos
ait:prius cum corpore : nunc apud nos ſpirituali
ter in ſuis uiuens. 15

bighuurathecha

6 ובגבורתך bighuurathécha ideſt in prȩualentia tuæ: noſter uerò in uirtute tua ait: prius uirtute corporali mihi communicata: nunc autem uirtute ſpirituali.

7 תדינני thedhinéni ideſt iudicabis me: noſter uerò iudica me ait: ut ſuprà dices.

8 שמע ſcemaá. i. audi: noſter uerò exaudi ait: prius audi ex fide: nunc exaudi ex charitate.

9 לאמרי leimré ideſt uerbis: noſter uerò uerba ait: prius uerbis mente conceptis, & bonæ uoluntatis, quæ prius requirebatur, attendens propitius erat Deus: nunc uerò etiam actum uerborum exaudiendo reſpicit, quia & actus bonos internos, & meritorios ex gratia elicere poſſumus.

10 סלה séla poſt in conſpectu eorum addit tex. heb. ratione dicta ſuprà.

11 בסמכי biſomeché ideſt in ſuſtentatoribus noſter uerò ſuſceptor eſt ait: prius ne caderem: nunc etiam ne, cadens, deſperem.

12 ישוב iaſcuú ideſt reddere faciet: noſter uerò auertè ait: prius non erat licitum uindictam rogare, ſed fieri permittebatur: nunc uerò à paſſione odij cùm liberari poſſimus, & licitè uindictam ex diuinȩ iuſtitiæ zelo appetere, & petere poſſumus, imò Chriſtus in nobis, qui in nobis mortui ſumus.

13 לשררי leſcorerái ideſt inſidiatoribus meis: noſter uerò inimicis meis ait: prius tantùm externè inſidiantes reprobabantur: nunc etiam ex habitu inimicitiæ contra charitatem, quam habere nunc poſſumus.

14 הצמיתם hazmithém ideſt ſuccidere fac eos: noſter uerò diſperde illos ait: prius deſtructio corporalis: nunc malitiæ deſtructio, qua diſperduntur, ne amplius ſint in malum.

15 Addit æditio noſtra, & ante in ueritate: ſicut enim Spiritus ſanctus ȩdificat bonos in templum Dei, ita & malitia

malitia contraria Spiritui ſancto deſtruit malos.

16 אורה שמך odhé ſcimchá ideſt confitebor nomen tuum: noſter uerò ait & confitebor nomini tuo domine; prius ſine Spiritus ſancti dono per fidem confitebamur Dominum eſſe; nunc per illud confitemur, ei laudem dantes.

17 צרה zará ideſt anguſtia: noſter uerò tribulatione ait: prius tribulatio anguſtiā afficiebat animā charitate priuatam; nunc tribulatio abſque angore animi per gratiam, noui teſtamenti eſt.

18 הצילני hizilaní ideſt eruere feciſti me: noſter uerò eripuiſti me ait: vt ſuprà dices.

19 וב ube ideſt & in: noſter uerò & ſuper ait; prius in inimicis ut creaturis propter malitiam, quæ intima eis eſt: nunc uerò ſuper inimicos quaſi ſuper eminente iudicio malitiæ eorum.

20 ראתה raathá ideſt uidiſti: noſter uerò deſpexit ait: prius pro confirmanda fide; nunc ex odio mali diſpexit.

Exaudi &c. ne deſpexeris.

## PSAL. LIIII.

*Hab. Tex. Heb.*

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter uerò in finem ait: vt ſuprà dices.

2 בנגינות binghinóth ideſt in(manuum)pulſationibus: noſter verò in carminibus ait: ut in quarto pſalmo dices.

3 משכיל maſceeíl ideſt intelligere faciens: noſter verò intellectus ait: prius actus; nunc donum infuſum oſtenditur.

4 האזינה haʒína ideſt audire fac: noſter uerò exaudi ait: prius per fidem audiebas; nunc per charitatem exaudis.

5 ואל תתעלם ueal tithàalám ideſt & ne abſcondes te: noſter uerò & ne deſpexeris ait:

ait : ut ſuprà dices , & prius contra fidem : nunc contra charitatem,cuius abſentia meretur quis nunc inutilis ceu deſpici.

6 מתחנתי mitchínathi ideſt à deprecatione mea: noſter uerò deprecationem meam ait : hoc eſt per conſtructionem diuerſam utriuſque textus .

7 הקשיבה haceſciua ideſt intendere fac: noſter verò intende ait: ut ſuprà dices .

8 ועננו uaàanani ideſt & audi me : noſter verò, & exaudi me ait:ut ſuprà dices.

9 אריד arídh ideſt lamentari faciam : noſter verò contriſtatus ſum ait : prius ob corporis tribulationem : nunc contriſtatus in anima ſum ob languorem peccati.

10 בשיחי beſichí ideſt in ſermone meo : noſter verò in exercitatione mea ait : ex octauo oritur hæc differentia.

11 אהימה ahíma ideſt quæri faciam : noſter verò conturbatus ſum ait: prius ex dolore : nunc ex contrictione.

12 מפני עקת רשע mipené àacáth raſcáà ideſt à faciebus anguſtiæ impij : noſter verò & à tribulatione peccatoris ait : dic ut ſuprà dupliciter.

13 ימיטו iamitú.i.declinare facient : noſter verò declinauerunt ait : ut ſuprà dices.

14 עלי àalái ideſt ſuper me : noſter verò in me ait : prius ſuper me ceu in dominium æternum, ut pro illis patiar : nunc in me,ut pro illis infamer.

15 און áuen.i.iniquitatem : noſter verò iniquitates ait : prius una in malæ uoluntatis radicæ: nunc plures in actu electiuæ uirtutis.

16 ובאף ישטמוני uuáph iſtemûni ideſt & in furore odio proſequentur me : noſter uerò ait & in ira moleſti erat mihi: prius odioſus erat in furore aduerſari ſe diſponens per malam uoluntatem: nunc etiam ſimplici ira, quæ habet actum ſequentem,

quam

quam per gratiam noui teſtamenti euitare poſſumus.

17 יחיל iachíl.i.dolere faciet: noſter verò conturbatum eſt ait: prius ratione pœnæ: nunc conturbatum eſt ex contritione.

18 בקרבי beccirbbí.i.in medio mei: noſter verò in me ait: prius in intimo mei, quod eſt uoluntas mea: nunc in me.i.in electiua uirtute, qua ineſſe conſtituor.

19 ואימות ucemóth.i.& terrores: noſter uerò & formido ait: prius terrores pœnarum: nunc formido priuationis lucis, quam diligo.

20 נפלו naphelú.i.ceciderunt: noſter uerò cecidit ait: vt ſuprà híc dices.

21 יבא iauó.i.ueniet: noſter uerò uenerunt ait: ut ſuprà dices.

22 בי bi.i.in me: noſter uerò ſuper me ait: prius priuato fide, qua ego in interiori homine, & ſuperiori ratione conſtituor: nunc charitate orbato, qua in electiua uirtute formatus, ac in eadem uirtute ſuper ſtructus, & ceu in ſuperiori ratione confirmatus ſum fide.

23 ותכסני uattechaſséni.i.& operiet me: noſter verò ait & cõtexerunt me: ut ſuprà, & ubiq; conſequẽter ad præcedentia dices.

24 פלצות pallazuth.i.terror: noſter verò ait tenebræ: prius ratione pœnę terror erat: nunc ratione priuationis lucis dilectæ tenebrę ſunt.

25 ואמר uaomár.i.& dicam: noſter verò & dixi ait: ut ſuprà dices.

26 אבר éuer.i.alam: noſter uerò pœnnas ait: prius dexteram ſpei alam: nunc autem pœnnas uirtutum ex charitate orientium.

27 Addit æditio noſtra & ante uolabo: nunc per donum Spiritus ſancti, quo prius priuati erant, ſignificatum per &, uolabo.

28 ואשכנה uceſcòna ideſt & habitabo: noſter uerò ait: & requieſcam: prius corpore: nunc animo.

archíc

29 ארחיק archíc ideſt elongare faciam: noſter uerò ait elongaui: vt ſuprà dices.

30 נדר nédhor ideſt mouendo: noſter uerò fugiens ait: ſecundùm eſt declaratio primi.

31 אלין alín ideſt comorari faciam: noſter uerò ait & manſi: ut ſuprà dices.

32 סלה séla poſt in ſolitudinem addit tex. heb. ratione dicta ut ſuprà

33 אחישה achíſca ideſt feſtinare faciam: noſter uerò expectabam eum ait: prius per auxilium corporale: nunc per patientiam firmatus, expectabam.

33 מפלט miphlát ideſt liberationem: noſter verò, qui ſaluum me fecit ait: prius pro liberatione de manibus inimici: nunc ut ſaluum me faciat à culpa, & pœna mortalis peccati.

35 מרוח סעה merúach ſoáá ideſt à Spiritu, qui ſuſcitatur: noſter verò à puſillanimitate Spiritus ait: prius ex paſſione ſuſcitabatur: nunc puſillanimitate repletur ſuper fundamento propriæ infirmitatis fundatus: nam omnis creatura in gem iſcit, & parturit uſque ad huc.

36 מסער miſsáâar ideſt à turbine: noſter verò & tempeſtate ait: prius à turbine commotionis ex minis, & fremitu aduerſantium: nunc ex tempeſtate cruente perſecutionis ſpiritum comouentis noſtrum: ut ſuprà hic dictum eſt.

37 בלע balláâ ideſt perde: noſter uerò præcipita ait. prius perde, ut merentur in vltimam ruinam propter hęreſim contra fidem plantatam tradens: nunc præcipita in correptionem, ne integra uerba loquantur.

38 לשונם leſconàm ideſt linguam eorum: noſter uerò linguas eorum ait: prius una contra fidem, quę una eſt lingua: nunc plures, quas quiſque inuenit hæreſes.

38 חמס chamás ideſt prauitatẽ: nr̃ verò iniquitatẽ ait: prius prauitatem cõtra legem probatam ab eis: nunc iniquitatem contra charitatem.

9 וריב ueriû ideſt & rixam : noſter uerò & contradictionem ait : prius actum rixæ: nunc etiam malitiam contradicendi charitati reprobandam cenſeo .

40 ולא ימיש ueló iamiſc.i.& non mouere faciet: noſter uerò & non defecit ait : prius uſura reproba erat ratione malitiæ uoluntatis,& rectorum non tollentium eam:nunc etianrratione actus ab electiua procedens uirtute ſingularis perſonæ exercentis eam.

41 מרחובה merechuáh ideſt à platea eius : noſter uerò de plateis eius ait: prius ab una uniuerſali platea,& populi fidei unius : non mouebatur à quoquam:nunc etiam à ſingularibus,& omnium gentium:

42 כי לא ci ló ideſt quia non : noſter uerò ait quoniam ſi : prius non ſufferre iniuriam licitum erat, quia ſcriptum eſt oculum pro oculo &c. nunc hanc ſuffere, dicente pſalmo ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtituiſſem utique,poſſumus.

43 יחרפני iecharephéni ideſt exprobabit me : noſter uerò ait maledixiſſet mihi : prius exprobrabit ob tranſgreſſionem legis :nunc maledixiſſet abſq; ulla ratione contra charitatem.

44 ואשא ueeſsá ideſt & ſuſtinebo : noſter uerò ait ſuſtinuiſſem utiq; : vt ſuprà dices.

45 לא משנאי עלי lo meſaní àalái ideſt non ab odio habente ſuper me: noſter verò ait ſi his, qui oderat me : conuenientius noſtra exprimit æditio: & prius ſuper malitiam uoluntatis , quæ ſuper me eſt : nunc in electiua uirtute,qua ego in eſſe conſtituor.

46 הגדיל highddil ideſt magnificare fecit. noſter uerò ait magna locutus fuiſſet:prius mala uoluntas: nunc actus exprimitur,& reprobatur:& ſecundum declarat primum .

47 ואסתר ueeſſathér ideſt & abſcondar : noſter uerò abſcondiſſem ait : ut ſuprà dices.

48 Addit æditio noſtra forſitan poſt abſcondiſſem me: prius humana prudentia: nunc ex charitate & abſcon-

diſſem ait, forſan contrà feciſſem.

49 כערכי ceèerecci ideſt ſecundum æqualitatem meam: noſter verò ait unanimis : ſecundum declarat primum: & prius æqualis in bonis erat: nunc unus in ſpiritu charitatis &c.

50 נמתיק namttíc ideſt dulceſſere(uolūtatem)faciemus: noſter uerò dulces capiebas: ſecundum eſt expreſſio primi: nam dulce fiebat ſecretum cibis.

51 סוד ſodh ideſt ſecretum: noſter uerò ait cibos: dic ut híc ſuprà conſequenter.

52 נהלך nerallèch ideſt ambulabimus: noſter uerò ambulauimus ait: ut ſuprà dices.

53 ברגש berâghes ideſt in tumultum: noſter uerò cum conſenſu ait: prius in frequentia populi: nunc in animorum conſenſu.

54 ישי iaſci ideſt ad uſuram acipiet: noſter uerò ueniat ait: prius ex peccato originali pęnam uti uſuram legis mordentis ſuſcipiebant: nunc eo ablato, illa in exercitium pacientiæ, & accelleratione ſalutis animæ mors eſt relicta.

55 וירדו ieredhú ideſt deſcendent: noſter uerò & deſcendant ait: ut ſuprà dices dupliciter.

56 רעות raòóth.i.malitiæ: noſter uerò ait nequitię: ſecundum declarat primum.

57 אקרא ecrá ideſt uocabo: noſter verò clamaui ait: prius ceu, ex merito: nunc verò tanquam ex gratia; & prius ut pœnam corporis euitem: nunc uerò iuxta conſilium inuocabit me, & ego exaudiam, ut uitam æternam aſſequar.

58 יושיעני ioſcièéni ideſt ſaluare faciet me: noſter uerò ait ſaluauit me: ut ſuprà dices.

56 וצהרים uezahoráim ideſt & meridiebus: noſter uerò & meridie ait: prius in confinio primæ, & ſecundæ partis meridiei: nunc meridies apellatur cum duabus partibus; ut idem ſit tempus gratiæ baptiſmi, & Spiritus ſancti, & prius mane originalis iuſtitiæ & occidentis tempore conſummatæ iuſtitiæ, & meri

diebus fidei ſtatus ſub lege & charitatis baptiſmatum, quod prima eſt meridiei pars; nunc ſed tempore gratię baptiſmi charitas baptiſmalis, ſecũda pars meridiei eſt ſicut prima fides fuit.

60 אשיחה asicha ideſt ſuſſurabo: noſter uerò & annuntiabo ait: prius ſuſſurabo, conquerens: nunc annuntiabo Dei uoluntati ex charitate remittens.

61 וישמע uaiſemáà ideſt & audiet: noſter uerò, & exaudiet ait: utſuprà dices.

62 פדה padhá ideſt redemit: noſter uerò ait redimet: ut ſuprà dices.

63 היו haiú ideſt fuerunt: noſter verò ait erant: ut ſuprà dices.

64 ישלע iſemáà ideſt audiet: noſter uerò exaudiet ait: ut ſuprà dices.

65 וישב ueioſué ideſt & habitans: noſter verò qui eſt ait: prius habitans per humanitatem: nunc, qui eſt, ratione diuinitatis.

66 סלה séla ante non enim: addit tex. heb. dic ut ſuprà.

67 אשר אין aſcér en ideſt cui non: noſter verò ait non enim: ſecundum eſt ratio primi.

68 חליפות caliphót ideſt mutationes: noſter verò ait commutatio: prius non erant illi mutationes ſecundum ſingulares rationes legis: nunc non eſt commutatio ſecundum unam fidei rationem.

69 ידיו iadháu ideſt manus ſuas: noſter verò manum ſuã ait: prius, & ſiniſtram malorum corporalium, & dexteram ſpiritualis pœnæ: nunc unam ſpiritualem tantùm pœnam.

70 בשלמיו biſclomáu. i. in pacificis meis: noſter verò ait in retribuendo: prius qui ſupercreſcentium ſcelerum tempore in pacifico ſtatu Eccleſiæ fuerunt, & pacifici prius dicebantur: nunc quid, & quare oſtendit, quia in retribuendo mala pro malis exprimit.

chillél

71 חלל chillél ideſt polluit : noſter uerò contaminaue-runt ait : prius in ratione fidei in qua iungeban tur ſimul unum erant:nunc in ratione operum, in quibus diuerſi ſunt dicuntur plures.

72 חלקו מחמאת פיו chalecú machmaóth piû ideſt lenierunt magis quàm butira os ſuum : noſter verò ait diuiſi ſunt ab ira uultus eius: prius ut hæreſim contra catholicam fidem plantarent, & charitatem fictè oſtenderent, lenierunt &c. nunc quia Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis:non poſita eſt eorum ratio ſub dola, ſed pœna indicta eſt eis, quia diuiſi ſunt &c.

73 וקרב uecráu ideſt & prelium : noſter verò & appropinquauit ait : prius ex Spiritu uindictæ, & prælium cor illius affligebat : nunc autem ex ſuperabundantia charitatis, & appropinquauit cor illius ideſt Dei ad bonos pœnitentes iuuandum.

74 פתחות pethicóth ideſt gladij: noſter verò ait iacula: prius erant malorum ad diuidendum coniuncti in fide gladij: nunc ex iniquitate, quæ eſt contra charitatem propria nouo teſtamento, ſunt iacula ad occidendũ,& uita ſpirituali.i.charitate priuandũ.

75 השלך hasléch ideſt proijcere fac: noſter uerò ait iacta:prius per bonam uoluntatem: nunc per electiuam uirtutem.

76 יכלכלך ichalceeléchа.i.gubernabit te:noſter verò te enutriet ait :prius per aſſiſtentem gratiam: nunc ex internè exiſtente Spiritu ſancto.

77 לבאר שחת lauér ſcáchath.i.boragini putei: noſter uerò ait in puteum interitus: ſecũdum dicit cauſſam poſtremam primi.

78 לעולם leòolám.i.æterno : noſter uerò in æternum ait: ut ſuprà dices.

79 תורידם toridhém.i.deſcendere facies eos: noſter uerò deduces eos ait: prrus ex uoluntatę diui-

diuina externè mouente: nunc quaſi internè per pœnam contrariam gratiæ internę, quæ in nouo teſtamento datur.

80 ומרמה ūmirmá ideſt & doloſitas: noſter uerò ait & doloſi: prius ex mala uoluntate doloſi doloſitas ipſa dicebantur: nunc uerò doloſi ex malitia electiuæ uirtutis ſunt.

81 אבטח eutách ideſt confidam: noſter uerò ait ſperabo: prius fidutia ſuper fide, & bona uoluntate ſundata: nunc ſpe in charitate, de qua ait B. Paulus, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris &c.

82 Addit ęditio noſtra Domine: quia prius non erat explicatum, quis eſſet ſalutis noſtræ largitor, nec ad tribunal gratię apertè ſedebat; ideo non exprimebatur Domine: nunc autem ratione dicta ponitur.

Miſerere mei domine, quoniam conculcauit.

## PSAL. LV.

*Hab. Tex. Heb.*

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter uerò in finem ait: vt ſuprà dices.

2 על יונת אלם רחכים àal ionath élem rechocim. i. ſuper colūbā mutā elōgatis: noſter uerò ait pro populo, qui à ſanctis longè factus eſt: prius columba ideſt Eccleſię ueteris prophetia de Chriſto prophetans Iudæis excecatis, & longè factis muta erat, non reſerans Chriſtum in ea incluſum: nūc autem pro Iudæis, qui à ſanctis uiris longè facti ſunt, ad fidem Chriſti conuerſis, explicat.

3 מכתם michtάm ideſt innocenter maximè depreſſus: noſter uerò ait in tutuli inſcriptione. i. quando Pilatus, cauſam mortis Chriſti ſcribens, ait I. N. R. I. quod nunc declarat; ergo ſecundum declarat primum.

4 פלשתים pelistiím: noſter verò allophili ait: prius in figura Dauid: nunc in ueritate Chriſtum in ſpiritu allophili, qui græci dicuntur idiomatis græci ratione.

5 שאפני ſceaphâni ideſt abſorbuit me: noſter uerò conculcauit me ait: prius ſimulata pietate fidem prædicantes Chriſti, & deſiderare eum mentientes, abſorbere proculdubio chatholicam fidem nitebantur: nunc, contra charitatem facientes, & prædicãtes illam, conculcant eam.

6 ילחצני ilchazéni. i. opprimet me: noſter verò tribulauit me ait: prius per tribulationem angebatur, ut pote ſine Charitate, patientiam donante, exiſtens: nunc etiam habentes eam tribulantur externè.

7 שאפו ſaaphú ideſt abſorbuerunt: noſter uerò conculcauerunt ait: ut ad 5. dices.

8 Addit æditio noſtra, me poſt conculcauerunt: prius ante aduentum Chriſti in figura conculcabant, ſed non me, qui nundum aderam, & mei ratione non conculcabant Dauid: nunc autem in perſona, & in Spiritu iam patefacto in Eccleſia, & in electiua uirtute donato, cõculcauerunt me.

9 שוררי ſcorerái ideſt inſidiatores mei: noſter uerò ait inimici mei; prius ex uoluntatis malitia: nunc ex defectu charitatis electiuæ uirtutis inimici dicũtur, quæ propria eſt teſtamento nouo.

10 לי li ideſt mihi: noſter verò ait aduerſum me: prius pręcipuè infideles in iudæos intentione bellum gerebant, quod pertingebat uſque ad Deum, cui ex conſequenti, aduerſebantur: nunc ſingulari, & præcipua intentione in Chriſtum bellum geſſerunt: & ex conſequẽti in Apoſtolos, prædicantes ipſum, exarſerunt.

11 דברו deuarò ideſt uerbum eius: noſter ueró ſermones meos ait: prius uerbum legis eius ideſt patris: nunc ſermones meos. i. Chriſti fidem magnificantes, & gratiam ideſt fauorem Dei contra charitatẽ, & operum neceſſitatem prædicantes.

12 אבטח eutách ideſt confidam noſter uerò ait ſperaui· ut ſuprà dices.

13 יעשה iàáaſce ideſt faciet: noſter uerò ait faciat: vt ſuprà dices.

14 יעצבו ieàazéuu ideſt dolore afficient: noſter uerò execrabantur ait: prius ex actu dolore afficient: nunc uerò etiam execrantur uerba.

15 עלי àalái ideſt ſuper me: noſter uerò aduerſum me ait: prius ſuper doctrina, quæ in ſuperiori parte rationis ponitur: nunc aduerſum me, qui per electiuam uirtutem in eſſe formatus ſum: ut alibi exponitur.

16 יגורו iaghúru ideſt congregabuntur: noſter uerò ait inhabitabunt: prius in una fide prætenſa congregabuntur: nunc in una ficta charitatis domo habitabunt.

17 עקבי àaceuái ideſt calcanea mea: noſter verò calcaneum meum ait: prius in plurali propter duplicem finem & corporis uidelicet, & animæ nunc in ſingulari, propter unum tantúm ſpiritualem animæ finem.

18 קוו ciuú ideſt expectauerunt noſter verò ſuſtinuerunt ait: prius per ſpem in fide fundatam: nunc ſuſtinuerunt per uitium contrarium patientiæ in charitate fundatę.

19 על און פלט למו àal áuen pallét lámo ideſt ſuper iniquitatem euaſio eorum: noſter verò pro nihilo ſaluos facies illos ait: prius uindicta, interpretando locum interrogatiuè, annuitur aſſertiuè: nunc uerò ſalus ex charitate denuntiatur illis.

20 הורד horédh ideſt deſcendere faciens: noſter uerò confringes ait: prius humiliando per execationem: nunc etiam confringes ſeparando unum ab alio per priuationem copulantis charitatis: uel ſecundũ declarat primum.

nodi

21 נדי ספרתה nodi ſapharta ideſt vagationem meam ideſt(virtutem meam in migratione exiſtentem)numeraſti:noſter uerò ait,vitam meam annuntiaui tibi: prius virtus obſeruantiæ legis,quæ per vagationem ideſt actualem motum ſignificabatur,reſpiciebatur,& itẽ peregrinationis vagatio,& reflectebatur in cauſſam liberationis à malis: nunc autem minimè illa, ſed confeſſio,qua mala pro merita fatemur , & gratiam imploramus diuinam,quæ ex oratione Chriſti in cruce facta,exauditur à Deo.

22 דמעתי dimàathí ideſt lachrymam meam:noſter uerò lachrymas meas ait: prius ratione fidei vnius amiſſæ in omnibus: nunc ratione ſcelerum in Deum factorum plures.

23 בנאדך benodhécha ideſt in vtre tuo : noſter verò in conſpectu tuo ait: prius in vtre ſpiritus Chriſti orantis pro nobis per fidem in illum: nunc per charitatem in conſpectu tuo , qui me etiam per illam dignũ exaudiri fateris, vt inquit Chriſtus, & non dico vobis, quia ego rogabo de uobis patrẽ; ipſe enim pater amat vos,quia me amaſtis &c.

24 הלא בספרתך haló beſiphrathécha ideſt nunquid in libro tuo S.ſunt : noſter verò ſicut & in promiſſione tua ait : prius dubitabat an inimici eſſent in libro uitæ nec ne : nunc autem oſtenditur quòd illi non ſunt in eo , ſed ſicut in promiſſione, comminatione facta in illos,dictum eſt,ita re ipſa perdentur.

25 אקרא ecrá ideſt vocabo: noſter uerò ait inuocauero: vt ſuprà dices.

26 זה ze ideſt hoc : noſter verò ait ecce : prius per fidem ſalus ſperabatur in hoc tempore : nunc ecce per charitatem quaſi experientia propheta ſentit illam.

27 דבר dauár ideſt verbum : noſter verò ait ſermonem: prius durum verbum legis erat , vt pote charitate priuatum : nunc dulcis eſt ſermo legis nouæ verbi per charitatem leuiti.

28 בטחתי batáchtti ideſt confiſus ſum: noſter verò ſperaui ait: prius fiducia bonæ voluntatis: nunc ſpe in charitate,quę donum eſt Spiritus ſancti,fundata.

29 יעשה iaáaſé ideſt faciet: noſter verò faciat ait: vt ſuprà dices: & in duodecima regula dictum eſt, dices.

30 עלי áalái ideſt ſuper me: noſter verò in me ait: prius ſuper me per aſſiſtentem gratiam: nunc in me per inhærentem illam.

31 Addit æditio noſtra (quæ)vt completetur ſententia.

32 הצלת hizzáltta ideſt eripere feciſti: noſter uerò eripuiſti ait:ut ſuprà dices.

33 הלא hálo ideſt nunquid: noſter verò ait &:prius erat forſan quandoque verum fidelem gratiam habiturum non cadendi, etiam impulſum: nunc autem & per donum Spiritus ſancti patenter donatum habet eã, & quia eripimur à morte æterna.

34 מדחי midéchi ideſt de expulſione mea: noſter uerò à lapſu ait: prius ab expulſione gratiæ ex propria voluntatis malitia: nunc verò à lapſu etiam actuali in peccatum.

35 להתהלך lehithhaléch ideſt ambulãdum me(diſponés):noſter verò vt placeam ait: prius per bonam voluntatem,qua diſponebamur ad operandum, placebamus Deo:nunc per quodcunque, in quo ſibi cõplacet Deus.

36 לפני liphné ideſt faciebus: noſter verò ait corã:prius in plurali faciebus dicit, vt notet duplex pactũ auxilium, & corporale videlicet, & ſpirituale à Deo: nunc autem vnum tantum ſpirituale præcipuè.

Miſerere mei quoniam in te confidit.

## PSAL. LVI.

*Hab. H.T.* 1 למנצח lamnazéach ideſt victori: noſter verò in finẽ ait: ut ſuprà dices.

taſcchéth

2 תשחת taſchéth ideſt diſperdere facies: noſter verò diſperdas ait: ut ſuprà dices.

3 מכתם michttám ideſt innocenter maximè depreſſus: noſter uerò ait in tituli inſcriptione: vt ad tertium præcedentis dicas.

4 Addit æditio noſtra Regis Iſrael: prius teſtamentum vetus ſignificatum per Saul quò ad corticem eius perſequebatur Chriſtum ſalutem ferentem ex fide, qua rectores Iſrael prędidi erant: nunc etiam Saul ea ratione, qua Rex Iſrael erat. i. præditus fide, cum hæreticis fidé prædicantibus ſeruare homines, ac perſequentibus charitatis iuſtitiam, & per eam diuinam Chriſti naturam vnde deſcendit, perſequuntur; idcirco Chriſti diuinitatem, cum Arianis coniunctus perſequitur.

5 חסיה chaſáia ideſt ſperauit: noſter uerò confidit ait: prius ſpe initiali, qua gratiam ſperamus conſequi, ſperauit: nunc confidentia ſuper ſpe illa fundata, quæ bonæ eſt voluntatis, ex charitate confidit.

6 יעבר iaàauór ideſt tranſibit: noſter verò tranſeat ait: ut ſuprà dices.

7 הוות hauóth ideſt iniquitates: noſter verò ait iniquiquitas: prius iniquitates actuales plures: nunc iniquitas peccati originalis vna.

8 אקרא ecrá ideſt vocabo: noſter verò ait clamabo: prius quaſi ex merito vocabo: nunc verò ceu ex gratia clamabo, vt exaudiar.

9 גמר gomér ideſt perficiétem: noſter verò, qui benefecit ait: prius per gratiæ collationem, vitia conſumens omnia, perficiebat: nunc verò ex Spiritus ſancti gratia benefacit.

10 עלי àalai ideſt ſuper me: noſter uerò ait mihi: prius aſſiſtens ſuper me ideſt voluntati meæ: nunc mihi benefecit, quæ ad meam perſonam attinent intimè vtilia præſtans, quæ uirtus eſt electiua in nobis.

11 ישלח iſlách ideſt mittet: noſter uerò miſit ait: vt ſuprà dices.

12 ויושעני veioſcièéni ideſt & ſaluare faciet me: noſter

uerò

verò & liberauit me ait: ſecundum eſt clarius primo.
13 Addit æditio noſtra dedit, vt compleat ſententiam deficientem, & vt etiam notet vt iam datam ei contra cóculcantes gratiam, quia in ſtatu teſtamenti noui, poſſumus abſtinere ab actu ex malitia electiuę virtutis procedente, cùm poſſimus habere gratiam, in illa parte infuſam, quod prius non poteramus.
14 סלה séla ante miſit addit textus hebræus: vt ſuprà dices.
15 ישלח iſclách ideſt mittet: noſter verò ait miſit: vt ſuprà dices.
16 Addit æditio noſtra & ante eripuit, quia per donum Spiritus ſancti, quod prius datum non erat, oſtéſus eſt Chriſtus Deus, & ita ereptus eſt.
17 בתוך bethóch ideſt in medio: noſter verò ait de medio: prius in medio quò ad humanitatem erat: nunc de medio, & quò ad diuinitatem ſurgentem non in medio exiſtentem.
18 לבאם leuaím ideſt catulorum: noſter verò ait catulo rum leonum: ſecundum declarat primum.
19 אשכבה eſceuá ideſt accubabo: noſter uerò ait dormiui: prius per bonam animi præparationẽ accubabo in futurum: nunc dormiui electiuę virtutis actu per mortem in præterito paſſam.
20 להטים lohatím ideſt (in) reſplendentibus (armis): noſter verò conturbatus ait: prius reſplendentibus, vt terrorem incuterent: nunc conturbatus ex charitate, & paſſionis immenſitate.
21 אדם Adhám ideſt hominis: noſter verò ait hominũ: prius vnius hominis in fidei ratione vna: nunc plurium in diuerſorum meritorum ratione.
22 חנית chanith ideſt lancea: noſter verò ait arma: prius in ligno crucis afflixerunt humanitatem Chriſti, & cuſpide lanceæ ferreo diuinitatem illius iniuria affecerunt: nunc arma & cuiuſcunque generis machinamenta nocendi tantùm contra diuinitatem Chriſti leuant; propterea ſunt damnati; ſi quis enim
ait

ait liber Regum peccauerit in Deum , quis orabit pro eo.

23 רשת réſceth ideſt rete:noſter verò laqueum ait:prius rete in aere falſam doctrinam contra fidem ſignificabat: nunc laqueum in terra poſitum actiuam uitam ex falſa charitate manantem ſignificat, quem, vt charitatem perderent, parauerunt.

24 הכינו hechínu ideſt parare fecerunt: noſter verò parauerunt ait: vt ſuprà dices.

25 לפעמי liphàamài ideſt greſſibus meis: noſter verò ait pedibus meis: prius greſſibus operationũ: nunc verò affectuum pedibus: vt prius in infidelitatem traherent: nunc autem in iniuſtitiam.

26 כפף caphàph ideſt incuruauit ſe: noſter verò & incuruauerunt ait: prius ex propria infirmitate in voluntate, ceu qua vnum ſumus exiſtente: nunc externè tentante &cęt.per ſpiritum malignumcontrarium ſpiritui bono.

27 לפני lephanái ideſt faciebus meis:noſter verò ait ante faciem meam: vt ſuprà dices.

28 בתוכה bethocháh ideſt in medio eius: noſter verò ait in eam: prius in medio eius per malam uoluntatem, quæ medium eius eſt: nunc autem in eam ideſt in illius electiuam virtutem, qua propriè conſtituitur ipſa in eſſe.

30 אשירה ואזמרה aſcira vaázammera ideſt cantare faciam, & pſallere faciam: noſter verò ait cantabo, & pſalmum dicam Domino: vt ſuprà dices: & pſalmum dicam Chriſti potiſſimùm victoriæ prius: nunc verò pſalmum dicam verbo pſallendo quaſi præſuppoſita victoria Chriſti, & obſeruantia legis, qua memoriam victoriæ retineam, pſalmum dicam, non quidem Deo, qua ſcriptum eſt, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine quò ad diuinitatem; verùm quò ad humanitatem Domino, in qua pietatis opera exigit à nobis, dicens, Hoc eſt pręceptum meum, vt diligatis inuicem: &, eſuriui, &

dediſtis mihi manducare.

31 עירה úúra ideſt expergiſcere te, vel ſuſcita te: noſter verò ait, exurge: prius per voluntatem diſponens te ad reſurgẽdum: nunc per electiuam uirtutem.

32 אעירה aiíra ideſt ſuſcitare faciam: noſter uerò exurgam ait: ut ſuprà dices.

33 בלאמים balleummim ideſt in (potentibus) populis ideſt regnis: noſter verò ingentibus ait: prius in potentibus populis ideſt regnis teſtans eum eſſe regem: nunc in gentibus Chriſti diuinitatem colentibus.

34 Addit æditio noſtra & ante ſuper omnem terram; quia per Spiritus ſancti donũ exaltatus eſt Chriſtus vt Deus, qui prius non erat.

Si verè.

## PSAL. LVII.

*Hab. Tex. Heb.*

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter verò ait in finem: vt ſuprà dices.

2 תשחת taſchéth ideſt diſperdes: noſter verò diſperdas ait: vt ſuprà dices.

3 מכתם michttam ideſt innocenter ſummè depreſſus: noſter verò ait in tituli inſcriptione: ſecundũ declarat primum, & vt in pſalmo 55. dices.

4 האמנם haumnám ideſt num verè: noſter uerò ait ſi verè: prius de radice uoluntatis dubitatio oriebatur, qua quis dubitabat circa dubitabilia queq;, quę munus non erant priorum patrum: nunc uerò aſſenſus electiuę virtutis ex preconſiliata voluntate per gratiam noui teſtamenti purgatus eſſe poteſt, & certus de his, quæ propria nouo teſtamento ſunt; propterea dixit prius num verè: nunc autem ſi verè, & iudicatis ſcilicet.

5 תדברון tedhabberún ideſt loquemini: noſter verò loquimini ait: vt ſuprà dices.

mescarim

6 מישרים meſcarím ideſt rectitudines : noſter verò ait rectè: prius lex rectitudinem in obſeruantia requirebat:nunc iudicium iudicandi rectum eſſe debet, vt quidem ſententia recta ſit, punitio verò cum miſeri cordia mixta.

7 תשפטו tiſcpetu ideſt iudicabitis: noſter uerò iudicate ait : vt ſuprà dices.

9 תפעלון tiphàalún ideſt operabimini: noſter verò ait operamini:vt ſuprà dices.

10 תפלסון tephallesún ideſt ponderabitis : noſter uerò ait concinnāt:prius iniuſtitias ſingulares iudiciorum ponderibus appendebant : nunc, multiplicatis peccatis, & perdurantia manuum peccata multiplicant , quod ſignificat uerbum concinnant ideſt congregant eas multiplicando.

11 רשעים reſcaiim ideſt impij : noſter uerò peccatores ait: vt ſuprà dices.

12 דברי dóuere ideſt locutores : noſter verò locuti ſunt ait: prius ex mala uoluntate locutores mendacij reprobabantur: nunc etiam actus loquendi ex mala efficaci voluntate procedens, quem poſſumus ex gratia noui teſtamenti reprimere,reprobatur pariter.

13 כזב chazáu ideſt mendacium : noſter verò ait falſa prius infidelitatis mendacium ex voluntate malum erat:nunc falſa, & hæretica etiam de ſe ſunt mala.

13 חמת chamáth ideſt ira ante ſerpentis addit text. hebræus: prius reprobabatur actus iræ ceu ſerpentis ex ueneno malitiæ propriȩ : nunc ſerpenti ſimilis eſt ob defectum charitatis manſuefacientis, quam núc habere poſſumus,& reprobatur propterea.

15 יאטם iatém ideſt obturabit ſe ideſt diſponens : noſter verò obturantis ait:vt ſuprà dices.

16 אזנו aznò ideſt aurem ſuam : noſter uerò ait aures ſuas: prius ad præſens tantùm , non ad futurum ſæculum reſpiciens , quod per aurem ſingularem ideſt ſiniſtram innuitur : nunc verò & ad præſens non reſpiciunt gratiæ oblatæ tempus : nec futurum damnatio-

nis tempus conſiderant.

17 חובר chouér ideſt congregans : noſter uerò beneficit ait : prius congregans in vnam fidem: nunc verò venefici ſuadentis mortem, propter æterna conſequenda bona.

18 חברים chauarím ideſt incantationes: noſter verò incantantis ait : prius incantantes ſpe corporalium bonorum præſentium, & futurorum : nunc æternorum ſaltem bonorum ratione.

19 הרס harós ideſt contere: noſter verò ait cõteret: prius ex zelo honoris Dei, & conſeruatione legis, & cultus eius contere hæreticorum contra fidem dentes: nunc ex charitate conteret; non ex affectu odij noſtro in eos

20 כפירים cephirím ideſt leunculorum: noſter uerò leonum ait: prius populi dentibus conterentes Chriſtianos, contra Chriſti humanitatem ferocientes: nunc leones, & dæmones, & mundi monarchæ, & cæteri populorum rectores, in Chriſti diuinitatem ferocientes, contriti ſunt.

21 נתוץ יהוה nethoz iéhoua ideſt confringe domine: noſter verò confringet Dominus ait: vt ad 19. dices.

22 ימאסו immáaſu ideſt diſſoluent ſe: noſter verò ad nihilum deuenient ait: vt ſuprà hic dices.

23 יתהלכו ithhállechu ideſt ambulabunt ſe (diſponentes): noſter verò decurrens ait: prius volun tate ſe diſponentes, ambulabunt: nunc verò actu decurrent ex pœna contra charitatem, qua currimus in bonum.

24 ידרך idróch ideſt intendet (ad dirigẽdum): noſter verò intendit ait: vt ſuprà dices.

25 חצו chizáu ideſt ſagittas ſuas : noſter verò arcum ſuũ ait: prius timoris atque iudicij : nunc arcum paſſionis ſuæ; donec uel conuerſi, infirmentur, vel obdurati puniantur.

26 יתמללו ithmolálu ideſt ſuccident ſe: noſter verò infirmentur

firmentur ait: prius per uindictam: nunc per conuerſionem, vel poſtremò, obdurantes ſe ipſos, per uindictam.

27 שבלול ſcabbelúl ideſt limax: noſter verò cera ait: prius limax mollis eſt, & facilè diſſoluit quò ad tempus, & quò ad irreuocabilem animam; propterea vltimam eorum ruinam; & quò ad corpus, & quò ad animam ſignificat: nunc quò ad corpus tantùm, quod cera, non prędita anima ſignificat, per temporalem pœnam puniendos huiuſmodi annuit, & ad inſtar ceræ poſt dureſcentes inſtaurabuntur Orientales.

28 תמס témes ideſt liqueſcendo: noſter verò quę fluit ait: ut ſuprà dices.

29 יהלך iahalóch ideſt ambulabit: noſter verò auferétur ait: prius paſſibus operum ambulando: nunc autem, à fide recedendo, auferentur.

30 נפל אשת néphel eſeeth ideſt abortiuus mulieris: noſter verò ſupercecidit ait: prius ſicut huiuſmodi definitiuo iudicio mortuus eſt, antequam ſolem videret, ita diuino iudicio ſupercecidit ignis. i. de cœlo, qui nec à nobis fieri, nec item auferri poteſt: vt ſicut per primum primitiæ morientes ob malam voluntatem, gratia, quæ eſt baptiſmi priuatam, innuuntur; ſic nunc effectus pœnæ ignis ob iras, & rixas, quę charitatis ſpiritum eneruant, ſignificatur.

31 יבינו iauínu ideſt intelligere facient: noſter verò intelligerent ait: ut ſuprà dices.

32 סירתיכם ſirothechém ideſt ſpinam veſtram: noſter uerò ſpinę veſtrę ait: prius ſpinam remorſus conſcientiæ: nunc ſpinę ideſt indurata peccata quò ad culpam; vt primum in ratione tranſgreſſionis legis ſcriptæ, & æternæ pœnæ reatus: nunc in ratione offenſionis legis charitatis, & proprię culpæ affligitur anima.

33 כמו חי chemo chái ideſt ſicut uiuentem: noſter uerò ſicut viuentes ait: prius vnum in vnitatē fidei: nunc plures in ratione multiplicis generis meriti multorum.

34 חרון charón ideſt ira(quę turbo ſimilis eſt): noſter uerò ait in ira : prius diuini furoris indiſcernente iudicio: nunc in ira vltimæ ſentĕtiæ damnationis, quæ miſericordiam ſapit.

35 ישערנו isàarénnu ideſt turbabit eum: noſter uerò ab ſorbet eos ait : prius corporaliter turbabit : nunc ſpiritualiter in anima abſorbebit.

36 חזה chazá ideſt vidit : noſter uerò viderit ait : prius corporalem: nunc ſpiritualem vindictam.

37 פעמיו peàamáu ideſt greſſus eius: noſter uerò manus ſuas ait : prius greſſus pedum effectus uolunta tis myſticè ſunt:nunc manus ideſt opera electiuæ virtu tis ſunt.

38 הרשע haraſcaá ideſt impij : noſter uerò ait peccatoris: vt ſuprà dices.

39 אלהים שפטים elohim ſchopetím ideſt iudices iudicantes: noſter verò Deus iudicās ait: prius bonam voluntatem, & remiſſionis gratiam donabāt pater, & filius rationibus diſtinctis, vt bona vo luntas à patre dabatur; de qua ait Chriſtus, Nemo pōt venire ad me, niſi pater; qui miſit me, traxerit eum, bonam in eo voluntatem ingenerans; & gratia remiſſionis peccati fiebat per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, factam:nunc uerò gratiam charitatis in baptiſmate, & in confirmationis ſacramento à patre, & filio, vt in una voluntatis eſſentia, & ab eodem à charitate deficientes, vt iudice vno rationabiliter puniuntur.

40 Addit æditio noſtra eos poſt iudicans : prius iudicans abſtracta ratione, & ſuper Chriſtum cadente, & in fidei ratione : nunc concreta ratione ob defectum concretæ charitatis nobis oblatæ, ſed ſpretæ ab illis, iudicat huiuſmodi.

Eripe me de ini. PSAL. LVIII.

*Heb. H.T.* 1 למנצח lamnazzéach ideſt victori : noſter uerò in finem ait:vt ſuprà dices.

2 אל תשחת al taſchéth.i.ne diſperdere facies: noſter uerò ne diſperdas ait: vt ſuprà dices.

3 מכתם michttám ideſt innócenter ſummè depreſſus: noſter uerò in tituli inſcriptione ait:vt ſuprà in 55.pſalmo dices.

4 וישמרו vagiſcmerú ideſt & cuſtodient: noſter verò, & cuſtodiuit ait: vt ſuprà dices.

5 אלהי elohai ideſt Dij mei: noſter verò Deus meus ait: prius ratione diſtincta: & nunc vnita ratione in eſſentia unita: vt ad trigeſimumnonum antecedentis pſalmi dictum eſt.

6 ממתקוממי mimmitccomemái ideſt ab inſurgentibus ſe mihi:noſter verò ait ab inſurgentibus in me:vt ſuprà dices.

7 הצילני hazziléni ideſt liberare fac me: noſter uerò ait libera me:prius per victoriam in eos:nunc per vacationem à perſecutione: & pater per filiũ prius: nunc per ſeipſum filius liberat.

8 הושיעני hoſciééni ideſt ſaluare fac me: noſter uerò ſalua me ait:vt ſuprà dices.

9 ארבו ereuú ideſt inſidiati ſunt: noſter uerò ait cœperunt: prius animus malus ex inſidijs oſtenſus, reprobabatur: nunc etiam actus.

10 יגורו iaghúru ideſt congregabuntur: noſter verò irruerunt ait: prius corpore, & actu:nunc malitia efficacis electiuæ virtutis interna contra charitatem, quam poterant habere,reprobantur.

11 פשעי piſcíí ideſt rebellio mea:noſter verò ait iniquitas mea:prius rebellio iu Deum ex infidelitate: nunc in proximum iniquitas contra charitatem.

12 ירצון ieruzún ideſt current: noſter verò ait cucurri: vt ſuprà dices.

13 ויכוננו veicconénu.i.& dirigent ſe:noſter verò & direxi ait: prius in plurali, & current ſe, & dirigent plures abſentia Spiritus ſancti, quæ in vnum copulat: nunc cucurri, & direxi: ergo per ſpiritum meum exiſtens in illis.

14 עורה ûúra ideſt ſuſcita te : noſter verò exurge ait : prius ad vindictam euigila : nunc reſuſcitans te, exurge.

15 לי lè ideſt ad : noſter verò ait in : prius quaſi externus per abſentiam ſpiritus ſancti: nunc per donum illius donatum in occurſum.

16 צואות zeuaóth ideſt exercituum: noſter verò ait virtutum: vt ſuprà dices.

17 הקיצה haciza ideſt euigila: noſter verò intende ait: prius euigila ad puniendum: nunc intende ad adiuuandum cùm opus fuerit.

18 אל תחן al tachón ideſt ne miſereberis : noſter verò non miſercaris ait: vt ſuprà dices.

19 סלה séla ante conuertentur addit textus hebræus: vt ſuprà dices.

20 יהמו ichemú ideſt latrabunt: noſter uerò famem patientur ait: prius latrabunt in ſigno: nunc famem patietur in cauſſa: & ſenſu clariori.

21 ככלב caccáleu ideſt vt canis : noſter verò vt canes ait: prius vnus in fide: nunc plures in ratione virtutum, ex charitate manantium.

22 יביען בפיהם iabbiùun bephihém ideſt abundabũt in ore ipſorum ideſt proferre facient: noſter verò loquentur ait : prius ex gratia iuſtificationis, confirmante voluntatem bonam, proferre facient: nunc ex electiua virtute loquentur, fidem, per confeſſionem propriam patefactam, neceſſariam ad ſalutem eſſe teſtantes.

23 חרבות charauóth ideſt gladij: noſter uerò ait & gladius: prius præceptorum gladij plures erant: nunc vnus gladius charitatis Spiritus ſancti ſignificatus per &.

24 שמע ſcoméaà ideſt audiens : noſter uerò audiuit ait: vt ſuprà: & prius in præſenti veteri teſtamento: nunc, qui nunc ſumus procellæ tempore, dicimus quis audiuit in veteri teſtamento.

25 תלעג tiláágh ideſt ſubſanabis: noſter verò ad nihilũ

deduces

deduces ait:ſecundum declarat primum.

26 עזו ùu3ó.i.fortitudinis eius: noſter verò fortitudinem meam ait: prius fortitudinis eius ideſt dęmonis, cui nihil reſiſtere poteſt: nunc fortitudinem meã, qua cum gratia reſiſtere poſſum dęmoni.

27 משגבי miſggabbi ideſt eleuatio mea: noſter verò ait ſuſceptor meus: prius vt vincam: nunc ſuſceptor,ne, etiam victus, deſperem.

28 יראני iaréni ideſt oſtendere faciet mihi: noſter uerò ait oſtendit mihi: vt ſuprà dices.

29 ב be ideſt in noſter verò ait ſuper: prius mala interna eorum in illis voluntate, & zelo iuſtitię: nunc non contra creaturam ex charitate,ſed ſuper exiſtentem malitiam in ſenſu contra Spiritus ſancti donum.

30 אל תהרגם al thaharghém ideſt ne occides eos: nr̃ verò ne occidas eos ait:ut ſuprà dices.

31 עמי àammi.i.populus meus: nr̃ uerò ait populi mei: prius unus in fide: nunc plures in meritorũ rõne.

32 הניעמו hanièémo ideſt commouere fac eos: nr̃ verò ait diſperge eos:ſecũdũ eſt declaratio primi.

33 בחילך bechelechá ideſt in fortitudine tua: noſter verò ait in virtute tua:vt ſuprà dices.

34 והורידמו vehoridhémo.i.& deſcẽdere fac eos:nr̃ uerò & depone eos ait: ſcd̃m declarat primũ.

35 מגננו maghinnénu.i.ſcutũ noſtrũ: noſter verò ait protector meus: prius in populum præcipuè bellũ gerebant antiqui, & ex conſequenti in Deum eorum; ideo dicuntur illi de populo ſcutum noſtrum: nunc verò,quia pręcipuè in Chriſtum bellantur in ſpiritu;ideo protector ait meus:& ſecundum eſt ueritas primi.

36 חטאת chattath ideſt peccatum: noſter uerò delictum ait:prius peccatum fuit ex ignorantia ſcilicet, qñ petierunt Chriſtum crucifigi; ſcio.n.inquit B. Paulus,quia p ignorantiã feciſtis, ſicut, & principes veſtri: &, ſi cognoſcent, nunquam dñm glorię crucifixiſſent: nunc verò delictũ fuit:quia de malo in peius ſp deſecerunt;nanque S. S. eos ad pœnitẽtiã uocanti, reſtiterũt.

37 דבר deuár ideſt verbum: noſter verò ſermonem ait: prius durum legis verbum erat: nunc dulcis ob promiſſionem gratiæ, quam facit, & deſiderabilis ſermo eſt.

38 וילכדו veillachedhú ideſt & capientur: noſter verò anunciabuntur ait: prius notabat uoluntaté malam veteris ſtatui legis propriam, captam, & idcirco conuerſam anunciationis actiuę principium eſſe: nunc electiuam virtutem principiũ anunciationis paſpaſſiuę propriam teſtamento nouo innuit..

39 כלה callé ideſt conſume: noſter uerò in cõſummatione ait: prius ſpiritu vindictę dicit conſume: nũc ſpiritu amoris in conſummatione ibunt ex ſe ait: item idem repetitur ſemel.

40 בחמה béchema ideſt in furore: noſter uerò ait in ira: prius in furore diſcretiui iudicij ex non ſeruata ſcripta lege: nunc in ira ſententiæ damnationis ex nom ſeruata charitate in proximum.

41 ואינימו veenémo ideſt & non ipſi: noſter uerò ait & non erunt: ſecundum declarat primum.

42 משל moſcél ideſt dominans: noſter verò dominabitur ait: prius corporaliter: nunc ſpiritualiter.

43 סלה séla poſt terræ addit textus hebræus: vt ſuprà dices.

44 יהמו iéhemu ideſt latrabunt: noſter verò ait famem patientur: :prius actus: nunc paſſio, quæ huius eſt cauſſa, exprimitur.

45 ככלב caccáleu. i. ut canis: noſter uerò ait vt canes: prius ratione fidei unius: nunc ratione charitatis plures ſingularis charitatis gradus.

46 ינועון ieniùún ideſt mouebuntur: noſter verò diſpergentur ait: ſecundum declarat primum.

47 וילינו vaialínu ideſt & hoſpitari facient: noſter verò & murmurabunt ait: prius ob ſpem, & deſideriũ doctrinæ fidei hoſpitari facient ſe ipſos in locis alienis: nunc murmurabunt ex deſiderio præmij virtutum, uti laboratores fecerunt in vinea.

48 אשיר aſcír ideſt cantare faciam: noſter verò cantabo ait: vt ſuprà dices.

49 היית haiítta ideſt fuiſti: noſter verò factus es ait: prius quò ad diuinitatem fuiſti: nunc factus es quò ad humanitatem.

50 משגב miſggâu ideſt eleuatio: noſter verò ſuſceptor ait: prius me vincere faciens: nunc, etiam uictus, non deſperans.

51 צר לי zár li ideſt anguſtia mihi: noſter uerò tribulationis ait: vt ſuprà dices.

52 עזי ùu3í ideſt fortitudo mea: noſter uerò adiutor meus ait: prius ad corporaliter adiuuandum: nunc ad ſpiritualiter vincendum.

53 משגבי miſghabbí ideſt eleuantia mea: noſter verò ſuſceptor meus ait: vt ad 51. dices.

54 אלהי חסדי elohé chaſddí ideſt Dij miſericordiæ meę: noſter verò ait Deus meus miſericordia mea: prius pater & filius erãt miſericordię fons: nunc Chriſtus conſubſtantialis patri factus eſt miſericordia mea.

Deus repuliſti nos. PSAL. LIX.

hab. 1. h. למנצח lamnazéach ideſt victori: noſter verò in finẽ ait: ut ſuprà dices.

2 על שושן àal ſuſcan ideſt ſuper roſa: noſter uerò pro his, qui commutabuntur ait: ſecundum eſt declaratio primi; quia hi, qui primitiuæ anhelant Eccleſię ſtatum, per roſam, prenuntiam æſtatis, ſignificatum, ſunt illi, qui commutabuntur.

3 עדות èedhúth ideſt teſtimoniũ ante in tituli &c. addit tex. hebręus: prius requirebatur teſtimoniũ diuinę ſcripturæ mortis, & regiæ dignitatis Chriſti: nunc pro comperto habemus illas.

4 מכתם michttám ideſt innocenter maximè depreſſus: noſter uerò in tituli inſcriptione ait: vt ad 55. pſalmum dices.

5 ללמד lelamméd ideſt ad docendum: noſter uerò in doctrinam ait: prius ad docendum ex ratione docentis veteris teſtamenti: nunc in doctrinam Chriſti,& recipientis Eccleſiæ.

6 בחצותו behazothó ideſt cùm rixaretur ipſe: noſter verò cùm ſuccēdit ait: prius doctrinis rixando, & diſputando: nunc igne diuini amoris ſuccendit

7 ארם נהרים áram naharáim ideſt aram fluuiorum: noſter verò ait Maſopotamiā: prius arā fluuiorum.i.Italiam ſponſam, quæ in medio duorum marium ſita eſt: nunc Meſopotamiam ideſt Italiam ipſam, quæ eodem incenditur ſpirituali charitatis ignes quæ Siriæ eſt aram ideſt ſponſæ Romanæ Eccleſiæ.

8 ארם צובה aram zóua.i. noſter verò ait ſobal: prius vt intelligeremus de qua regione, ſignificata per aram, intelligeret, dixit aram zóua ideſt regionem Eccleſiæ: nunc verò, quia vna eſt in medio duorū marium Eccleſiæ regio, quæ eſt Italia; ideo in noſtra æditione non dicit aram, ſed ſoba tantùm.

9 וישב vagiáſcuu ideſt & reuertetur: noſter uerò ait & conuertit: vt ſuprà dices: & ſecundum declarat primum: nam reuerſio hæc conuerſio dicitur.

10 ויך vagiách ideſt & percutiet: noſter uerò & percuſſit ait: vt ſuprà dices.

11 זנחתנו ʒenachttánu ideſt elongaſti nos: noſter verò repuliſti nos ait: prius, qui propinquus eras per fidem, elongaſti nos per infidelitatem: nunc repuliſti nos ob charitatem reiectam à nobis.

12 פרצתנו perazttánu ideſt diſperſiſti nos: noſter verò & deſtruxiſti nos ait: prius corpore diſpergendo: nunc in Spiritum ſanctum peccātes ſpiritu vindictę ſpirituale gratiæ animæ deſtruxiſti templum.

13 תשובב teſcouéu ideſt conuertes: noſter verò & miſertus es ait: prius actu conuerteris, quia miſertus es Spiritus ſancti ſemen gratiæ dando nobis.

14 הרעשתה hiràáſctta.i.tremere feciſti: nr̄ verò cōmouiſti ait: prius ex timore: nūc ex charitate.

iſci-

15 השקיתנו iſcithánu ideſt potare feciſti : noſter uerò ait potaſti nos: ut ſuprà dices .

16 תרעלה tarèelá ideſt (uino maximè) amarò : noſter uerò compunctionis ait : prius legis minantis æternam mortem : nunc commouiſti ad contritionem, & reſipiſcentiam.

17 נס nes ideſt uexillum(eleuatum inſigno): noſter uerò ait ſignificationem : prius ſignum : nunc ſignificatum exprimitur.

18 להתנוסס lechithnosés ideſt ut eleuet ſe: noſter uerò ut fugiant ait : prius ut bona uoluntate eleuaret ſe à peccato ceu unus in ea exiſtens, & pœna præſenti,& futura: noſter uerò ut actu electiuæ uirtute fugiant.

19 מפני mipené ideſt à faciebus : noſter uerò à facie ait : ut ſuprà dices.

20 קשט cóſcet ideſt ueritatis : noſter uerò ait arcus : prius ueritas diuini iudicij ſecundum merita cuiuſque oſtendebatur : nunc arcus paſſionis crucis Chriſti, qui compaſſionem in alios ex ſui compaſſione in alios docet.

21 סלה séla ante & liberentur addit tex.heb. dic ut ſuprà .

22 ועננו uaàanéni ideſt & reſponde mihi: noſter uerò ait & exaudi me, prius reſponde per fidem promittens : & nunc per charitatem tandem exaudiens.

23 בקדשו bechodſcó ideſt in ſanctitate ſua : noſter uerò in Sancto ſuo ait. ut ſuprà dices .

24 אעלזה eèlóʒa ideſt exaltabo : noſter uerò ait lætabor : prius exaltabo mentis affectu : nunc lætabor electiua uirtute.

25 מחקקי mechóceci ideſt legifer meus : noſter uerò rex meus ait : prius lege externè præcipiente gubernabat : nunc rex deſteritate charitatis regens.

26 רחצי rachzí ideſt lotionis meæ: noſter verò ſpei meæ ait:prius punitis illis,qui ꝑ Moab ſignificantur,

utetur

utetur Deus ad abluendos cæteros, uti dixerat, prius manus ſuas ideſt opera ſua lauabit in ſanguine peccatoris: nunc exemplo miſericordiæ in illos, ut, & ipſi miſericordiam conſequantur.

27 על àal ideſt ſuper: noſter verò ait in: prius ſuper idumeam, quaſi dominans flagello uindictæ: nunc in idumeam quaſi intus per charitatem ingrediens.

28 אשליך aslich ideſt proijcere faciam: noſter verò extendam ait: prius ceu in mortem patiendam contra bonum, quod corporale eſt ueteris teſtamenti: nunc extendam per charitatem exceſſiuam in mortem, quæ ſummum bonum eſt, nouo teſtamento proprium.

29 עלי פלשת התרועעי aalái peléſeth hithroáái ideſt ſuper me peliſtijm uociferare te (diſponens) me: noſter uerò ait mihi alienigenæ ſubditi ſunt: ſecundùm eſt cauſa primi, & facti doctrina; nanque per fidem ſuper me fundati, per confeſſionem peccati, & laudis uociferabuntur, ſe diſponentes.

30 זנחתנו ʒenachatánu ideſt elongaſti nos: noſter verò ait repuliſti nos: ut ad 11. dices.

31 בצבאותינו beziuothénu ideſt in exercitibus noſtris: noſter uerò in uirtutibus noſtris ait: ut ſuprà dices.

32 יבוס iaús ideſt conculcabit: noſter uerò ad nihilum deducet ait: prius conculcabit aduerſarios fide ſuorum: noſter uerò ad nihilum deducet eoſdem charitate ſuorum; nam ſicut charitas præſtat fidei; ita & reſiſtentes charitati magis puniuntur, quàm, qui reſiſtunt fidei, & item cùm charitas ſpiritualis uitæ ſit fundamentum; ita charitatis defectu ad nihilum deducet Deus.

33 צרינו zarénu ideſt anguſtia afficientes nos: noſter uerò ait tribulantes nos: ut ſuprà dices.

Exaudi

Exaudi Deus deprecationem meam.

## PSAL. LX.

hab. tex. heb. למנצח lamnazzéach ideſt uictori : noſter uerò in finem ait : vt ſuprà dices.

2 נגינת neghinátt ideſt (manuum) pulſatione : noſter uerò in hymnis ait:ut in principio pſalmi quarti dices.

2 Addit æditio noſtra pſalmus , quia uictoria conuerſionis,in charitate facta,ad ſtatum noui non ueteris teſtamenti pertinet.

4 רנתי rínathi ideſt clamorem meum : noſter verò deprecationem meam ait : prius clamor fiebat ratione tribulationis corporeæ . nunc deprecatio ob animæ miſeriam.

5 הקשיבה hacſcíua ideſt intendere fac: noſter verò ait intende : ut ſuprà dices.

6 מקצה miczé ideſt ab extremo : noſter uerò à finibus ait : prius ob extremo ratione populi hebręi : nunc uerò à finibus reſpectu populi gentilis diſpersè habitantis.

7 אקרא ecrá ideſt uocabo : noſter verò clamaui ait : prius quaſi ratione meriti : nunc uerò ut gratiam,& miſericordiam implorem.

8 בעטף baâatóph ideſt indeficiendo : noſter uerò cum anxiaretur ait : prius populus hebręus dum deficiebat , ſaluatus eſt , ut lviij. Pſalmus ait : nunc etiam dum anxiaretur gentilis populus , ſaluatus pariter eſt.

9 ירום ממני iarûm miméni ideſt exaltabit præ me : noſter uerò exaltaſti me ait : prius præ me,quaſi remotus ex defectu charitatis , nunc exaltaſti ex approximatione per illam.

10 תנחני tanchéni ideſt deduces me : noſter uerò deduxiſti me ait:vt ſuprà dices.

haiítha

11 היית haijtha ideſt fuiſti : noſter verò ait factus es prius quò ad diuinitatem æternæ fuiſti : nunc uerò per incarnationem, & paſſionem factus es.

12 מפני mipené ideſt a faciebus noſter uerò ait : à facie: ut ſuprà dices.

13 אחסה echesé ideſt ſperabo : noſter uerò protegar ait: prius quaſi ſeparatus per fidem ſine charitate: nunc quaſi coniunctus ei per charitatem, non habens actum niſi ab ipſo manantem protegar.

14 בסתר beséther ideſt in aſcõdito:noſter uerò in uela méto ait:prius in abſcondito,utvideri non poſ ſim,quòd ſi uid:rer,tutus non eſſem : nunc in uelamen to quaſi protegendi etiam uirtutem habet.

15 סלה séla ante quoniam addit tex.heb.ut ſuprà dices.

16 שמעת ſamáàtta ideſt audiſti : noſter uerò ait exaudiſti : prius audiſti per fidem: nunc per charitatem exaudiſti.

17 Addit ęditio noſtra meus poſt Deus : prius Deus uniuerſalis eras : nunc factus eſt per incarnationem meus.

18 לנדרי lindharâi ideſt uotis meis : noſter uerò orationem meam ait : ſecundum eſt declaratio primi.

19 יראי íree ideſt timentium : noſter uerò timentibus ait: prius timentium hæreditas non timentibus actu timore filiali : in charitate radicato dabatur, ſed fidelibus: nunc uerò ſolis timentibus dictis actu datur hæreditas.

20 כמו דור cemò dhor ideſt ſicut generatio : noſter verò uſque in diem generationis ait : prius regnum ſucceſſiones habebat per differentes generationes ſuccedentium regum : nunc in eodem ſtatu permanſurum oſtenditur.

21 ישב ieſcéu ideſt ſedebit : noſter uerò permanet ait: prius ſedebit quaſi iudex : nunc permanet quaſi ſeruator.

liphne

22 לפני liphne.i.faciebus : noſter uerò in conſpectu ait: ut ſuprà dices.

23 Addit ædictio noſtra eius poſt ueritatem: prius non erat eius ideſt Chriſti, qui nondum incarnatus, & factus iudex erat: nunc uerò, eſt iudex factus, eius eſt miſericordia, & ueritas iudicij.

24 מן ינצרהו man inzerûhu.i.unde ſeruabunt eum: noſter uerò quis requiret ait: prius reddebatur cauſa unde ſeruandus erat in primo aduentu: nunc uerò non redditur, ſed oſtenditur, quia in iudicio uniuerſali nullus requiret miſericordiam; tempus enim uindicandi non miſerendi uenit: nec pariter ueritatem iudicij temporalis in nocentes; quia tempus æternę uindictæ erit.

Non ne Deo ſubiecta.

## PSAL. LXI.

hab. tex heb. למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter verò in finem ait: ut ſuprà dices.

2 אך ach ideſt omnino noſter uerò ait non ne: prius hortabatur animam ob beneficia recepta: nunc ex interna charitate quaſi lætitia affectus non ne Deo &c. dicit.

3 דומיה dumigiá.i.ſilens: noſter uerò ait ſubiecta: prius ſilens: ut non rebellet: nunc ſubiecta ex charitate, & electione.

4 ישועתי iesùaathí.i.ſalus mea : noſter uerò ſalutare meum ait: prius in ratione gratiæ: nunc ſalutare in ratione ęternæ gloriæ.

5 צורי zurí.i.petra mea: noſter uerò Deus meus ait: 2. eſt ueritas primi.

6 וישועתי uiſcuàathi ideſt & ſalus mea: noſter uerò, & ſalutaris meus ait: ut ad quartum dices.

7 משגבי miſggabbì ideſt eleuatio mea: noſter uerò ſuſce-

ſuſceptor meus ait : prius ut unicè : nunc ut, etiam uictus, non deſperem ·

8 רבה rab ideſt multa ſcilicet motione : noſter uerò amplius ait : prius non multum mouebor : nunc non amplius , quaſi dicat, non mouebor omnino.

9 תוהתתו techóthethu ideſt deprauabimini: noſter uerò irruitis ait : prius mala uoluntas deprauandi : nunc etiam actus irruentis reprobatur ex gratia, operaperficiendi reiecta.

10 איש iſc ideſt uirum : noſter uerò hominem ait: prius uirtutem propriam ueteri teſtamento magnificantes : nunc hominem in ſe ipſo humilitate uilem.

11 תרצחו terazzechû ideſt interficiemini ; noſter uerò interficitis ait : prius deprauati interficiemini in anima : nunc irruentes , occiditis cęteros, interfecti prius in anima contra uerbum præcedens, uide pro hoc.

12 Addit ęditio noſtra & ante maceriæ:prius donum Spiritus ſancti, ſignificatum per &,non erat in eis,nam illo ſolo inexiſtente per gratiam baptiſmi, & fidem ſine completo dono Spiritus ſancti , ceu cemento adhærere faciente, ſeruatur maceries, quód prius ex gratia illa baptiſmi, deficiente dicta, non poterat.

13 משאתו miſétho ideſt á ſublimitate eius : noſter uerò precium meum ait : prius ex ſublimitate meriti paſſionis Chriſti conſuluerunt repellere gratiã baptiſmalem Eccleſiæ : nunc ſine gratia pręcium meũ, & meritum meum ſine gratia magnificantes , paſſionis meritum meum uoluerunt extinguere.

14 יעצו iaàazú ideſt conſuluerunt: noſter uerò cogitauerunt ait : prius ex malitia uoluntatis : nunc ex electiua uirtute , & præcogitata uoluntate cogitauerunt.

15 להריח lechaddíach.i.ad repellere faciendum: noſter uerò repellere ait : ut ſuprà hìc dices.

16 ירצו כזב irzú caȝáu. i. uolent mendacium : noſter uerò ait cucurri in ſiti: prius uolebant men dacium fidei falſæ, & fictæ ſine charitate exiſtente:nunc ego contra cucurri per obſeruantiam legis in ſiti excreſcente ſalutis æternæ.

17 יברכו ieuarechû.i.benedicent:noſter uerò benedicebant ait:ut ſuprà dices.

18 ובקרבם uúcirbbam ideſt & in intimo ſuo: noſter uerò ait, & corde ſuo: prius uoluntas eſt intimum hominis propria ueteri teſtamento: nunc corde, quod eſt electiua uirtus: uel ſecundum declarat primum.

19 יקללו iecalelú.i.maledicent: noſter uerò maledicebant ait: ut ſuprà dices.

20 סלה séla ante ueruntamen: addit tex. heb. ut ſuprà dices.

21 אך ach.i.omnino: noſter uerò ueruntamen ait: prius ex legis ſeueritate omnino: nunc mererentur offendi, ueruntamen ex charitate, &c.

22 דמי domí.i.tace: noſter uerò ſubiecta eſto: ut ad tertium dices.

23 תקותי ticuathí.i.expectatio mea: noſter verò patientia mea ait: prius expectatio per ſpem: nunc uerò patientia per charitatem.

24 אך הוא צורי ach hu zurì ideſt omnino ipſa petra mea: noſter uerò ait: quia ipſe eſt Deus meus: ſecundum eſt declaratio, & ueritas primi.

25 וישועתי uiſcuàathi ideſt & ſalus mea: noſter uerò & ſaluator meus ait: prius præſtans gratiam: nunc autem gloriam largiens.

26 משגבי miſggabbí.i.eleuatio mea: noſter uerò adiutor meus ait: prius ad corporaliter uincendū: nunc ad ſpiritaliter proficiendum.

27 לא אמוט lo emmót ideſt non mouebor: noſter uerò ait non emigrabo: prius non mouebor me per uoluntatem diſponens ratione uoluntatis

moucn-

mouentis: nunc autem ratione electiuæ uirtutis non emigrabo.

28 על אלהים àal élohim ideſt ſuper Deo: noſter verò ait in Deo: prius ſuper ceu fundatus per fidem: nunc in Deo per charitatem exiſtens.

29 צור zur ideſt petra: noſter uerò ait Deus: prius figura: nunc ueritas ſignificatur.

30 עזי ùùzi ideſt fortitudo mea: noſter uerò ait auxilij mei: prius quò ad corpus: nunc ueró quò ad animam.

31 בטחו bitchú ideſt confidite: noſter uerò ait ſperate: ut ſuprà dices.

32 בכל עת becol èeth. i. in oī tempore: noſter verò omnis congregatio ait: prius prior Eccleſiæ ſuccedentem ueteris teſtamenti generationem ad confitendum habebat: nunc prior noui teſtamenti Eccleſia in una fide congregatam cum ipſa hortatur.

33 לפניו lephanáu ideſt faciebus eius; noſter uerò ait coram illo: ut ſuprà dices.

34 לבבכם leuauchém ideſt cor ueſtrum: noſter uerò corda ueſtra ait: prius cor unum in fide una: nunc plura diuerſæ rationis meriti.

35 מחסה máesh ideſt ſpes: noſter uerò adiutor ait: prius ut liberetur à malo: nunc uerò in bonum adiutor.

36 סלה séla noſter verò in æternum ait: ut hic intelligas quid ſignificet ſela, ut ſententiam præcedentem in æternum finem, & ad æternum ſpectare teſtamentum intelligas.

37 אך ach ideſt omnino: noſter uerò ueruntamen ait: prius omnino, & ſine ulla ratione habita boni ex fidei, & bonæ uoluntatis amiſſione: nunc uerò tantis ſalutis remedijs ob oculos poſitis, quæ in proſequendum bonum propellere deberent, & charitate accendere in illud; ueruntamen &c.

38 הבל héuel ideſt uanitas: noſter uerò uani ait: prius ex mala uoluntate uanitas ipſa dicebantur: nunc

verò

uerò electiua uirtute uani.

אדם adhám ideſt hominis: noſter uerò hominum ait: prius ex fidei, quæ unum facere deberet carentia uelut lumini naturali conformis, quo homines in unum conueniunt; & unum propterea ſunt: nunc hominum ex priuatione charitatis, quæ gradus diſtinguit cuiusque.

40 כזב cazáu ideſt mendacium: noſter uerò mendaces ait: ut ſuprà hic dices.

41 איש iſc ideſt uiri: noſter uerò hominum ait: prius uirtute quacunque humana præditi dicebantur uiri: nunc hominum, qui charitate priuati ſunt.

42 לעלות laàalóth ideſt ad aſcendendum: noſter uerò ut decipiant ait: ſecundùm eſt declaratio primi.

43 המה hémma ideſt ipſi: noſter verò in idipſum ait: prius ratione ſimilitudinis priuationis fidei: nunc ex ea, quæ in unum iungere debet uidelicet charitate priuati.

42 אל תבטחו al tiutechú ideſt non confidetis: noſter uerò nolite ſperare ait: prius amore terrenorum non confidetis in illis ideſt erui à malis: nunc autem nec quidem in eis nolite ſperare ſalutem.

45 בעשק beòóſec ideſt in fraudandi arte: noſter uerò in iniquitate ait: prius in malitiæ uoluntatis arte: nunc in actibus iniquitatis ex electiua uirtute manantibus.

46 ובגזל uúghazel ideſt & in rapina: noſter uerò rapinas ait: prius rapinam in genere, quaſi illa omnino placeret: nunc ſingulares rapinas ét ex electiua uirtute procedentes.

47 אל תהבלו al tehebbálu ideſt ne euaneſcetis: noſter uerò nolite concupiſcere ait: prius reſpondebat ad pręcedens uerbum; nanque prius mala radicata uoluntas faciebat nos euaneſcere, & prauum in ſenſum trahi, nunc hoc reſpicit ſecundum: quod ex

præconciliata electiua uirtute concupiſcere minimè licet.

48 חיל, cháil ideſt ſubſtantia: noſter verò diuitiæ ait: ſecundùm declarat primum; nanque dilectis illis eiuſdem diligentis, & diuitiæ ſubſtantiæ ſunt.

49 כי ינוב ci ianúu ideſt quando fructificabit: noſter verò ſi affluant ait: prius quaſi ſi diuinitus multiplicentur, ut corda trahant ad eis fidendum, quæ trahebant, pro præmio, in ueteri teſtamento datæ: nunc cùm illas non perſequamur in præmium, ſi etiam ex ſe affluant, & ſupercreſcentiam exuberent, nolite cor apon ere.

50 אל תשיתו al taſcíthu ideſt non apponetis: noſter verò ait nolite ponere: prius actus contrarius prohibebatur: nunc etiam efficax uoluntas contraria adhibenda eſt.

51 עז òόʒ ideſt fortitudo: noſter verò poteſtas ait: prius fortitudo ad debellandum hoſtes: nunc poteſtas ad iudicandum poſtremò.

52 תשלם teſallém ideſt reddes: noſter uerò reddis ait: ut ſuprà dices.

53 לאיש leiſc ideſt uiro: noſter uerò unicuiq; ait: prius uiro de operibus præſumenti: noſter uerò unicuique non præſumenti, ſed, iuxta opera ſua.

54 במעשהו maàaſéhu. i. opus ſuum: noſter verò opera ſua ait: prius fidei unum opus erat: nunc charitatis opera plura ſunt.

Deus deus meus ad te de luce.

## PSAL. LXII.

*Heb. Tex. Heb.* 1 יהודה iehudhá ideſt iudeæ: noſter uerò idumeæ ait: prius regio, quę confitebatur Deum, fidelis uidea erat: nunc non ſufficit fides, ſed Chriſtum in Spiritu in ſacramento exiſtentem ideſt inuiſibiliter, & uiuum, & immortalem, & Deum ſub panis ſacramen-

to

to uelatum,& credi,& ſumi tantúm à laicis eſt opus:ut ad hæreditatem capſcédam aptentur;ergo,qui rubeum ſanguinem ſub uini ſacramento, ut neceſſarium ad ſalutem appetunt, non amplius de iudæa regione fidelium ſunt,ſed de idumea regione gentium : quæ etiam Chriſti humanitatem celebrant, ſed diuinitatem illius reijciunt.

2 אלי éli ideſt fortis meus: noſter verò Deus meus ait : prius fortis erat ad liberandum per fidem: nunc Deus ad ſuſtinere per Charitatem faciendum.

3 אתה attá ideſt tu : noſter verò ad te ait : prius fortitudo iſta erat iudæo non communicata ; ideo fortis meus tu : nunc autem charitate donata, qua ſuſtinere dolores poſſumus, ad ipſum per eam tendimus.

4 אשחרך aſcacharécha ideſt quęram te : noſter verò de luce uigilo ait: prius quęram quaſi manibus palpans te in aurora fidei lucis, de qua apoſtolus ait, accendentem ad Deum oportet credere, quoniam eſt, & inquirētibus ſe per bona ſcilicet opera remunerator ſit : nunc de luce gratię euangelicæ uigilo, non quaſi in nocte dormiens, ſed in die uigilo orationibus ad te aſſiſtens ; ut Chriſtus dicebat, uigilate in charitatis operibus,& orate:& B. Petrus ait uigilate in orationibus &c.

5 לך lechá ideſt tibi: noſter uerò in te ait : prius tibi aſſiſtens per fidem : nunc in te per charitatem exiſtens.

6 כמה camách ideſt deſiderauit : noſter verò quàm multipliciter ait:prius carò carnalis uno carnis appetitu ſitiebat : nunc pluribus rationibus & caro mea ſitiet ob multos defectus, à quibus libetari deſiderat.

7 ציה zigía ideſt ſiccitatis : noſter uerò deſerta ait : prius iudæi ſitierunt legem, dicentes præcipe, & faciemus, ſeruantes ob temporalia bona legem :

nunc deſerta moribus, quæ uirtutis intuitu, & pariter ex charitate fiunt.

8 וְעֵיף ucääiéph ideſt & laſſa : noſter uerò inuia ait : prius ob gratiam deficientem laſſa dicebatur : nunc inuia præceptis charitatis in cælum ducentibus, priuata.

9 בקדש baccódheſc ideſt in ſanctitate : noſter uerò in ſancto ait: vt ſuprà dices.

10 חזיתיך chaʒithícha ideſt contemplaui te: noſter uerò apparui tibi ait : prius contemplaui te per fidem: nunc apparui tibi, per charitatem, ex ſumpto ſacramento flagrans.

11 לראות liróth ideſt prouidendo : noſter verò ut uiderem ait: prius in uidendo, quæ ad humanitatem Chriſti faciunt : nunc ut uiderem, quæ ad Chriſti diuinitatem ſpectant.

12 עזך ùuʒechá ideſt fortitudinem tuam : noſter uerò uirtutem tuam ait : ut ſuprà dices.

13 Addit ęditio noſtra, & ante in nomine:nunc per charitatem,quæ prius non aderat,ſignificatam per &, in nomine tuo &c.

14 תשבע tisbbäá ideſt ſatiabitur : noſter uerò repleatur ait:ſecundum declarat primum, proculdubio nanq; illis minimè ſatiatur animalis homo, licet repleatur forſan de præſenti.

15 אם im ideſt ſi : noſter uerò ait ſic : prius quod dubiè propoſuit : nunc firmiter aſſerit,ex nunc concluſa euangelicę gratiæ doctrina,quæ legem pedagogam in Chriſtum fuiſſe teſtarur.

16 באשמרות beaſcmuróth ideſt in cuſtodijs : noſter uerò in matutinis ait:prius in cuſtodijs, & uigilijs quando ad uigilandum excitamur.i. in lege, prophetis, & pſalmis quaſi in nocte meditabor in te : nunc in matutinis illucentis gratiæ meditabor, &c.

17 ובצל uuzél.i.& in umbra : noſter verò, & in uelamento ait : prius in umbra figurarum uete-

ris legis : nunc in uelamento accidentium corporis Domini , &c.
18 תמכה tamechâ.i.ſuſtentauit:noſter uerò ſuſcepit ait: prius ne caderem : nunc autem ſuſcepit,ne cadens, deſperem.
19 לשואה leſcoá ideſt deſſolationi : noſter verò in uanum ait : prius in mala uoluntate, deſſolationi approximare faciente : nunc in uanum ex charitate mediante abſente.
20 יבקשו ieuaccſcú.i.quærent : noſter uerò quæſierunt ait : ut ſuprà dices.
21 יגירהו iagirúchu ideſt tradere facient (ſe): noſter uerò ait tradentur: prius ex mala uoluntate: nunc uerò ex electiua uirtute tradentur.
22 על ידי àal iedhé.i.ſuper manus : noſter uerò ait in manus : ut deficientes prius à fide quo ſuperſtruimur Chriſto:nunc in manus, ut charitate priuati , qua ſumus in Chriſto.
23 יתהלל ithhallél ideſt laudabit ſe ( diſponens ): noſter uerò laudabitur ait : prius ex bona uoluntate in una fidei ratione:nunc ex pluribus uirtutibus laudabuntur , ab alijs ; quia ſcriptum eſt,luceant opera uoſtra bona coram hominibus,ut glorificent patrem ueſtrum, &c.
24 הנשבע haniſchaá ideſt iuratus eſt : noſter uerò iurant ait : prius per ſeipſum iurare ſolebat ueteris teſtamenti fidelis , quaſi propria magnificanda eſſent : nunc mortui nobis per charitatem iuramus per Deum.
25 יסכר iſachér.i. obſtruetur : noſter uerò obſtructum eſt ait: ut ſuprà dices
26 שקר ſcáccer ideſt mendacium : noſter verò iniqua ait : prius contra fidem : nunc contra charitatem iniqua.

Ex Deus orationem meam cùm deprecor.

## PSAL. LXIII.

1 למנצח lamnazzéach.i.uictori: noſter uerò in finem ait : ut ſuprà dices.

2 שמע ſceemaá ideſt audi: noſter uerò exaudi ait: prius per fidem : nunc per charitatem .

3 קולי בשיחי coli beſichi ideſt uocem meam in lamentatione mea : noſter uerò orationem meam,cùm deprecor ait : qui prius priuatus erat charitate, lamentabatur, & uocem gementem exaudiri petebat: nunc , ea munitus, deprecatur , & aliquam rationem condignam,qua debeat exaudiri , explanat.

4 תצר tizzór ideſt ſeruabis: noſter uerò eripe ait : prius ſeruabis,ne cadam:nunc,ſi cecidero, eripe,ne deſperem.

5 חיי chagiíi ideſt uitas meas : noſter uerò ait animam meam : prius & corporalem, & ſpiritualem : nunc animam,corpore licet perempto.

6 תסתירני taſtiréni ideſt abſcondere facies me : noſter verò protexiſti me : ait : prius ne lædar : nunc protexiſti me,ne & ſi lædar,deſperem.

7 מסוד misod ideſt à conſilio : noſter verò à conuentu ait : prius à conſilio malæ uoluntatis : nunc à conuentu maligno , ex electiua uirtute facto.

8 מרגשת merighſcáth ideſt à tumultu : noſter verò à multitudine ait : prius à tumultu ex mala uoluntate profecto : nunc à multitudine in malum actum ab electiua uirtute procedentem, parata.

9 לשונם leſonám ideſt linguam ſuam : noſteruerò linguas ſuas ait : prius unam ratione uoluntatis malę, in qua iungunrur omnes : nunc plures ratione electiuæ uirrutis, diuerſis rationibus actus producentis ſuos.

10 חצם chizzám ideſt ſagittam ſuam: noſter uerò ar-
cum ſuum ait: prius actum per ſagittam ſignifica
tum: nunc arcum ideſt electiuam uirtutem efficaciter
malam, quæ poteſt eſſe bona, unde actus emanat per
odium charitati contrarium.

11 דבר dauár ideſt uerbum: noſter uerò ait rem: prius
uerbum amarum in ueteri lege prænunciatum
erat: nunc uerò rem in facto amariſſimam, quæ eſt
tradere Chriſtum magiſtrum ſuum.

12 תם tam ideſt perfectum: noſter uerò ait immacula-
tum, quod prius perfectum erat per mundatio-
nem à macula commiſſi delicti: nunc non abſolutę per
fectum, ſed immaculatum dicitur; nam ad perfectum
requiritur etiam charitas in bonum.

13 יחזקו iechazecú ideſt firmabunt: noſter verò firmaue
runt ait: ut ſuprà dices.

14 יספרו ieſaperú ideſt narrabunt: noſter uerò narraue
runt ait: ut ſuprà dices.

15 יחפשו iachpeſú ideſt ſcrutabuntur: noſter uerò ſcru-
tati ſunt ait: ut ſuprà dices.

16 תמנו támnu ideſt perfecerunt: noſter uerò defecerunt
ait: prius perfecerunt confitétes malignitatem
ſuam: nunc defecerunt, quia Spiritus ſanctus obſtitit
eis, ne Chriſti memoria deleretur, uti uolebant ipſi,
de terra.

17 וקרב איש uechéreu iſc ideſt & intimum uiri: no-
ſter uerò ait accedet homo: prius inti-
mum uiri, quod in ueteri teſtamento ſeruabatur ideſt
uoluntas Chriſti bona: nunc homo. i. electiua uirtus,
qua conſtituitur homo, quæ in nouo teſtamento cha-
ritate formatur.

18 עמק àammóc ideſt profundum: noſter uerò altum
ait: prius profundum in quo nihil erat; nam
proprium eſſe noſtri nihil eſt, quod uerò habebamus
eſſe, donatum eſt nobis, quod exiſtimabatur minus mi-
nimo: nunc altum eſt. i. coram Deo, qui nos eò, per pro
priam exiſtimationem adductos, exaltat.

19 וירם uagiorém ideſt & ſagittabit eos : noſter verò , & exaltabitur ait : prius ſaggittabit eos in pœnam, ut exaltetur propte rea Chriſtus ut Deus:nunc ex charĩ tate non ſagittauit eos Spiritu uindictæ, ſed ut propte rea exaltetur Deus.

20 חץ בתאם chez pithòm ideſt ſagitta repentina : noſter uerò ait ſagittæ paruulorum : prius ſagitta repentina in Chriſti humanitatem fuit, quę parum temporis nocuit ; nanq; tertia die glorioſé reſurréxit Chriſtus : nunc ſagittę paruulorum in Chriſti humanitatem , ac diuinitatem ſunt,quæ multum nocere neutiquã poſſunt,& facilè in iaculantes retorquentur, uti re ipſa hebręis contigit.

21 היו háiu ideſt fuerunt : noſter uerò factæ ſunt ait : prius fuerunt ex mala ceu eorum intentione: nunc uerò ex peruerſa ceu electione eorum, qua in eſſe conſtituimur, factę ſunt, Deo ſic contra eorum intentionem uolente.

22 ויכשילהו uagiauſcilúhu ideſt impingere facient eũ : noſter verò , & infirmatæ ſunt: primum , eſt cauſa ſecundi;nanque quia uerbis opprobrioſis impingere fecerunt in Chriſtum, infirmati ſunt, & in ultimam propterea miſeriam ab acti .

23 עלימו àalémo ideſt ſuper eos : noſter uerò contra eos ait : prius ſuper eos ex infidelitate , ex cuius contrario ſuper edificamur, quod fides eſt . nunc contra eos ex odio contra charitatem,quæ nouo teſtamento eſt propria.

24 לשונם leſconam ideſt linguam ſuam: noſter verò lin guæ eorum ait : ut ad nonum dices.

25 יתנודדו ithnodhedhú ideſt commouebunt ſe : noſter verò ait cõturbati ſunt: prius ex timore com moti : nunc ex charitatis fundamento turbati.

26 בם bam ideſt in eis : noſter uerò ait eos : prius malitiam uoluntatis in ipſis exiſtentem : nunc eos in electiuam uirtutem , qua conſtituantur ipſi in eſſe.

27 ויגידו vaiaggídhu ideſt & nunciare facient: noſter verò & anunciauerunt ait: vt ſuprà dices.

28 פעל אלהים ומעשהו páaal élohim vmaàaséhu i. opus Dei, & opus eius: noſter verò opera Dei, & facta eius ait: prius opus redemptionis, quod eſt Chriſti paſſio, qua ſeruabantur per fidem: nunc opera miraculorum, quibus diuinitas Chriſti eſt oſtenſa, & cętera opera Chriſti, ſimul cum ſacramentis charitatem pręſtantibus.

29 השכילו hiſccílu ideſt intelligere fecerunt: noſter verò intellexerunt ait: vt ſuprà dices.

30 וחסה vechaſa ideſt & ſperauit conuerſum in futurũ: noſter uerò & ſperabit ait: vt ſuprà dices.

31 ויתהללו veithhalelú ideſt & laudabunt ſe: noſter uerò & laudabuntur ait: vt ſuprà dices.

Te decet hymnus.

## PSAL. LXIIII.

heb. t. h. למנצח lamnazzéach ideſt victori: noſter uerò in finem ait: vt ſuprà dices.

2 Addit æditio noſtra Aggei Hyeremie, & Ezechielis de populo tranſmigrationis, cùm inciperent proficiſci. Re uerſio iſta cum cantico ad populum noui teſtamenti ſpiritualiter pertinet, non ad antiquum illum populũ; quia victoriam de peccatis canit, quam conſequi in veteri teſtamento minimè poteramus.

3 לך דמיה lechá dumigiá ideſt tibi ſilentium: noſter verò te decet ait: prius ex minimè lege ſeruata per impotentiam veteris ſtatus non hymnus, ſed ſilentium decebat: nunc uerò ſuper ea uti nunc poſſumus ſeruata fundatus, hymnus Deo datus, decet.

4 Addit æditio noſtra in Ieruſalem: prius non in Ieruſalem ſpirituali, ſed nunc adeptis pacem, in Ieruſalem vota reddenda ſunt à nobis.

ſcoméaà

5 שמע ſcoméaà ideſt audiens:noſter verò exaudi ait: vt ſuprà dices.

6 Addit æditio noſtra (meam) : prius enim merito proprio vero non exaudiebamur:nunc autem meam ob meritum meum addit.

7 עדיך àadhécha ideſt vſque ad te: noſter verò ad te ait: prius vſque ad te tanquam ad locum per fidem: nunc verò ad te perfruendum per charitatem.

8 יבאו iauóu ideſt venient: noſter verò veniet ait:prius venient ſecundum propria operum legis præſumpta merita, & uera iudicanda malè merita : nunc mortui mundo,& in Deo, coniuncti, uiuétes, ceu vnus ſeruandi ſunt.

9 מני ménni .i. præ me:noſter uerò ſuper nos ait : prius præ me, quia etiam poſt remedia veteris teſtamenti in peccatũ originale detenti,gratia iuſtitiæ noui teſtamenti priuati , ex infirmitate electiuæ virtutis male operabamur:nunc ſuper ſenſu noſtro,qui ſuper electiuã uirtutem fundatur, vincientia illũ faciant, vt caro concupiſcat ſemper aduerſus ſpiritum.

10 פשענו peſcaèénu ideſt rebellionibus noſtris : noſter uerò & impietatibus noſtris ait:prius quod in populo fideli erat rebellium in Deo : nunc in infideli impietas eſt,quas ex charitate Spiritus ſancti remittet.

11 תכפרם thechaperém ideſt expiabis eos:noſter verò tu propitiaberis eis ait:prius expiabis eos ſacrificio paſſionis tuę:nunc etiam propitiaberis per gratiam ſacramentorum nouæ legis.

12 אשרי áſcre ideſt beatitudines: noſter uerò ait beatus: vt ſuprà dices.

13 תבחר tiúchar ideſt eliges: noſter uerò elegiſti ait: vt ſuprà dices.

14 ותקרב vthcharéu ideſt & approximabis: noſter verò & aſſumpſiſti ait : prius approximabis per fidem,quaſi rogatus benefaciens : nunc ex charitate,curam illorum gerens,aſſumpſiſti.

15 נשבעה nisbbeáá ideſt ſatiabimur: noſter verò ait re

plebimur

plebimur: prius ratione uiſionis ſuccedentis fidei, de qua ait Dauid, ſatiabor, cùm apparuerit gloria tua: nũc etiã ex charitate replebimur bonis, de quibus dicitur, merces veſtra multa eſt in cœlo.

16 בטוב betóu ideſt in bono: noſter verò ait bonis: dic vt hìc ſuprà immediatè.

17 נוראות noraót ideſt terribilia: noſter verò mirabile ait: prius per legem ſcriptam terrorem incutiens erat: nunc per legem amoris mirabilis eſt.

18 תענגו taàanénu ideſt reſpondebis nobis: noſter verò exaudi nos ait: prius per fidem uocatus reſpondebis: nunc per charitatem exaudies.

19 ישענו iſcèénu ideſt ſalus noſtra: noſter verò ſalutaris noſter ait: vt ſuprà dices.

20 מבטח mibtách ideſt cõfidentia: noſter verò ait ſpes: prius ſuper fide, & bona uoluntate confidentia fundata erat: nunc ſuper charitate, quæ electiuæ virtutis gratia eſt, fundata ſpes dicitur.

21 רחקים rechochím ideſt diſtantium: noſter verò lõgè ait: prius perſonarum ratione ſpes ſalutis longè erat: nunc etiam locorum conſecrationis ideſt Eccleſiarum martyrum ſanguinis, & epiſcopatuum dignitatis ratione, in qbus, & ſpiritu ſancto perficimur, & ſacramento nutrimur.

22 בכחו bechochó ideſt in virtute ſua: noſter uerò in virtute tua ait: prius ſua propter prophetiam dignitate, & merito diſtinctã à uirtute illa: nunc uerò tua cui fidem, & charitatem ſubiectionis officijs præſens ſum.

23 בגבורה biguurá ideſt in præualentia corporaliter vincendi: nunc etiam corpore victis, in potentia diuina perdendi hoſtes.

24 משביח maſcbbíach ideſt compeſcere faciens: noſter uerò, qui conturbas ait: prius terrore: nunc, & compunctione contritionis ex charitate.

25 שאון ſceón ideſt tumultum: noſter uerò profundum ait: prius impetum gentium compeſcere faciebat:

bat: nunc profundum conſcientię per contritionem.
26 ימים iammím ideſt marium: noſter verò maris ait: prius marium populorum ſingularium, qui diuerſi cultu, & lege erant: nunc vnius cultus, & legis.
27 שאון ſceón ideſt tumultus altitudinem: noſter uerò ſonitum ait: ſecundum declarat primum: quia fama diffuſa furoris eorum ſonitus dicitur, & altitudo.
28 הם hem ideſt eorum: noſter uerò eius ait: vt ad 26. dices.
29 והמון לאמים vahamón leummím ideſt & tumultũ (potentum) populorum ideſt regnorum: noſter verò turbabuntur gentes ait: prius à Deo tumultus populorum potentum ideſt regnorum compeſcebatur: nunc internè turbabuntur gentes ad pœnitentiam.
30 תרנין tarnín ideſt exultare facies: noſter verò delectabis ait: prius per voluntatem: nunc delectabis actu electiuæ virtutis.
31 רבת rabbáth ideſt multum: noſter uerò multiplicaſti ait: prius materia multiplicationis diuitiarum corporalium perpendebatur: nunc actio magnifica ex charitate perpenditur, quæ circa ſpirituales diuitias exiſtit.
32 תעשרנה taàſceréna ideſt ditabis eum: noſter verò locupletare eam: dic conſequenter ad præcedentia.
33 פלג pélegh ideſt riuus: noſter verò flumen ait: prius riuus omnem aquam externè à fonte habet, ſic fides ſalutis fundamento externa eſt: nunc flumen proprium ideſt à ſuo profundo Orientem habet, ita Eccleſię ſimiles ſunt in ſapientiæ dono flumini, quę quidem ſapientia non externæ, ſed ex ſuo profundo emergit in illos.
34 תכין tachin ideſt parare facies: noſter uerò paraſti ait: vt ſuprà dices.
35 דגנם deghanám ideſt frumentum eorum: noſter uerò ci-

rò cibum illorum ait: prius Chriſtus quò ad humanitatem erat frumentum, qui dixit, niſi granum frumenti cadens in terra, &cæt. nunc cibus Euchariſtiæ paratus eſt.

36 תכינה techinéa ideſt præparabis eam: noſter uerò præparatio eius ait: prius vt principium ſalutis: nunc vt medium pręparatio eſt.

37 תלמיה telamécha ideſt ſulcos ſuos: noſter verò ait riuos eius: prius ſulcos terræ quæ poſſit ferre fructum: nunc riuos eius, qui aliis, ut fructum faciant, per Spiritus ſancti donum ſuccurrere poſſunt.

38 רוה raué ideſt inebria: noſter verò inebrians ait: prius dono Spiritus ſancti inebria: nunc hoc præſuppoſitum eſt, cùm dicit, inebrians, multiplica.

39 נחת nachéth ideſt deſcendere fac: noſter verò multiplica ait: prius deſcendere fac in nihilum oſtétationis, vt ſola gratia Dei, ſe quid eſſe cognoſcant, & fide ex inde gratia Dei uiuant: nunc verò per gratiam regenerationis orta genimina ſpiritualia multiplicari per Spiritus ſancti donum, petit.

40 ברביבים biruiuim ideſt in pluuijs vehementibus: noſter verò in ſtillicidijs ait: prius pluuijs uehementibus ideſt apertę lucis doctrinę noui teſtamenti: nunc in ſtillicidijs ſubtiliſſimarum quęſtionum, & myſticarum veteris teſtamenti relucentium doctrinarum, quæ crebris nubibus veteris teſtamenti ſapientiā noui teſtamenti aſpergunt.

41 תמוגגנה temogheghéna ideſt diſſolues eam: noſter uerò lætabitur ait: prius omnem caliginem obſcuritatis fidei diſſolues: nunc propterea lætabitur ſpiritualiter nutrita Eccleſia germinans.

42 צמחה zimcháh ideſt germinis eius: noſter uerò germinans ait: conſequenter ad uerbum pręcedēs hic dices.

43 עטרת iittártta.i.coronaſti: noſter verò coronę ait: prius coronaſti multitudine conuerſorū fidelium: nunc benedices dono Spiritus ſancti coronę &

multi-

multitudini populorum conuerſorum anni oblationis ſalutis in mundo.

44 טובתך touathécha ideſt bonitatis tuæ: noſter verò benignitatis tuæ ait: ſecundum declarat primum, & charitatis ardorem addit.

45 ומגליך vmaàggalécha ideſt & viæ tuæ: noſter verò ait & campi tui: prius vię ideſt cogitationes fidei fontes erant: nunc campi corda electiuæ virtutis ſunt, cuius munus eſt vbares fructus ferre.

46 ירעפון ıràaphún ideſt ſtillabunt: noſter verò replebuntur ait: prius ſtillabunt myſteria fidei: nũc replebuntur charitatis Spiritus ſancti dono.

47 יעטפו iaàatephú ideſt operient ſe: noſter verò ait abũdabunt: prius operient ſe frumento illo, de quo dicitur induimini Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum: nunc abundabunt corporis Domini frumento, vt vbique ſaluare animam poſſit; de quo dicitur in omni loco offertur oblatio munda.

48 ישירו iaſcíru cantabunt: noſter verò ait etenim hymnum dicent: prius cantabunt propter ſupremã gratiam, quæ ſibi promiſſa erat, obtentam: nunc verò vt à vitijs liberi omnes himnum laudis, per uniuerſum mundum (vt ſermo gręcus oſtendit) diffuſum, dicunt.

Iubilate Deo omnis terra.

## PSAL. LXV.

Heb. T.H. 1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter uerò in finem ait: vt ſuprà dices.

a Addit æditio noſtra reſurrectionis: nunc reſurrectio ad nouum teſtamentum ſpectat quatenus per ſpiritum etiam ſanctificantem facta eſt, & in nobis per charitatis donum re ipſa completa.

5 הריעו haríúu ideſt vociferari facite: noſter verò iubilate ait: vt ſuprà dices, item præceptum erat paſtoribus ſolicitare oues: nunc etiam vnuſquiſque ſe

ipſum

ipſum; nam non docebit vnuſquiſque proximum ſuum, omnes enim ſcientem &c. & prius per bonam voluntatem vociferari facite uos : nunc actu electiuæ virtutis: prius ratione potentię diuinę erga hoſtes: nunc ratione hoſtium internorum proſtratorum, iubilate.

4 כבוד cheuód ideſt gloriam ante nomini eius addit textus hebręus: prius in effectibus glorioſis nomini Chriſti dabatur gloria, quæ Chriſti humanitas eſt, vt mulier eſt gloria viri : nunc pſalmum dicere debemus nomini eius ideſt Chriſti quò ad diuinitatem; vt in Deo omnis laus noſtra ſit ſita: non in nobis.

5 שימו símu ideſt ponite: noſter verò date ait : prius ponite manibus: nunc date lingua.

6 Addit æditio noſtra Domine poſt opera tua: prius nõ erat manifeſtus Chriſtus quò ad diuinitatem operans: nunc incarnatus viſibilis & nominabilis factus eſt.

7 עזך ùuʒechá ideſt fortitudinis tuę: noſter verò ait virtutis tuæ: vt ſuprà dices.

8 ישתחוו iſcttachauú ideſt incuruabunt ſe: noſter verò ait adoret : prius corpore & ſingulari uirtute naturali cuiquam cõceſſa, quę perpendebatur prius: nunc animo non in ſingulari, ut minimè proprijs teſtamento nouo.

9 ויזמרו viʒammerú ideſt & pſallent : noſter verò ait & pſallat: vt ſuprà hic dices.

10 יזמרו ieʒammerú ideſt pſallent : noſter verò pſalmum dicant ait: prius pſallent proprio dictatu: nunc pſalmum dicat à Spiritu ſancto dictatum: & ut ſuprà hic dices.

11 סלה séla ante uenite addit textus hebræus : vt ſuprà dices.

12 לכו lechú ideſt ite: noſter verò ait uenite: prius operibus legis. ite dicebat ad gratiã noui teſtamenti: nunc affectibus charitatis uenite.

13 עלילה àalilà ideſt opere : noſter verò in conſilijs : prius opus externum veteri teſtamento proprium erat: nunc in conſilijs cõtra conſilia electiuę vir

tutis:

tutis filiorum hominum.

14 אדם Adhám ideſt hominis:noſter verò hominum ait: vt ſuprà dices.

15 בגבורתו bigguúratho ideſt in prȩualentia eius : noſter verò ait in virtute ſua:prius quò ad corpus: nunc quò ad animam virtute.

16 בגוים baggoím ideſt in gentibus : noſter verò ait ſuper gentes:prius in intimo voluntatis reſpiciebat, vtpote, quæ propria, ſeu bona, vel mala, exiſtit veteri teſtamento : nunc ſuper gentes, quȩ ſenſu ducuntur affectus interioris ſenſus ſit à Spiritu ſancto reformatus nec ne, quod proprium eſt teſtamento nouo: & dicitur ſuper ratione fidei diuinitatis Chriſti ſuper ſtructȩ ſenſui, charitate illius accenſo.

17 תצפינה tizpéna ideſt contemplabuntur: noſter uerò reſpiciunt ait : prius per intellectum internè:nunc etiam in aſſumpta humanitate per inſtrumenta oculorum corporalia reſpiciunt.

18 אל ירימו al iarúmu ideſt nō eleuare faciēt: noſter uerò ait non exaltentur: vt ſuprà dices.

19 למו lamo ideſt ſemetipſos: noſter uerò ait in ſemetipſis:conſequenter vt ſuprà dices: & prius externe, & externa, ac corporali ratione:nunc uerò interna, & ſpirituali ratione animȩ.

28 סלה séla ante benedicite addit textus hebræus: vt ſuprà dices.

21 עמים àammím ideſt populi : noſter uerò ait gentes : prius populi parui pro beneficiis paruis ſtatui eorum decentibus : nunc gentes magnæ pro beneficijs magnis.

22 והשמיעו vehaſcmiúu ideſt & audire facite : noſter verò, & auditam facite ait: prius manibus audire facite ſecundum veteris legis ſtatum, qui proculdubio in legis obſeruantia externa ſeruari credebatur: nunc auditam facite per Euangelium prædicatum vocem laudis Euangelij eius, in qua ſeruari nimirùm poteſtis.

naphſcénu

23 נפשׁנו naphſcénu ideſt animas noſtras : noſter verò ait,animam meam:prius noſtram, qui in legis obſeruantia diuerſi eramus:nunc meam,qui,ab ea diſce dens, in fide, iungente nos in vnum,ad Chriſtum tranſiui:uel prius fide noſtra,qua in unũ conuertimur:nunc mea per charitatem , qua ab alijs ſe iungo eam , & in mei dominium ſubdo.

24 בחיים baccaggím ideſt in uitis : noſter uerò ad vitam ait:prius in vitis fidei, & obſeruantiæ legis exiſtentes,& obſeruantia prꝗceptorum legis in vitis diuerſorum beatitudinis graduum : nunc per charitatem ad illam æternam diuinitatis participationem, & vnicam vitam diſponens.

25 רגלנו raghlénu ideſt pedes noſtros : noſter verò ait pedes meos: vt ad 23.dices.

26 צרפתנו zeraphttánu ideſt purificaſti nos: noſter verò ait igne nos examinaſti: prius per tribulationé à maculis eo miſſi delicti nos purificaſti : nunc per caſdem charitatem in nobis probaſti.

27 כצרף cizróph ideſt ſicut purificare : noſter verò ſicut examinatur ait: ex diuerſa phraſi hebrꝗa, & latina hæc diuerſitas.

28 במצודה bammezudhá ideſt in rete : noſter uerò ait in laqueum : prius in rete falſæ doctrinæ : nunc in terrenarum cogitationum laqueum.

29 במתנינו bemothnénu ideſt in lumbis noſtris: noſter verò ait in dorſo nr̃o:prius internis in carne: nũc ea ſedata, in dorſo nr̃o externarũ tribulationũ.

30 הרכבת hirecáutta ideſt equitare feciſti: noſter verò impoſuiſti ait : ſecundum declarat primum, & veritas eius eſt.

31 אנושׁ enóſc.i.hominé: noſter verò homines ait: prius dæmonem, de quò dicitur, inimicus homo ſuperſeminauit, & unũ in mala voluntate:nunc homines plures in electiua virtute,& proprio ſenſu, & diuerſa inuentione ſaluandi ſeruientes.

32 לראשׁנו leroſcénu ideſt capiti noſtro : noſter verò

 ait

ait ſuper capita noſtra : prius uoluntati fidei ratione in qua in vnum coniungimur:nunc ſuper electiua virtute, in qua multiplicamur, vt corporaliter affligi,& ſingulariter,ualeamus.

33 באנו bánu ideſt venimus: noſter uerò trāſiuimus ait: prius per bonam voluntatem, & fidem venimus iu ignem,diſponentes nos pati: ſed nunc charitate,quę donum Spiritus ſancti eſt, immaculato calle per illam tranſiuimus.

34 ותוציאנו vattoziénu ideſt & egredi facies nos: noſter verò ait & eduxiſti nos:vt ſuprà dices.

35 בצר bazár ideſt in anguſtia:noſter uerò ait in tribulatione: vt ſuprà dices.

36 אעלה לך áâale lach ideſt aſcendere faciam tibi: noſter verò ait offeram tibi: vt ſuprà dices.

37 אעשה eèesé ideſt faciam: nr̄ uerò ait offeram: ſecundum declarat primum.

38 סלה ſéla ideſt ante venite addit textus hebræus : vt ſuprà dices.

39 לכו léchu ideſt ite: noſter verò ait venite: vt ſuprà dices.

40 אשר aſcér ideſt quæ : noſter verò ait quanta : prius quæ, potentiam diuinam pandentia, ad confirmādam fidem fecit, & in tutelam corporum ſattagebat: nunc quanta, libramento charitatis maximè ponderanda,ut confirmemur in charitate , fecit.

41 קראתי charáthi .i. vocaui: noſter verò ait clamaui : prius quaſi ex ꝓprijs meritis recipere ſperās bona, vocaui: nunc clamaui gratiā diuinā implorans.

42 ורומם veromám ideſt & exaltatus eſt: noſter verò, & exaltaui ait: prius quod in Chriſto exaltatione dignum eſt: nunc quaſi exaltatum probaui, & ceu ex propria dignitate,& merito exaltaui, in me reipſa complens illud.

43 לא ישמע lo iſemaá ideſt non audiet: noſter verò ait non exaudiet: vt ſuprà dices.

44 שמע ſcamaá ideſt audiuit : noſter verò exaudiuit ait:

ait: vt ſuprà dices.

45 הקשיב hicceſciu ideſt attendere fecit: noſter verò & attendit ait: ut ſuprà dices.

46 הסיר heſír ideſt nõ remouere fecit: noſter uerò amo uit ait: ut ſuprà dices.

Deus miſereatur noſtri.

## PSAL. LXVI.

hab. tex. heb. למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter verò in finem ait: ut ſuprà dices.

בנגינות binghinóth ideſt in (manum) pulſationibus: noſter uerò ait in hymnis: vt ad ſecundum quarti pſalmi dices.

3 Addit æditio noſtra Dauid: prius ſecundùm gratiam veteris teſtamenti, non conueniebat Dauid ideſt ſæcularium ſtatui huic: nunc autem, quod in hoc explicandũ eſt, conuenit.

4 יחננו iechonénu ideſt miſerebitur noſtri: noſter verò miſereatur noſtri ait: prius ex defectu optatiui utebantur antiqui indicatiuo pro eo: in noſtra autem æditione exprimitur illud.

5 ויברכנו viuarechénu. i. & benedicet nos: noſter verò ait & benedicat nobis: vt ſuprà dices.

6 יאר iaér ideſt illuminare faciet: noſter verò ait illuminet: vt ad quartum dices.

7 פניו panáu ideſt facies ſuas: noſter uerò vultum ſuũ ait: ut ſuprà dices.

8 אתנו ittánu ideſt nobiſcum: noſter verò ait ſuper nos: prius ſecundum humanitatem nobiſcum exiſtens: nunc quo ad diuinitatem ſuper nos præſidens.

9 סלה séla poſt ſuper nos addit textus hebræus: vt ſuprà dices.

10 Addit æditio noſtra, & miſereatur noſtri: prius non dabatur locus miſericordiæ in vltimo vniuerſali iudicio, ſed ſeueritatis legis iudicandi deficientes poſt ba-

ptiſmum : nunc autem per opera miſericordiæ datur.

11 לדעת ladhááath ideſt ad cognoſcendum:noſter verò ait ut cognoſcamus:ſecundum declarat primũ.

12 ישועתך ieſcuáathécha ideſt ſalutem tuam:noſter verò ſalutare tuum ait:vt ſuprà dices.

13 יודוך iodhúcha ideſt confitebuntur tibi : noſter verò confiteantur tibi ait:vt ad quartum dices.

14 ישמחו íſmachu ideſt lætabuntur:noſter verò ait lętẽtur: vt pariter ad quartum dices.

15 וירננו viranenú ideſt & exultabunt: noſter verò ait & exultent: vt item ad quartum dices.

16 לאמים leummim ideſt(potentes)populi ſcilicet Regna:noſter verò ait gentes:prius corpore:nũc animo excellentes venerantur.

17 תשפט tiſpót ideſt iudicabis : noſter uerò ait iudicas: vt ſuprà dices.

18 מישור miſcór ideſt ex rectitudine: noſter uerò ait in æquitate: prius ſecundum ſeueritatem legis: nunc in æquitate, quæ diuinam miſericordiam ſapit, iudicat.

19 ולאמים vleummím ideſt & populi(potentes)ideſt regna : noſter uerò ait & gentes:vt ad decimũſextum dices.

20 תנחם tanchém ideſt ducere facies eos:noſter verò dirigis ait: vt ſuprà dices : & prius ut iumentum: nunc uerò ut homines ,iuſtitia baptiſmali factos, dirigis.

21 סלה séla ante confiteantur addit textus hebræus: dic ut ſuprà.

22 יודוך iodhúcha ideſt confitebuntur : noſter verò ait confiteantur:vt ad quartum dices.

23 יברכנו ieuarechénu ideſt benedicet nos: noſter verò ait benedicat nos:vt ſuprà dices.

24 וייראו veiireú ideſt & timebunt : noſter verò & metuant ait: vt ſuprà dices.

Exurgat Deus.

## PSAL. LXVII.

*Hab. T.H.* למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter uerò in finé ait: prius Chriſto dedicabantur pſalmi, ut veteris teſtamenti fini: nunc verò in finem æternæ vitæ, in quem poſita in pſalmo inducunt.

2 לדוד ledauid ideſt ipſi Dauid: noſter verò ait Dauid: prius Chriſto vince nti dedicabatur pſalmodia: nunc etiam Dauid, qui, ad nouum teſtamentum pertinués, victoriam obtinuit ſpiritualem: quam prius de lege communi minimè poterat.

3 יקום iacúm ideſt ſurget: noſter verò ait exurgat: prius ſurgat ceu à ſomno, quaſi proſtraturus corporaliter hoſtes: nunc exurgat à morte debellaturus ſpiritualiter hoſtes

4 יפוצו iaphúzu ideſt diſpergentur: noſter verò & diſſipentur ait: prius corpore: nűc animo diſſipent.

5 וינוסו veianúſu ideſt fugient: noſter verò ait, & fugiant: ut ſuprà dices.

6 משנאיו meſaneáu ideſt odio habentes eum: noſter verò ait qui oderunt eum: ſecundű declarat primű, qđ factű eſt; nanq; punitio eſt rõne peccati ꝑteriti.

7 מפניו mipanáu. i. à faciebus eius: noſter verò à facie eius ait: prius ratione corporalis vindictæ, & ſpiritualis: nunc ſpiritualis ratione tantùm.

8 תנדף thinddóph ideſt propelles: noſter verò ait deficit: prius propellebantur:¦ nunc etiam deficiunt in totum.

9 מבני mipené ideſt à faciebus: noſter verò ait à facie: vt ſuprà dices.

10 יאבדו iouedhú ideſt peribunt: noſter verò ait pereãt: vt ſuprà dices.

11 רשעים reſcaiím ideſt impij: noſter verò peccatoris ait: vt ſuprà dices.

12 מפני mipené ideſt à faciebus: noſter uerò ait à facie: vt ſuprà dices.

13 ישמחו íſmechu ideſt lętabuntur: noſter uerò ait epu
lentur: prius lætabuntur in præmium fidei, &
bonę uoluntatis affectus per gratiam iuſtificationis, in
baptiſmo ſuſceptam: nunc uerò epulentur ait corpo-
ris Chriſti ſacramento cibati, in præmium charitatis
Spiritus ſancti.

14 יעלצו iaàalzú ideſt exultabũt: noſter verò ait & exul
tent: vt ſuprà dices.

15 וישישו veiaſíſu ideſt & gaudebunt: noſter verò & de
lectẽtur ait: prius ex bona voluntate: nunc ve
rò per Spiritus ſancti donum.

16 סלו ſálu.i.exaltate: noſter uerò iter facite ait: prius
propter fidem plantandam: nunc iter facite per
Spiritum ſanctum donandum.

17 לרכב larochéu .i. equitanti: noſter verò ei qui aſcen
dit ait: ſecundum declarat primum.

18 ביה beiáh ideſt in Domino: noſter uerò ait dominus:
prius quò ad humanitatem cœleſtis factus, vt dici
tur primus homo de terra terrenus: & ſecundus ho-
mo de cœlo cœleſtis: in eo eſt nomen diuinitatem ſo-
nans, ideſt diuinitas in eo oſtenditur: nunc ſuper cœ-
los quò ad diuinitatem oſtenſus eſt; quia ipſe eſt cuius
nomen Dominus eſt, qui Chriſtum quò ad diuinita-
tem ſignificat.

19 ועלזו veiilzú ideſt & exultate: noſter uerò exultate
ait: prius in vno ſpiritu ob pœnam infligendã
malis, cuius ratione exultare licebat prius: nunc ex Spi
ritus ſancti dono non licet, ſed compati eſt neceſſe.

20 לפניו lephaníu ideſt faciebus eius: noſter verò ait in
conſpectu ẽius: ut ſuprà dices.

21 Addit æditio noſtra turbabuntur à facie eius: nunc il-
lud ponit, ut oſtendat, non nunc exultandum, ſed cõmo
uendum à facie Dei, ex pœna ſpirituali eis inflicta.

22 קדשו cádhſco ideſt ſanctitatis ſuę: noſter uerò ait ſan
cto ſuo: vt ſuprà dices.

23 יחידים iechidhém ideſt vnicos ſuos: noſter verò ait
vnius moris: ſecundum declarat primum.

bacco-

24 בכושרות baccoſcaróth ideſt in compedibus: noſter verò in fortitudine ait: prius in cōpedibus legis: nunc verò in fortitudine fidei iuſtificantis ait.

25 אך ach ideſt verūtamē: noſter verò ait ſimiliter: prius veruntamen declarabat ducēdos in compendibus prius dictos in ſiccitatem ducendos: nunc in commendationem gratiæ, & ipſi in ſalutem, & libertatem ſpiritus ducuntur.

26 סוררים ſorerím ideſt rebelles: noſter verò qui exaſperant ait: ſecundum declarat primum.

27 שכנו ſcachenú ideſt habitauerunt: noſter verò ait habitant: ut ſuprà dices.

28 צחיחה zechichá ideſt in ſicco: noſter uerò ait in ſepulchris: prius in ſicco, humore gratiæ priuato: nunc in ſepulchris conſuetudine praua peccandi.

29 לפני liphné ideſt faciebus: noſter verò ait in conſpectu: ut ſuprà dices.

30 בצעדך bezaàáddecha deſt in deambulando te: noſter verò ait cum pertranſires: prius per obſeruantiam legis: nunc per charitatem ad terram promiſſionis ducentem.

31 בישימון biſcimón ideſt in deſolatione: noſter uerò ait in deſerto: prius in lege, quæ ad ruinam deſolationis ducebat: nunc in deſertomoribus.i. in ſtatum gentium; vnde ad ſperandam ſalutem neceſſario in aliud ducebat.

32 סלה séla ante terra addit tex. hebræus: ut ſuprà dices.

33 רעשה raàáſca ideſt tremuit: noſter verò ait mota eſt: prius timore: nunc amore, & compunctione.

34 מפני mipené ideſt à faciebus: noſter verò ait à facie: vt ſuprà dices.

35 זה סיני ze ſinái ideſt iſto ſinai: noſter uerò ait ſinai: duo ſinai ſunt: prius præſens iſte corporeus: nunc item ſpiritualis eſt ſinai.

36 מפני mipené ideſt à faciebus: noſter verò à facie: ut ſuprà dices.

37 אלהים אלהי élohim élohe ideſt Deorum Deorū: noſter verò ait Dei: nunc tollitur error, qui poſſet adeſſe in Deorum Deorum, quaſi eſſent plures Dij: c m ſemel dicit Dei Iſrael.

38 נדבות nedhauóth ideſt voluntatum: noſter verò voluntariam ait: prius lex erat pluuia uoluntatū hebræorum, quam petierunt à Deo: nunc lex Chriſtiana voluntaria eſt; nam libertatem parit.

39 תניף taníph ideſt eleuare facies: noſter uerò ſegregabis ait: prius eleuare facies, adimplens legem, & tollēs eam à mundo propter hæreditatem noſtram ſaluandam: nunc verò pluuiam legis Spiritus ſancti ſegregabis hæreditati tuę: ut per eam ſaluetur.

40 ונלאה vénila ideſt & laxata eſt: noſter verò ait & infirmata eſt: prius corpore: nunc animi virtute.

41 כוננתה chonnttáha. i. præparaſti eā: noſter uerò ait perfeciſti eā: prius ei bonā uolūtatem dando; nunc perfeciſti, dono Spiritus ſancti roborando eam.

42 תכין tachín ideſt parare facies: noſter veròparaſti ait: vt ſuprà dices.

43 בטובתך betouathechá ideſt in bonitate tua: noſter verò ait in dulcedine tua: prius in bonitate voluntatis bonæ, vel iuſtitię baptiſmalis: nunc in Spiritus ſancti charitatis dulcedine.

44 אמר ómer ideſt eloquium: noſter verò ait verbum: nunc verbum noui eloquium dulce veteris teſtamenti erat.

45 צבא רב zaua ráu ideſt exercitui magno: noſter verò ait virtute multa: prius exercitibus copioſis fiebant victoriæ: nunc in uirtute pacientię multa vincimus.

46 מלכי צבאות malché zeuaóth. i. reges exercituū: nr̄ verò ait rex uirtutū: prius reges exercituum dęmones: nunc rex uirtutum pater dilecti Chriſti quò ad humanitatem: dilecti pariter quò ad diuinitatem, vt in pſalmo dices.

iddodún

47 ידדון ידדון iddodún iddodún ideſt uagabunt uagabuntur: noſter uerò ait delicti dilecti: prius per apoſtolos uagabant à facie Dei, & mundi dæmones: nunc dilecti pariter quò ad diuinitatem, qua á facie Chriſti ut Dei proiecti ſunt.

48 תחלק שלל techallée ſcalál ideſt diuidet ſpolium: noſter uerò ait diuidere ſpolia: prius unum in fide ſpolium erat: nunc plura ſecundum diuerſitatem gradus uirtutum.

49 אם תשכבון im tiſeceuún. i. ſi cubabitis: nr̃ uerò ſi dormiatis ait: ut in tertio pſal. dices.

50 שפתים ſephattáim ideſt locos caliginoſos: noſter uerò ait cleros: prius bona promiſſa in veteri teſtamento caligine quadam oculos intellectus obducebant: nunc inter ſortem veteris teſtamenti, & noui, quæ ſpiritualis eſt, in veteri teſtamento adombrata, atque promiſſa.

51 כנפי canphé ideſt alæ: noſter verò ait pœnæ: prius alę fidei, & ſpei erant, nunc pęne virtutum ex fide eduntur, quæ per dilectionem operatur.

52 ואברתיה ueeurothèha ideſt & alę eius: noſter uerò poſteriora dorſi eius ait: prius alæ timoris, & ſpei in obſeruantia legis fundatæ: nunc poſteriora dorſi eius ideſt bonę uoluntatis & fidei in Chriſti paſſione fundatæ, quæ poſteriora virium animæ ſunt, quibus onus legis portabant partes.

53 בירקרק biracrác ideſt in uiridi (auro. i. obrizo): nr̃ verò in pallore ait: 2. eſt declaratio primi.

54 בפרש bephares. i. in deſpergendo: noſter uerò dum diſcernit ait: prius diſpergebat uindicta: nunc diſcernit purgans eos Charitate, qui diſperguntur.

55 שדי ſcaddái. i. ſufficiens (bonum): noſter uerò ait cœleſtis, ſecundum declarat primum.

56 בה báha ideſt in ea: noſter uerò ſuper eam ait: prius in uoluntate, quæ eſt intra nos, & per charitatem in nos ingreſſus: nunc ſuper eam; donum eſt ſapientiæ diuinitatis Chriſti in ſenſu donans, qui

ſuper

ſuper electiuam eſt, illam mouens.

57 תשלג taſclegh ideſt ningere facies: noſter verò niue de albabuntur: prius pater per filium: nunc Eccleſiæ uirtutes omnes.

58 גבננים gau u i n ideſt excelſos (ſuper hinc inde humiliatos): noſter uerò ait coagulatos: prius prælati Eccleſiæ charitate celſiores cæteris oſtendebantur: nunc & Spritu ſapientiæ coagulati, cum alijs æquales apparent.

59 תרצדון terazzedhún ideſt humlliabitis uos: noſter uerò ait ſuſpicamini: prius ut quid humiliabimini uos: qui eſtis montes celſitudine fidei, & charitate, celebres: montes ſcilicet ſuper montem, de quo ſubiungit ſermonem: nunc uerò qua ratione, timore concuſſi, quid mali ſuſpicamini præ inuidia contra montes coagulatos, & proceres Eccleſiæ ſapientia, & charitate humiles.

60 גבננים gaununím ideſt excelſos (ſuper hinc hinde humiliatos): noſter uerò coagulatos ait: ut ad quinquageſimum octauum dices.

61 חמד chamádh ideſt deſiderauit: noſter uerò ait in quo beneplacitum eſt: prius mons iſte deſideratus eſt à Deo, ut eſſet in mundo, & bonam uoluntatem donaret ei: nunc per Spiritum ſanctum in ipſum beneplacitum eſt Deo.

62 לנצח lanézach ideſt æterno (fini): noſter uerò in finem ait: prius per fidem appropinquabamus fini: nunc per charitatem ingredimur illum, & ducimur pariter in illum.

63 שנאן ſcinath ideſt (angelorum) iterantium (laudem): noſter uerò ait lætantium: prius ſoli angeli laudem decenter iterare poterant ex ſimpliciſſima puritate eorum: nunc laus datur etiam à credentibus, lætantibus tot exiſtentibus, qui puri ſunt in ea.

64 סיני ſinái ideſt ſinai: noſter verò ait in ſinai: prius ſinai ideſt mortificationis ſpinoſæ & crucis Chriſti erat habitaculum Dei, qui habitabat in Chriſto per

paſſio-

paſſionem, & Deus ipſe, per communicationem idiomatum ſic dictus erat: nunc autem in mortificatione Chriſti Spiritu ſancto mortificante per Charitatem, exiſtit Chriſtianus, qui ad nouum teſtamentum pertinet; de quo ait apoſtolus, ſi Spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.

65 בקדש bacódheſc ideſt in ſanctitate: noſter uerò ait in ſancto: ut ſuprà dices.

66 באדם baadhám ideſt in homine: noſter uerò in hominibus ait: prius unus in fide: & culpa erat: nunc plures in ratione diuerſi meriti per noui teſtamẽti iuſtitiam:

67 סוררים ſorerim ideſt rebelles: noſter verò non credentes ait: prius ex mala uoluntate rebelles erant: nunc non credentes, ſed bonam uoluntatem habentes.

68 יה iah ideſt dominum: noſter uerò habet Dominum: ſecundùm exprimit primum nanque Chriſtus quò ad diuinitatem, & humanitatem ſignificatur per iah.

69 יעמס iaàamós ideſt onerabit: noſter uerò proſperum iter faciet: prius onerabit legis & fidei iugo ſalutem afferente nobis: nunc proſperum iter faciet donum Spiritus ſancti præſtans, quo iugum meum (ait Chriſtus) ſuaue eſt, & onus meum leue.

70 ישועתנו ieſcuàathenu ideſt ſalutis noſtræ: noſter uerò ait ſalutarium noſtrorum: prius ſalutis gratiæ: nunc ſalutarium noſtrorum, quæ ab omnibus periculis ſeruant, in uitam æternam ducentia.

71 סלה ſéla ante Deus noſter addit tex. heb. ut ſuprà dices.

72 למושעות lemoſcaòóth ideſt ſalutibus: noſter uerò ſaluos faciendi ait: prius confeſſio ſalutum plurium, & corporalis, & ſpiritualis gratię: nunc unius ideſt gloriæ ſalus.

73 ימחץ imcház ideſt transffiget: noſter uerò ait confringet: prius transfinget gladius dei, nanque iudican-

dicantur, quia non credunt: nunc autem confringet, quia non exercuerunt ſe in plurium obſeruantia, cultus uidelicet, & præceptorum legis; unde plura pœnarum genera ſentient.

74 ראש roſc ideſt caput: noſter verò ait capita: prius unũ in ſuperbia, quæ caput eſt omnium petcatorum generum: nunc capita, quę mortalia, & capitalia ſeptem ſunt.

75 מתהלך mithhalléth ideſt ambulantem ſe: noſter verò per ambulantium ait: prius per malam voluntatem ad ambulandum ſe diſponebant: nunc per actum etiam ambulanté ab electiua uirtute manantẽ ceu à pluribus ideſt in propria cuiuſq; ratione.

76 אשיב aſcíu ideſt conuertere faciam: noſter uerò conuertam ait ut ſuprà dices: idem repetitur ſemel.

77 ממצלות mimezulóth ideſt de profundis: noſter uerò in profundo ait: prius deprofundis miſerię culpæ: nunc in profundum pœnæ per pœnitentiam.

78 תמחץ timcház ideſt intinget: noſter uerò ait intinguatur: prius uoluntas intingebat: nunc finis ex charitate actus intinctionis illius, ab electiua uirtute manans, qui per intinguatur in ſanguine, ponitur.

79 הליכותיך halichothécha ideſt itinera tua: noſter verò ait ingreſſus tuos: prius itinera operum: nunc ingreſſus miſerijs plenos uiderunt: idem repetitur ſemel.

80 בקדש baccódeſc ideſt in ſanctitate: noſter uerò in ſancto ait: ut ſuprà dices.

81 שרים ſcarim ideſt cantores: noſter uerò ait principes: ſecundùm declarat qui cantores erant.

82 אחר achár ideſt poſt: noſter uerò ait coniuncti: prius diſiuncti erant ratione dignitatis, & diſcernentis charitatis diſcretæ: nunc ſapientia diuina coniuncti ſunt, & ceu æquales degentes ſimul.

noghením

83 נגנים noghením ideſt (manu) pulſantes : noſter verò ait pſallentibus : prius opus conſiderabatur per manuum pulſationem ſignificatum : nunc ex ſpiritu ſapientiæ uictorias Chriſti laudamus in nobis factas.

84 ממקור mimmecór ideſt de uena (indeficiente) : noſter uerò ait defontibus : prius vnus per baptiſmum fons, & vnum teſtamentum vetus erat : nunc plures donorum Spiritus ſancti, & præcipuè ſapientiæ fontes, & item vetus teſtamentum, & nouum.

85 צעיר zaiír ideſt paruus : noſter uerò adoleſcentulus ait : ſecundum declarat primum : nam tempus aperit quantum ſit.

86 רדם roddém ideſt dominans eis : noſter uerò ait in mentis exceſſu : prius externé dominabatur (reprehendens ) apoſtolos Paulus : nunc in mentis exceſſu dominatur internè.

87 רגמתם righmathám ideſt adunatio eorum : noſter uerò duces eorum ait:ſecundum declarat primum; duces enim addunatio actiua dicuntur.

88 צוה ziuá ideſt præcepit : noſter uerò ait manda : prius præcepit ut dominus ex iuſtitia : nunc manda ex charitate.

89 אלהיך elohécha ideſt Deus tuus : noſter verò ait Deus: prius Deus erat ſingulariter hebræi populi:nunc vniuerſalis eſt Deus.

90 עזך ùʒécha ideſt fortitudinem tuam : noſter uerò virtuti tuæ ait:prius ad corporaliter uiuendum: nunc autem ad ſpiritualiter ſuſtinendum.

91 עוזה אלהים ùuʒá elohim.i fortitudinéDeus(tribue): nr̄ verò ait confirma:ut ſuprà hic dices.

92 לנו lánu.i.nobis:nr̄ uerò ait in nobis:prius nobis quaſi externè:nunc in nobis per charitatem internè.

93 על àal ideſt ſuper : noſter uerò ait quod eſt : prius erat templum ſuper Ieruſalem , quaſi ſuper eminens illi , & non in illa exiſtens ex charitatis defectu : nunc per charitatem , quę donum

eſt

eſt Spiritus ſancti unicuiq; fideli in eſt, quia per ipſum templum Dei efficimur omnes.

94 שַׁי ſçái ideſt munus: noſter uerò ait munera: prius unum fidei munus: nunc plura uirtutum munera.

95 גָּעַר geàár ideſt (diſperdens) repræende: noſter uerò ait increpa, prius diſperde ex iuſtitiæ ſeueritate, & corporaliter, & æterna pœna uindicans: nunc ex charitate increpa, corporaliter affligendo.

96 אבירים abbirím fortium: noſter verò ait taurorum: ſecundùm declarat primum: & magis apertè figurat, quam primum.

97 בעגלי beéegglè ideſt in uitulis: noſter verò in uachis ait: prius in uitulis; primitiuæ Eccleſiæ infirmis in fide, non radicatis in ea ex charitatis, quæ donum eſt Spiritus ſancti, abſentia: nunc in uachis infirmis quò ad ſuperſtructioné doctrinæ Spiritus ſancti ideſt charitatis, quæ donum ſapientiæ eſt, ex cuius abſentia non ſciunt tueri ſe ipſos.

98 מתרפס ברצי כסף mithrapés berazé caſeph. i. conculcantis ſe inciſionibus argenti (per uoluntarium tributum): noſter uerò ait: ut excludant eos, qui probati ſunt argento: prius eos, qui uoluntarium tributum dabant, ne ad offerendum idolis (ut D. Ciprianus teſtatur) compelleretur, excludere uolebant à fide: nunc etiam illos, qui probati ſunt, atque perfecti, diuinorum eloquiorum argento, pandentium diuinitatem Chriſti, & promittentium cæleſtia.

99 בזר biʒâr ideſt diſperſit: noſter uerò ait diſſipa: prius diſperſit corporaliter per ſeparationem ab inuicem: nunc etiam eorum titulos diſſipa.

100 עמים àammím ideſt populos: noſter uerò gentes ait: prius populos in ſingulari: nunc, & gentes, & optimates in titulis nobilitatis & dignitatis gentilis, quos omnes amiſerunt gentes; & futuræ gentes quęcunque bella gerere uolentes, diſſipabuntur.

101 יחפצו iechpázu ideſt uolent : noſter uerò ait uolunt: ut ſuprà dices.

102 תריץ taríz ideſt currere faciet : noſter uerò præueniet ait : ſecũdum eſt finis,& ratio primi;nanq; currimus,ut præueniamus.

103 סלה séla ante pſallite addit tex.heb. ut ſuprà dices.

104 בקולו קול עז beccoló col òoȝ ideſt in uoce ſua uocem fortitudinis : noſter uerò ait voci ſuę vocem virtutis : prius in voce fortitudinis fidei per euangelium : nunc uoci ſuæ vocem virtutis, quæ donum eſt Spiritus ſancti ideſt ſapientię donum, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij ueſtri.

105 עז òoȝ ideſt fortitudinem : noſter uerò gloriam ait : prius fortitudinem corporaliter vincendi in fortitudine fidei : nunc gloriam date Deo de omnibus in nobis factis à Deo : qui prima ratio eſt uincendi in nobis.

106 עזו ùu36 ideſt fortitudo eius : noſter verò ait uirtus eius : ut ſuprà dices.

17 נורא nora.i.horribilis : noſter uerò mirabilis ait : prius horribilis erat uindicta Deus:nunc filius eius mirabilis in factis ſuis ſalutem ferentibus eſt.

108 ממקדשיך mimicddaſcécha.i. à ſãctuarijs tuis : noſter uerò ait in ſanctis ſuis:prius à tẽplis & atrijs Dei ò Deus pater tuis : nunc in ſanctis ſuis ideſt patris ad fidem plantandam aptis ò fili Dei, quorum interceſſione,& bellandi robore uincunt Chriſtiani diuinitatem Chriſti negantes.

109 נתן עז nothén òoȝ ideſt dans fortitudinem : noſter uerò ait dabit uirtutem: prius in pręſenti veteris teſtamenti ſtatu dans fortitudinem corporalem erat : nunc in futuro dabit virtutem reſpectu profetę temporis.

110 ותעצמות uethaàazumóth ideſt & robora : noſter uerò ait & fortitudinem : prius robur

ad

ad corporaliter tolerandum pondus dabatur:nunc uerò fortitudo patientiæ ratione ;fidei & ſpei in charitate fundatæ in tentationibus, per tolerantiam animi, & proſternendi pariter hoſtes.

Saluum me fac Deus.

## PSAL. LXVIII.

1 למנצח lamnazzéach.i.uictori: noſter uerò in finem ait: ut ſuprà dices.

*Hab. Tex. Heb.*

2 על ששנים àal ſcoſcanim ideſt ſuper roſis, quæ ſcilicet ſingulis annis mutantur: noſter uerò ait pro his, qui commutabuntur: ſecundum declarat primum.

3 Addit ędítio noſtra pſalmus; pauperes enim ſpiritu: nunc ſunt, qui à terrenis ad cæleſtia appetenda mutantur: qui uidelicet ſoli contra iudæos per mortem uictoriam pſallere poſſunt: de quibus eſt ſermo in pſalmo.

4 באו báu ideſt uenerunt: noſter uerò intrauerunt ait: prius venerunt uſque ad corpus: nunc intrauerunt in corpus, & uſque ad animam, ſut eam in deſperationem externè ind ucerent, venerunt.

5 Addit æditio noſtra, meam, poſt animam: prius enim mors corporalis generalis erat: nunc derelictionis tribulatio in pœnis in Chriſti uirtutem inferiorem venit, qui ait ratione illius Deus meus, Deus meus, ut quid dere-liquiſti me.

6 ואין מעמד ucén maàamódh ideſt & non eſt ſtabilitas: noſter uerò ait & non eſt ſubſtantia: ſecundum declarat primum, nanque ſubſtantia eſt ſtabilitas qua ſtamus.

7 ושבלח veſcibbóleth ideſt & occurſus (plurium aquarum): noſter verò ait & tempeſtas: ſecundum declarat primum.

8 בקראי becorí ideſt in uocando: noſter uerò ait clamans:

mans : prius inuocando quaſi ex merito, ut animam ſanaret fidelium : nunc etiam clamans, ut miſericordia ceu corporibus vitam exoraret ; nam clamans in cruce ad patrem, qui eum poſſit ſaluum facere à morte æterna, exauditus eſt pro ſe, & pro nobis.

9 נחר גרוני hicárgeroní ideſt ſiccatum eſt gutur meū:
noſter uerò ait raucæ factę ſunt : fauces
meę : prius deperditio humidi externi : nunc etiam radicalis interni : ut prius, ſuper admuniculum fidei fundati, uerbo Dei nutriebamur, quod externum eſt nutrimenium: nunc charitate, quæ uitalem humorem habet, conſiſtimus.

10 מיחל meiachél.i.expectando : noſter uerò dum ſpero ait: prius quaſi ex merito reſurrectionem futuram expectabamus: nunc ceu ex gratia ſperamus eā & vide pro hoc 12.regulam.

11 שנאי ſoneai ideſt odio habentes mei : noſter uerò qui oderunt me ait : prius ex mala voluntate odientes erant : nunc electione uirtutis electiuæ me in ſectati ſunt, qui prius odio me proſecuti fuerunt.

12 עצמו àazemú ideſt roborati ſunt : noſter verò ait confortati ſunt : prius corpore : nunc animo.

13 מצמיתי mazmithái ideſt ſuccidere facientes me : noſter uerò ait qui perſecuti ſunt me : prius mala voluntate ſuccidere facientes reprobabantur:nunc pariter, qui perſecuti ſunt me.

14 שקר ſcécer ideſt ſalsè : noſter uerò ait iniuſtè : prius falsè contra fidem, & voluntatis ſimplicitatem; nunc iniuſtè contra iuſtitiam, quaſi iniuſtitiam contrariam gratiæ noui teſtamenti fecerim.

15 אשיב aſciú ideſt reddere faciam : noſter uerò ait exoluebam : prius voluntate præcipiente reddere faciam : nunc actu exoluebam electiua uirtute.

16 ידעת iadaátta ideſt ſciſti: noſter verò ſcis ait: prius noſti, ut per illam patribus antiquis corporaliter ſuccurreres: nunc ſcis, ut in futurum cœli triumphum ſperantes, non erubeſcant, qui te expectant.

17 לאולתי leiualtti ideſt ſtultitiæ meę: noſter uerò ait inſipientiam meam: prius ſtultitiæ dicit ex morum ceu abſentia, ut iuſtos, & uirtute prędito faceres per gratiam baptiſmi: nunc uti inſipientiam meam cæli fœlicitatem expectantibus narrares per eam.

18 אל יבשו al ieuóſcu ideſt non erubeſcent: noſter uerò non erubeſcant ait: vt ſuprà dices.

19 צבאות zeuaóth ideſt exercituum: noſter uerò ait virtutum: ut ſuprà dices.

20 אל יכלמו al iccalému ideſt non pudore ſuffundétur: noſter verò non confundantur ait: ut ſuprà dices.

21 עליך àalécha ideſt ſuper te: noſter uerò ait propter te: prius ſuper te fundata in fide: nunc propter te amore adipiſcendum: ut finem beatificum in quo fœlicitari ſpero.

22 פני panái ideſt facies meæ: noſter uerò ait faciem meam: prius facies tum pręſentis temporis, tum ſæculi futuri: nunc contempta corporali præſenti, ut dicit Beatus Paulus; ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, ſola ratione futuræ ęternæ uitæ in ratione eorum, qui exiſtimauerunt eum dignum æterna morte, operuit confuſio &c.

23 היותי haiithi ideſt fui: noſter uerò factus ſum ait: prius quaſi ex bona voluntate, quæ prius ponderabatur: nunc factus ſum ex ratione inferioris rationiș, quæ ceu eſſe à ſuperiori ſortitur.

24 ונכרי venocheri ideſt & alienus, noſter uerò ait & peregrinus: prius alienus fide: nunc peregrinus charitate cohabitandi dicitur.

25 אבכה eucé ideſt flebo: noſter uerò ait & operuit: prius flebam ex ſpiritu congemiſcente proprio: nunc & operui charitate operiente animam, ut propria obliuiſcatur, & ſolam ſalutem aliorum conſideret.

26 ותהי uatchí ideſt & erit: noſter verò ait & factum eſt: ut ſuprà dices.

27 לחרפות lacharaphóth ideſt opprobrijs: noſter uerò in opprobrium ait: prius lex ſeruata facta eſt etiam inter opprobria connumeranda, quæ commendanda erat: nunc ieiunium, & cęteræ mortificationes ab hęreticis in opprobrium paſſionis creduntur meæ.

28 ואתנה uaetena ideſt & dabo: noſter uerò ait & poſui: ſecundum magis appropriatè loquitur, quàm primum.

29 שק ſac ideſt ſaccus: noſter uerò cilium ait: ſecundum declarat primum.

30 ואהי uaehí ideſt & ero: noſter uerò ait & factus ſum: ut ſuprà dices.

31 ישיחו iaſcihú ideſt loqui facient: noſter uerò loquebantur ait: ut ſuprà dices.

32 ונגינות unghinóth ideſt & manus pulſationibus: noſter verò ait & in me pſallebant: prius opprobrio digni erãt iudices, qui ſedebant in porta, pſalteria bibentium ficeram cantantes in Chriſtum: nunc etiam reprobantur, qui pſalmodijs ſæcularibus uinum Chriſti bibunt: & item prius reprobabantur iudices praui: nunc etiam populi ex gratia eis conceſſa; & cognitionis diuinæ, & reſiſtendi malo, quod prius iudicibus ſolis conueniebat.

33 ענני àanéni ideſt reſponde mihi: noſter uerò ait exaudi me: ut ſuprà dices.

34 אנצלה inazellá ideſt liberabor. noſter uerò ait libera me: prius corporaliter per fidem: nunc per charitatem in anima liberabor. ⸫

35 תשטפני tiſcetephéni ideſt demerget me: noſter uerò

rò ait demergat me:ut ſuprà dices.

36 שבלת ſibbóleth ideſt occurſus (plurium aquarum): noſter verò ait tempeſtas: prius fluctus inundationis perſecutionum contra fidem, nunc tempeſtas à ventis ſapientiæ humanæ contra diuinam ſapientiam concitata, exprimitur.

37 ואל תבלעני ueal tiulaèéni.i. & nõ abſorbebit me: noſter uerò ait neque abſorbeat me: vt ſuprà dices.

38 מצלה mezulá ideſt gurges aquarum: noſter uerò ait profundum: prius temporales pœnæ timebantur: nunc profundum pœnarum inferni perpenditur.

39 ואל תאטר veal tétar ideſt & non obturabit: noſter uerò áit neque vrgeat: prius actus: nunc etiam affectus uindictæ perpenditur.

40 ענני àanéni ideſt reſponde mihi: noſter uerò ait exaudi me: ut ſuprà dices.

41 ואל תסתר ueal taſttér ideſt & non abſcondere facies: noſter uerò ait & ne auertas: ut ſuprà dices.

42 טוב tóu ideſt bona: noſter verò ait benigna: prius bona, quia utilis, quam ſeruitus reſpicit: nunc autem benigna charitatis ardore, quam filius cupit, & laudat.

43 פניך panécha ideſt facies tuas: noſter uerò ait faciem tuam: vt ſuprà dices.

44 מעבדך meàuddécha ideſt à ſeruo tuo: noſter uerò à puero tuo ait: prius timore & præmij temporalis ſpe ſeruus erat: nunc uerò filiali amore puer.

45 צרלי zarlí ideſt anguſtia mihi: noſter uerò ait tribulor: vt ſuprà dices.

46 ענני àanéni ideſt reſponde mihi: noſter uerò ait exaudi me: vt ſuprà dices.

47 קרבה coruá ideſt appropinqua: noſter uerò ait intende: prius, qui, in pœnis me relinquens, lon

gè

gè es, appropinqua per corporale iuuamem: nunc uerò intende ad me ſaluandum.

48 גאלה ghealâ ideſt redi me eam: noſter uerò ait, & libera eam: prius redi me à pœna mortis corpus: nunc libera animam de pœnis inferni.

49 פדני pedhéni.i.redi me: noſter verò ait eripe me: ut ſuprà dices.

50 ידעת iadhaátta ideſt noſti: noſter verò ait ſcis: ut ſuprà dices.

51 צוררי zorerâi ideſt anguſtatores mei: noſter verò ait, qui tribulant me: ut ſuprà dices.

52 שברה ſcauerâ.i.confregit: noſter uerò expectauit ait: prius confregit animam, ceu charitate priuatã, affligendo: nunc expectauit per patientiam in charitate fundatam.

53 ואנושה uaanúſca.i. & polui: noſter verò ait & miſeriam: ſecundum eſt cauſa primi.

54 ואקוה uaacaué. i. & expectabo: noſter verò ait: & ſuſtinui: prius ſpe in fide: nunc patientia in charitate, fundata.

55 למנחמים lamenachamím.i.conſolantes: noſter verò ait, qui ſimul mecum contriſtaretur: prius per ſpem futurę liberationis: nunc qui ex charitate commotus eſt.

56 ויתנו uagittenû.i.& dabunt: noſter uerò ait dederunt: ut ſuprà dices.

57 ראש roſc.i.maximum uenenum: noſter verò ait fel: ſecundum declarat primum.

58 ישקוני iaſccûni.i. potare facient me: noſter verò ait potauerunt me: ut ſuprà dices.

59 יהי ichí.i.erit: noſter verò ait fiat: ut ſuprà dices.

60 למוקש lemocéſc.i.laqueo: noſter uerò ait in laqueũ: prius laqueo appropinquans per infidelitatem: nunc in laqueum amoris legis, ac ſacrificiorum contra charitatem legis nouę ingreſſus.

61 תחשכנה techeſachná ideſt obſcurabuntur : noſter uerò obſcurentur ait: ut ſuprà dices.

62 ומתניהם umathnehém ideſt lumbos eorum: noſter uerò ait & dorſum eorum: prius lumbi ſpirituales erant cogitatio peccandi, & uoluntatis malitia reſidens in ea: nunc donum ſpirituale eſt uirtus electiua, in qua charitas, & patientia eſt, quæ omnia pondera ęquanimiter fert; qua deficiente ſumma afficitur, pęna afflictus.

63 המעד hamàadh ideſt nutare fac: noſter uerò ait in curua: prius in fide: nunc uerò uim electiuæ uirtutis in curua tribulationum ponderibus ex odio in ea exiſtente in Chriſtum.

64 וחרון אפך uacharón apechá ideſt & ira furoris tui: noſter verò ait & furor iræ tuæ: prius ſententia primi iudicij in furore facti: nunc furor iræ contra immiſericordes factus in data ſententia maledictionis in eos.

65 ישיגם iaſighém ideſt comprehendere faciet eos: noſter uerò ait comprehendat eos: ut ſuprà dices.

66 תהתרתם tehitirathám ideſt erit palatium eorum: noſter uerò ait fiat habitatio eorum: ſecundum eſt declaratio primi.

67 חלליך chalalécha ideſt vulnerum (inflictorum) tuorum: noſter uerò ait vulnerum meorum prius inflictorum vulnerum tuorum, quæ bona tui ò pater voluntate paſſus ſum: nunc uerò meorum: quæ ego Chriſtus elegi, & pertuli.

68 יספרו ieſapéru ideſt narrabunt (mala voluntate): noſter verò ait addiderunt: prius narrantes blaſphemias in me, ſuper dolorem uulnerum addiderunt eas ſuper electiua uirtute.

69 תנה tená ideſt da: noſter uerò ait appone: ſecundum magis exprimit, quia ſicut dolorem uul-

nerum

nerum addiderunt ; ita & tu appone iniquitatem .

70 יבאו iauóu ideſt venient : noſter verò intrent ait : prius quaſi externè per fidem uenient : nunc intrent iniuſtitia iniquitatis induti contra charitatem, in maiorem iniuſtitiæ gradum.

71 ימחו immachú ideſt delebuntur : noſter uerò deleantur ait : ut ſuprà dices.

72 יכתבו iccathéuu. i. ſcribentur : noſter verò ait ſcribantur : vt ſuprà dices.

73 ואני uaaní. i. & ego : noſter verò ait ego autem : ſecundum eſt aptius primo.

74 תשגבני teſſaggeuení. i. eleuabit me : noſter uerò ſuſcepit me ait : prius à malo, ne paterer ſemper, glorioſé reſuſcitans me : nunc ſuſcepit me, ne, etiam patiens, commouear.

75 בשיר beſcir. i. in cantico : noſter uerò cum cantico ait : prius laus perfecta in cantico erat : non quidem ceu habens veritatem in omnibus, ſed in Chriſto fundata : nunc etiam ex proferente quocunq; pariter, qui, liber exiſtens ab omnibus paſſionibus, & peccatis, decenter canere poteſt.

76 בתודה bethodhá ideſt in confeſſione : noſter uerò ait in laude : prius in confeſſione per fidem : nunc in laude per iuſtitiam charitatis exercitam.

77 משור miſcór ideſt præ boue : noſter uerò ait ſuper uitulum : prius bos ad multa onera legis portanda paratus erat : nunc vitulus per multa gratiarum, & donorum innouantia munimenta conceſſa dicitur.

78 פר מקרין מפרים par maccerín maphrìs ideſt taurum cornua ſiſſa ( habentem) : noſter uerò ait cornua producentem & vngulas : conſequens locutio eſt ad præcedentia, & hic magis exprimitur eo, quod ſuprà eſt dictum.

79 ראו raú ideſt viderunt : noſter uerò ait uideant : ut ſupra dices.

80 ענום àanauím ideſt humiles: noſter uerò ait pauperes: prius deficientes à gratia humiles & uiles erant : nunc , dono perſeuerandi priuati , pauperes dicuntur .

81 וישמחו ueiſmáchu ideſt & lætabuntur : noſter uerò ait & lætentur:ut ſuprà dices.

82 דרשי doreſcé ideſt quærentes:noſter verò ait querite: prius per bonam voluntatem: nunc per electiuam uirtutem :

83 לבבכם leuauchém ideſt cor veſtrum : noſter uerò ait anima veſtra : prius in ſpe , quæ ſituatur in corde, quod eſt ſuperior rationis pars : nunc in charitate electiua virtus,quę anima dicitur.

84 שמע ſcoméaà ideſt audiens: noſter verò ait exaudiuit ut ſuprà dices.

85 יהללוהו ichaleúhu. i. laudabunt eum : noſter verò ait laudent eum : dic ut ſuprà .

86 ויבנה veiuné ideſt &edificabit: noſter uerò & ædificabuntur ait : prius Deus per bonam uoluntatem ſuam , actiuè ædificabit , bonam voluntatem fidelium in fide conſtruens , & operante gratia : nunc quæ ad electiuam uirtutem pertinent per charitatem edificabuntur paſſiuè , quæ primum eſſe per bonam uoluntatem acceperunt.

87 וירשוה uireſcúha.i. & hæreditabunt eam : noſter uerò ait & hæreditate acquirent eam : prius hæreditabunt per Chriſtum ex fide: nunc hæreditate acquirent per miſericordiæ opera.

88 ינחלוה inchalúha ideſt hæreditabunt eam : noſter uerò poſſidebit eam ait: prius per fidem & bonam voluntatem ius hæreditarium acquirent: nunc per charitatem poſſidebunt actu,ſine qua hæreditas cæli non datur.

Deus in adiutorium.

## PSAL. LXIX.

hab. t. h. למנצח lamnazzéach ideſt victori : noſter uerò in ſi
nem ait:vt ſuprà dices.
2 Addit æditio noſtra pſalmus: quia nunc ſanati,in tri-
bulatione infracti ſtamus, quod prius de lege commu-
ni non poteramus.
3 להזכיר lechaȝceír ideſt ad rememorare faciendum:
noſter verò in rememorationem ait: prius
hæc quaſi externè ad rememorationem ducebant:nunc
ceu internè in eam ex acquiſitis, in pſalmo deſcriptis,
ducimur.
4 Addit æditio noſtra quòd ſaluum fecit eum dominus:
hoc eſt quod diximus exiſtere in nobis, declaratum in
pſalmo,quod prius non erat.
5 להצילני lehazziléni ideſt ad eruere faciendum me:
noſter verò ait in adiutorium meum inten
de: prius qui eruit à malo, dicebatur, & tacebatur intē
dens, quia ſtatui antiquo, quod petitur non conuenie
bat &c. nunc in bonum ſpirituale per charitatis donū
petitur ſtatui noſtro proprium.
6 לעזרתי leèeȝrathí ideſt auxilio meo : noſter verò ad
adiuuandum me ait:ſecundū magis aptè ex-
primit, quaque primum.
7 יבשו ieuóſcu ideſt confundentur:noſter uerò confun-
dantur ait: ut ſuprà dices.
8 ויחפרו veiachpherú ideſt & erubeſcent:noſter uerò &
erubeſcant ait: ut ſuprà dices.
9 ויכלמו veccalemú ideſt & erubeſcent:noſter verò &
reuereantur ait:prius ex pœna temporali:nūc
ex duplicata culpa.
10 רעתי raàathi ideſt malum meum:noſter verò ait ma-
la mihi: prius corporale:nunc & ſpirituale ma-
lum uolunt mihi.
11 ישבו iaſcúuu ideſt auertentur:noſter verò ait auertan
tur:ut ſuprà dices.

12 על עקב ààl èecéu ideſt ſuper veſtigio: noſter uerò ait ſtatim:ſecundum declarat primum: nam ſuper veſtigio pedis circumuoluitur ſtatim.

13 בשתם buſcttam ideſt confuſione ſua: noſter uerò ait erubeſcentes: prius ex pœna malitiæ voluntatis, ſunt confuſio & rubor, ſicut & dolus ſunt ex eadem: tunc ex culpa electiuæ virtutis non rubor, ſed rubeſcentes, ſunt.

14 Addit æditio noſtra(mihi)prius non licebat imprecari mala ex culpa in nobis commiſſi in proximum delicti,exiſtente:ſed nunc,ab omni macula peccati commiſſi in proximum mundati.hoc cupiunt licitè.

15 ישישו iaſíſu ideſt gaudere faciunt: noſter verò ait exultent: prius per bonam voluntatem: nunc per Spiritus ſancti donum.

16 וישמחו veiſmechú ideſt & lætabuntur: noſter verò ait & lætentur: vt ſuprà dices.

17 ויאמרו veiomerú ideſt & dicent: noſter uerò & dicant ait: vt ſuprà dices.

18 יגדל ighddál ideſt magnificabitur: noſter verò magnificetur ait: vt ſuprà dices.

19 אלהים elohím ideſt Deus: noſter verò Dominus ait: prius Deus judicij veteris teſtamenti iudex erat: nunc Dominus Chriſtus noui teſtamenti protector eſt.

20 ישעתך ieſeàathécha ideſt ſalutem tuam: & Caldęus vbique ait redemptionem tuam: noſter verò ait ſalutare tuum: prius Caldęus declarabant Hebręũ, qui eſt de ſalute gratiæ prima:nunc ſalutare ait, quod vltimam ſalutem impendet

21 חושה chuſca ideſt feſtina· noſter verò adiutor ait: ſecundum declarat primum, & ſemper adiutor, & adiuuans ſemper cùm opus fuerit.

22 אל תאחר alteachár ideſt ne moraberis: noſter verò ne moreris ait: vt ſuprà dices.

In te Dñe ſperaui. **PSAL. LXX.**

1 Addit æditio noſtra pſalmus Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum, qui perſeuerant uſque in finẽ in gratia noui teſtamenti: quod ad nouum teſtamentum, & non ad uetus pertinet.

2 תצילני taziléni ideſt eripere facies me: noſter verò ait libera me: prius corporalis: nunc animę liberatio fit.

3 ותפלטני vtephalletténi ideſt & erues me: noſter uerò ait & eripe me: vt ſuprà dices.

4 והושיעני vehoſciééni ideſt & ſaluare fac me: noſter uerò ait: & ſalua me: vt ſuprà dices.

5 לא צור le zúr ideſt petræ: noſter uerò ait in Deum: ſecundum eſt ueritas primi.

6 מעון maóón ideſt habitaculum: noſter verò ait protectorem: ſecundum reddit cauſſam primi.

7 לאבא תמיד laué tamídh ideſt ad ueniendum iugiter: noſter uerò ait & in locum munitum: ſecundum addit cauſſam primi.

8 צוית ziuítha ideſt pręcepiſti ante vt ſaluum me facias addit textus hebræus: prius præceptorum obſeruantia quærebatur: nunc inuocando gratia datur.

9 כי סלעי ומצודתי ci ſalíi umezudrathi ideſt quoniã petra mea, & munitio mea: noſter uerò ait; quoniam firmamentum meum, & refugium meum: ſecundum eſt veritas primi.

10 רשע raſcáà ideſt impij: noſter verò peccatoris ait: vt ſuprà dices.

11 מכף miccáph ideſt & de palma: noſter uerò & de manu ait: prius interior manus pars ſuperiorẽ uirtutem animæ, quæ prius bona eſſe poterat, ſignificabat: nunc tota manus omnem animę virtutem, quę bona eſſe poteſt, innuit.

12 מעול meàauél ideſt peruertentis: noſter verò ait contra legem agentis: prius legem à ſe probatam non agens, peruertens erat, mandante ſcilicet ſuperiori ra-

UNIVERSITARIA GRANADA

ri ratione: nunc etiam, nõ à ſe probatam tranſgrediẽs, reprobatur, ceu charitatis eſt lex.

13 וחומץ vechoméz ideſt & vim inferentis: noſter verò, & iniqui ait: prius coutra legem negatiuam ſcriptam: nunc contra charitatis legem.

14 תקותי ticuathí ideſt expectatio mea: noſter verò ait patientia mea: prius per ſpem expectabamus: nunc patientiam per charitatem conſequimur.

15 מבטחי miutachí ideſt confidentia mea: noſter verò ait ſpes mea: prius confidentia in bona voluntate fundata erat: nunc ſpes, quę charitatem ſpiritus ſancti præſupponit, & in Deo ꝑcipuè fundatur, exiſtit.

16 עליך áalécha ideſt ſuper te: noſter uerò ait in te: prius ſuper te per fidem fundatus: nunc in te per charitatem exiſtens.

17 נסמכתי niſmáchtti ideſt ſuſtentatus fui: noſter verò ait confirmatus ſum: prius ne caderem: nunc ne, etiam cadens, deſperem.

18 גוזי ghozí ideſt eductor meus: noſter verò ait protector meus: prius corporalis ad eruendum: nũc protector animæ, etiam ſi corpus patiatur, ad ſuſtentandũ eam, ne deficiat.

19 תהלתי tchillathí ideſt laus mea: noſter verò ait cantatio mea: prius laus, quæ ſpiritualiter uinco quandoque peccata: nunc cantatio, qua de peccatis triumpho.

20 הייתי haiti ideſt fui: noſter verò ait factus ſum: ut ſuprà dices.

21 מחסי máchſi ideſt ſpes mea: noſter verò ait adiutor meus: prius ſpes obiecto quod Chriſtus eſt, externè adiuuari fidebat: nunc, internã uirtutem communicans, in bonum progrediendi, & uincere, adiutor dicitur: & prius mea ideſt ſtatui patrum veteris legis populi hebræi conueniens: nunc adiutor uniuerſalis eſt ipſe.

22 ימלא immalé ideſt replebit: noſter uerò repleatur ait: ut ſuprà dices, & phraſis diuerſa linguarum

hoc

hoc poſtulat.

23 תהלתך tchillathécha.i.laude tua: nr̄ verò aitlau de: prius tua, quia ſolius Dei erat victoriæ laus: nunc laude vniuerſali etiam conueniente nobis.

24 כל היום תפארתך col agióm tipharttécha.i. tota die gloria tua: noſter verò ait vt cātem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam: prius laus Dei tota gloriæ Dei dedicabatur, quæ de victorijs à Chriſto habitis mentionem faciebat: nunc ēt vt cantem gloriam tuam, quæ eſt victoria in nobis facta: & magnitudinem tuam, quæ eſt magnificè factorū in nobis per Spiritus ſancti donum, vnde magnificatur ſummopere Chriſtus in nobis: de quo dicit Beatus Paulus; nam quos prædeſtinauit, hos & uocauit, iuſtificauitque, & poſtremò magnificauit eos.

25 אל תשליכני al taslichéni ideſt ne proijcere facies me: noſter uerò ait ne proijcias me: ut ſuprà dices.

26 אל תעזבני al taâazuéni ideſt ne derelinques me: noſter verò ait ne derelinquas me: vt ſuprà dices.

27 נועצו noàazú ideſt conſuluerunt ſe: noſter verò conſilium fecerunt ait: prius ex mala uoluntate cō ſuluerunt ſe inuicem: nunc conſilium decreuerunt ex electione maligna, quæ reprobatur nunc.

28 יחדו iahddáu ideſt ſimul: noſter uerò ait in vnum: ut ſuprà hìc dices.

29 מזיל mazíl ideſt eruere faciens: noſter uerò qui eripiat ait: ut ſuprà dices.

30 אל תרחק al tirchác ideſt ne elongabis te: noſter verò ne elongetis ait: vt ſuprà dices.

31 לעזרתי leèczrathí ideſt auxilio meo: noſter uerò in auxilium meum ait: prius per operantem voluntatem in bonū mouētem: nunc in auxilio per inexiſtentem uirtutem in electiua portione adiuuans.

32 חישה chúſca ideſt feſtina: noſter verò ait reſpice: prius ad adiuuandum corporaliter: nunc cùm

opus

opus fuerit reſpice ad adiuuandum, ne periclitemur in anima.

33 יבשו ieuóſcu ideſt confundentur: noſter verò confundantur ait: vt ſuprà dices.

34 יכלו ichlú ideſt deficient: noſter verò ait & deficiant: ut ſuprà dices duplici ratione.

35 שטני ſotené ideſt auerſarij: noſter uerò ait detrahentes mihi: prius malitia voluntatis: nunc etiam per actū electiuæ uirtutis malæ, quæ bona eſſe poteſt, reprobantur.

36 יעטו iaàatú ideſt operientur: noſter uerò operiantur ait: ut ſuprà dices.

37 רעתי raàathí ideſt malum meum: noſter uerò ait mala mihi: prius vnum corporale malum: nūc plura, & hoc inquam, & ſpirituale malum voluntatis.

38 תשועתך teſcuàathécha ideſt ſalutem tuam: noſter verò ſalutare tuum ait: prius ſalutem redéptionis: nunc ſalutare dans gloriam.

39 ספרות ſephoróth ideſt numeros: noſter verò ait literaturam: prius diuerſorum idiomatum, & ſciētiarum: nunc concinni ſermonis ſcientiam quamcunque melius eſprimentis propoſitum quàm ſacra ſcriptura; ideo ait beatus Paulus, Non in ſapientia uerbi, vt non euacuetur crux Chriſti.

40 אבא auó ideſt veniam: noſter verò ait introibo: prius per fidem approximans: nunc per ſacramenta, & gratiam illorum intrans.

41 אזכיר aȝcir ideſt memorari faciam: noſter uerò memorabor ait: ut ſuprà dices.

42 אגיד aggidh ideſt anunciare faciam: noſter uerò pronunciabo ait: ut ſuprà dices.

43 ושיבה ueſciuá ideſt & ætatem (ſeptuaginta annorū): noſter uerò ait & ſenium: ſecundum declarat primum.

44 אל תעזבני al taàaȝuéni ideſt ne derelinques me: noſter uerò ne derelinquas me: vt ſuprà dices.

45 אגיד aggídh ideſt anuntiare faciam : noſter verò ait anuntiem: vt ſuprà dices.

46 אשר aſcér ideſt quam:noſter verò quantas ait:ſecundum aptius exprimit,quàm primum.

47 צרות zaróth ideſt anguſtias : noſter verò tribulationes ait:vt ſuprà dices.

48 תשוב taſcuú ideſt conuerteris: noſter uerò ait cõuerſus:ſecundum magis aptè collocatur,quàm primum, uideas tu quare in textu.

49 תשוב תעלנו taſcuú taàalénu ideſt cõuerteris, aſcédere facies nos: noſter uerò ait reduxiſti me: breuius nunc, & dilucidius unico uerbo exprimit quàm pluribus,& me cum alijs.

50 תרב téreu ideſt multiplicari facies:noſter uerò multiplicaſti ait:ut ſuprà dices dupliciter.

51 גדלתי ghedhulathí ideſt magnitudinem meam : noſter uerò ait magnificentiam tuam: prius meã quidem ſed amplius,& prius tuam; nanque tua eſt magnificentia in me oſtenſa.

52 ותסב vetiſſóu ideſt & conuerteris: noſter uerò ait & conuerſus,ut ad 50.dices.

52 תנחמני tenachaméni ideſt conſolaberis me: noſter uerò conſolatus es me ait:vt ſuprà dices.

53 אזמרה azamerá ideſt pſallam : noſter uerò ait cùm cantauero:prius pſallam uictorias contra infideles : nunc cantauero triumphum de inimicis, & uitijs.

55 אלהי elohái .i. Dij mei. noſter uerò ait Deus : prius erat populi hebræi Deus meus : nunc uniuerſalis Deus eſt.

56 רעתי raàathí ideſt malum meum : noſter uerò mala mihi ait:ut ad 37. dices.

Deus iudicium PSAL. LXXI.

*Hab. T.H.* לשלמה liſlomó ideſt Salomoni : noſter uerò ait in Salomonem: prius ceu appropinquans

paci per fidem: nunc per charitatem ingrediens eam.

2 Addit æditio noſtra pſalmus Dauid ideſt Chriſto dicatus, quia victoriam tractat pſalmus, quæ propria eſt teſtamento nouo.

3 משפטיך miſcpatécha ideſt iudicia tua: noſter verò iudicium tuum ait: prius plura iudicia in ſpecie, & eternarũ & temporalium pœnarum, quę propriç erant ueteri teſtamento: nunc unum in genere, & vniuerſale æternç pœnæ.

4 ידין iadhín ideſt iudicare faciet: noſter uerò iudicare ait: vt ſuprà dices.

5 ישאו iſſu ideſt ferent: noſter verò ſuſcipiant ait: prius bona voluntate ferent: nunc electiua virtute ſuſcipiant.

6 בצדקה bizdahacá ideſt in æquitate: noſter uerò ait iuſtitiam: prius fide æquitati innitéte: nunc iuſtitiam veram nobis communicatam.

7 אויון euión ideſt inopis: noſter uerò ait pauperũ: prius vnus in fide inops erat, qui carebat præſenti iuſtitia: nunc plures diuerſitate donorum, & virtutum, & meritorum, qui non præſenti, ſed perduranti iuſtitia carent.

8 וידכא vidhaccé ideſt & conteret (ſe diſponés): noſter verò ait & humiliabit: prius voluntate uires dæmonis conteret: nunc ceu electiua virtute humiliando animum illius, deprimet.

9 עושק òoſcéc ideſt fraudatorem: noſter uerò calumniatorem ait: prius ob temporalia bona in idololatriam trudens: nunc calumniatorem virtutum, & ſpiritualium bonorum.

10 ייראוך iarúcha ideſt timebunt te: noſter verò ait & permanebit: prius illi victi timebũt te, ne corporaliter affligãtur: nunc ex hoc & ceu per donum Spiritus ſancti permanebit &c.

11 ולפני veliphné ideſt & faciebus: noſter verò ait & ante: prius ſecundum humanitatem ueteri teſtamento uigente coram luna ſimilis illi exiſtens: & nunc

etiam

etiam ante lunam, vt in pſalmo exprimitur, intellige.

12 דור דורים dor dorím ideſt generationis generatio nũ: noſter uerò ait in generatione, & generationem: prius in nouo teſtamento, quod eſt generatio generationum veteris teſtamenti: nunc uſque in generatione, & generationem ſæculi huius.

13 כרביבים ciruiuím ideſt ſicut pluuiæ (vehementes): noſter verò ait ſicut ſtillicidia: ſecundum declarat primum.

14 ארץ árez ideſt terræ: noſter verò ait iſuper terram: ſecundum magis aptè exprimit, quàm primum.

15 יפרח iphrách ideſt florebit: noſter uerò ait orietur: prius florebit in flore voluntatis bonæ in incarnatione: nunc orietur per regenerationem iuſtitiæ.

16 צדיק zaddíc ideſt iuſtus: noſter uerò ait iuſtitia: prius Chriſtus erat: nunc iuſtitia donata hominibus eſt.

17 בלי belí ideſt non ſit: noſter verò ait auferatur: ſecundum dat cauſſam primo: & conuenientius nunc exprimit quàm prius.

18 ארץ árez ideſt terræ: noſter uerò ait orbis terrarum: ſecundum declarat primum.

19 לפניו lephanáu ideſt faciebus eius: noſter uerò ait coram: vt ſuprà dices.

20 ציים zigiím ideſt in aquoſa (ariditate deſerta incolentes gentes): noſter uerò ait Aetyopes: ſecundum declarat primum.

21 עפר àaphár ideſt puluerem: noſter uerò ait terram: prius aqua fidei carentes: nunc terræ charitatis caliditate priuatæ:

22 מנחה minchá ideſt munus: noſter uerò munera ait: prius munus paſſionis Chriſti: nunc munera virtutum populi.

23 ישיבו iaſciuu ideſt reddere facient: noſter uerò ait offerent: prius quaſi debitum ex lege: nunc ex affe-

ĉtu religionis offerent.

24 שבא ſceuá ideſt ſaba (arabiæ): noſter verò ait arabū: ſecundum declarat primum.

25 אשכר eſccar ideſt munus: noſter verò ait dona: vt ſt 22. dices.

26 וישתחוו veiſettachauú ideſt & incuruabunt ſe: noſter verò ait & adorabunt: prius corpore humanitati Chriſti: nunc ſpiritu diuinitatem illius.

27 יציל iazíl ideſt eruere faciet: noſter verò ait liberabit: prius corpora: nunc animas.

28 משוע meſauéaà ideſt à clamante: noſter verò à potéte ait: prius ob paſſionem corporis: nunc ob animam perdendam poteſtate agente.

29 על דל àal dal ideſt ſuper pauperem: noſter verò ait pauperi: prius per aſſiſtentem gratiam protegentem pauperem ab onerantibus externè: nunc ab onerantibus pauperem internè.

30 מתוך mitóch ideſt à fraude: noſter verò ex vſuris ait: ſecundum declarat primum, vide pſalmum.

31 וייקר veiecár damám ideſt & pretioſus erit, vel honorabit ſe ſanguis eorum: noſter uerò ait & honorabile erit nomen eorum: prius Chriſti ſanguine per Spiritum ſanctum donatum pretioſus erit, vel honorabit ſe ſanguix ideſt ſenſus eorum, qui, quia prius ad mortem ducebat, ignominioſus erat: nunc per charitatem donatam, & filij Dei adoptiui efficimur, & honorabile eſt nomen &c. itaque ſecundū declarat primum.

32 בעיניו beèenáu ideſt in oculis eius: noſter uerò ait coram illo: ſecundum declarat primum: & vt ſuprà dices.

33 ויתן veitén ideſt & dabit: noſter verò & dabitur ait: ſecundum magis propriè exprimit, quàm primum.

34 ויתפלל veitpallél ideſt orabit ſe (diſponens): noſter verò & adorabunt ait: prius humanitatem vnus in fide orabit: nunc plures, diuerſis virtutibus pollentes diuinitatem, adorabunt Chriſti.

35 בעדו baàadhó ideſt propter ipſum: noſter uerò ait de

ipſo

ipſo : prius propter ipſum acquirendum: nunc de ipſo ſumentes.

36 פסת בר phisáth bar ideſt placentula fruméti: noſter verò ait firmamẽtum: prius accidens frumẽti apparens eſt in ſacramento altaris, cui per fidem innitimur:nunc fructus aſſumptionis ſpiritualis illius ex charitate inexiſtente ſignificatur per firmamentum, qa roboramur in bono perpetuò per illum.

37 בראש beros ideſt in capite : noſter verò ait in ſummis: prius in capite Chriſto eam offerente in vltima cœna patri : nunc in ſummis capitibus apoſtolorum,& ſacerdotum.

38 ירעש iraáſc ideſt tremet:noſter verò ait ſuperextolletur: prius prę multitudine doctrinæ verbi Dei, & pinguedine ſpiritus myſteriorum eius,tremet coram ſacramento illo ſummè tremendo : nunc ſuperextolletur charitate purgante, & dealbante ſuper candidiſſimum libanum; ita propterea dictum.

39 יהי ichi ideſt erit : noſter uerò ſit ait : vt ſuprà dices.

40 Addit æditio noſtra benedictum propter ſpiritus ſancti donum, quo bsnedicimur ea benedictione, de qua Beatus Paulus ad Epheſ.5.ait, Benedictus Deus, qui benedixit &c.

41 לעולם léòoolam ideſt æterno: noſter verò in ſæcula ait: vt ſuprà dices.

42 לפני שמש ינון liphné ſcémeſc innon ideſt faciebus ſolis filiabitur: noſter verò ait ante ſolem permanet nomen eius : prius quò ad humanitatem per regenerationem ſpiritualem in nobis factam, ceu regeneratur in nobis nomen diuinum eius:nunc verò permanet diuinitas eius, in illis exiſtens.

43 ויתברכו veitbbárecu ideſt & benedicent ſe: noſter uerò & benedicentnr ait: vt ſuprà dices.

44 אלהים אלהי élohim élohe ideſt Dij Dij : noſter uerò ait Dominus Deus : ſecundũ eſt declaratio primi ; nanque Deus eſt ille, qui Deus eſt

Iſrael, qui ſignificatur per Dominum Deum, Chriſtus videlicet, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat.

45 כבודו ceuodhó ideſt gloriæ eius: noſter uerò ait maieſtatis eius: prius ratione famæ, gloria dicebatur Chriſti humanitati conueniens: nunc ratione dignitatis diuinæ maieſtas dicitur.

46 לעולם léòolam ideſt æterno: noſter uerò in æternũ ait: vt ſuprà dices.

47 אמן ואמן amen veamẽ: noſter verò ait fiat fiat: prius fides dicebatur ratione corticis legis, & iudiciorum, quæ in prima parte pſalmorum ſunt facta: item amen ſpiritus legis, & iuſtitiæ per Spiritus ſancti donum ſignificatum per & donatæ, in ſecunda parte pſalmorum expreſſæ dicitur, quo uerè confirmata eſt fides: nunc ex affectu charitatis idem deſideramus dicentes fiat fiat.

Quàm bonus.

## PSAL. LXXII.

*Hab. T.H.* 1 אך ach ideſt tantum: noſter uerò ait quàm: prius nil ueri boni ex charitatis abſentia erat in mundo: ideo tantùm Deus bonus erat: nunc non ſolus Deus verè eſt bonus; ſed maximè bonus ſolus eſt Deus, qui per admiratiuam particulam dicitur, quàm bonus eſt Deus, quamplurimis bonis nunc nobis communicatis.

2 לישראל leiſrael ideſt Iſraeli: noſter uerò ait Iſrael: prius bonitas eius in effectu ſuper Iſraelem oſtenſa videbatur: nunc etiam quam bonus in ſe eſt cognoſcitur à nobis per Spiritum ſanctum, qui etiã profunda Dei ſcrutatur.

3 לברי leuaré ideſt puris: noſter verò ait q recto ſunt: prius puris corde per innocentiam: nunc verò recto ſunt corde per habitum iuſtitiæ.

4 ואני כמעט נטוי vaani címâat, natuí ideſt & ego quaſi

quaſi moti ſunt: noſter uerò ait mei autem penè moti ſunt: prius per conſenſum uoluntatis quaſi inclinabant electiuā virtutē qua ego ſum: nunc autem affectus noſtri ſignificati per pedes quaſi de ſe inclinantur per conſenſum voluntatis.

5 כאין ceain ideſt ferè nihil: noſter verò ait penè: ſecundum declarat primum.

6 בהוללים beholelim ideſt in glorioſos: noſter verò ſuper iniquos: prius in glorioſos in malitia voluntatis ſe extollentes: nunc contra æquitatem ex defectu charitatis in proximum in electiua uirtute exiſtente; uel fide mortua glorioſos in adinuentionibus falſæ doctrinę ſe glorianteſ: nunc iniquos contra charitatem in proximum agentes.

7 רשעים reſcaiim ideſt impiorum: noſter uerò peccatorum ait: vt ſuprà dices.

8 אראה eré ideſt videbo: noſter verò ait videns: vt ſuprà dices.

10 חרצבות charzubbóth ideſt ligamina: noſter verò reſpectus ait: prius legis minantis: nunc eſt reſpectus charitatis ſuiipſius.

11 ובריא vuarí ideſt & ſanus: noſter verò ait & firmamentum: prius figurata locutio erat; nanque ſicut ſanus habet humores contemperatos, quibus hominis corpus firmatur, ita virtutes firmant animam, quarum abſentia languet ipſa in ueritate.

12 אולם vlám ideſt fortitudo eorum: noſter uerò ait in plaga eorum: prius non declarabatur quæ fortitudo ſit illa an corporis, uel animi: nunc declaratur ipſa; quia adeſt firmamentum, & fortitudo in plaga ex charitate, quæ in tormentis animam in bonum roborat.

13 אנוש enóſc ideſt hominis: noſter verò hominum ait: vt ſuprà dices.

14 עם אדם iim adhám ideſt cum homine: noſter verò cũ hominibus ait: vt ſuprà dices.

15 ענקתמו àanaccáthmo ideſt coronauit eos: noſter ve

rò ait tenuit:prius coronabat muneribus & laude uana, ut in malitia illos ſedatos teneret: quos ego ex charitate renui.

16 יעטף iaàatóph ideſt operiet: noſter verò operti ſunt ait:prius ſingulare, conformiter ad ſuprá dicta in ſingulari ponebatur: nunc in plurali eadem ratione: & ut ſuprà dices.

17 שית חמס למו ſith chámas lámo ideſt ponere iniquitatem ipſis: noſter verò ait iniquitate:prius,qui iniquitatem conabatur imponere ſibi, in impietatem cadebat, in qua ſola reprobabatur: verùm ita iniquitas reprobatur nunc,ſicut prius reprobatur impietas; & propterea iniquitatis, & impietatis ratione reprobantur nunc.

18 עינימו èenémo ideſt oculi ſui: noſter verò ait iniquitas eorum: prius oculi ex adipe igniebantur ad trahendum ignem externum ad cor, & ad iaculandum in alios ſuum, vnde iniquitas machinationis offenſæ contra charitatem exurgit.

19 משכיות maſcigióth ideſt cogitationes: noſter verò in affectum ait: prius contra fidem: nunc cōtra affectum morum.

20 ימיקו iamícu ideſt corrumpere faciét: noſter verò ait cogitauerunt: prius à fide: nunc cogitauerunt dubitantes.

21 ודברו vidhabberú ideſt & loquentur: noſter uerò & locuti ſunt ait: vt ſuprà dices.

22 ברע beraâ ideſt in malum; noſter verò nequitiam ait: ſecundum declarat primum.

23 עשק òóſec ideſt fraudator: noſter verò ait iniquitatem: prius vt offendat contra legem: nunc contra charitatem.

24 ממרום mimmaróm ideſt de excelſo (incipientes): noſter verò ait in excelſo: prius de rebus excelſis per infidelitatem calumnioſè locuti ſunt: nunc iniquitatem in excelſo eſſe: vt ait Beatus Paulus, Nomen Dei per vos blaſphematur, & nunquid iniquus

eſt Deus, qui infert iram, ut aliqui dicunt.

25 ידברו iedhabbéru ideſt loquentur: noſter verò ait locuti ſunt: vt ſuprà dices.

26 תהלך tihalách ideſt ambulabit te: noſter verò tranſiuit ait: prius in genere ambulabit operibus ſine gratia factis, vt Pelagiani faciebant, vt à Dei fide auerterent: nunc verò tranſiuit ſapientia humana, vt, per ſæcnlares laudes eius commendans terrena, affectu amoris traheret in diligenda eadem.

27 ישיב iaſcíu ideſt conuertere faciet: noſter verò conuerteretur ait: vt ſuprà dices.

28 עמו àamo ideſt populus eius: noſter verò populus meus ait: prius pater dicebat populus eius ideſt Chriſti: nunc Chriſtus ait, Populus meus.

29 ומי vmé ideſt & aquæ: noſter verò ait & dies: prius aquæ gratiæ, & fidei: nunc dies ſapientiæ cœleſtis, quæ Spiritus ſancti donum eſt.

30 ימצו immázu lámo ideſt exprimentur eis: noſter verò ait inueniétur in eis: prius externè aqua gratiæ, & fidei exprimebatur, quia de foris venit: nunc dies ſapientiæ inueniuntur in nobis de profundo cordis manantes.

31 ידע iádhaà ideſt nouit: noſter verò ait ſcit: vt ſuprà dices, circa finem pſal. primi.

32 ירשעים reſcàiím ideſt impij: noſter verò peccatores ait: vt ſuprà dices.

33 ושלוי veſcaluí ideſt & quieti: noſter uerò & abundantes ait: ſecundum declaratat cauſſam primi.

34 השגו hiſcgú ideſt multiplicare fecerunt: noſter verò obtinuerunt ait: prius cupiditas apprehendendi: nunc ſimplex etiam actus obtinendi diuitias vti potiſſima fœlicitatis remedia, reprobantur.

35 חיל cháil ideſt ſubſtantiam: noſter verò diuitias ait: prius diuitiæ erant ceu ſubſtantiæ fœlicitatis ſeculi: nunc minimè ſunt.

36 Addit æditio noſtra & dixi, quod ſupplere neceſſe erat,

etiam in textu hebræo deficiens.

37 אך ach ideſt certè: noſter uerò ait ergo:ſecundum magis aptè ponitur, quàm primum.

38 זכיתי ʒiccíthi ideſt mundaui : noſter uerò ait iuſtificaui:prius à malo purgans:nunc per charitatis donum iuſtitia induens.

39 וארחץ veercház ideſt & lauabo uerſum in præteritū: noſter uerò & laui ait: ut ſuprà dices.

40 בנקיון benicaión ideſt in innocentia: noſter uerò ait inter innocentes : prius pro lege ſcripta ſeruanda : nunc manus operum charitatis , quæ eſt in legis profundo, & inter innocentes noui teſtamenti moratur .

41 כפי caphái ideſt palmas meas:noſter verò manus meas ait: ut ſuprà dices.

42 ואהי vaehí ideſt & ero conuerſum in præteritum:noſter uerò ait & fui:ut ſuprà dices .

43 ותוכחתי vethóchachtti ideſt & increpatio mea: noſter verò ait & caſtigatio mea:ſecundum declarat primum.

44 אמרתי amártti ideſt dixi:noſter uerò ait dicebam: vt ſuprà dices .

45 בגרתי baghádhtti ideſt mentitus ſum:noſter uerò ait reprobaui: prius mentitus ſum,fide eorum relicta:nunc reprobaui, quò ad mores prouidentiā eorū.

46 ואחשבה vaachaſeuá ideſt & cogitabo : noſter verò ait exiſtimabam:prius per cogitatiuam media perueniendi ad finem cogitabo , puta tunc legem: nunc per exiſtimatiuā exiſtimabam finem omniū rerū.

47 בעיני beèenái ideſt in oculis meis: noſter verò ait ante me: ſecundum declarat primum.

48 אבוא auó ideſt veniam: noſter verò ait intrem:prius per fidem venientes appropinquabamur Chriſto myſteriorum noui teſtamenti ſacrario : nunc uerò per charitatem ingredimur illud .

49 מקדשי micddeſcé ideſt ſanctuaria : noſter uerò ait in ſanctuarium : prius ſanctuaria ſcripturarum

rum plura : nunc in Chriſtum per charitatem , qui unius eſt, in quo omnes ſtatim innoteſcunt ſcripturæ .

50 אבינה auína ideſt intelligere faciam : noſter uerò ait & intelligam:vt ſuprà dices dupliciter.

51 לאחריתם leacharitám ideſt nouiſſimo eorum : noſter uerò ait in nouiſſimis eorum : prius unum nouiſſimum eorum ruina , & damnationis procella per infidelitatem erat : nunc in ſingularibus rationibus cuiuſque rationem intelligam.

52 בחלקות bachalacóth ideſt in lubricis : noſter uerò ait propter dolos : prius ex vehementi dilectione terrenorum in poſſeſſionibus lubricitates eorum unde exeunt pones : nunc non propter eas, quia poſſent huiuſmodi ſeruari, ſed propter dolos , quibus innocentem carpunt , & in ruinam deijciunt eum.

53 תשית taſcíth ideſt ponere facies:noſter verò poſuiſti ait : ut ſuprà dices.

54 למשואות lemaſcuóth ideſt diſſolutionibus : noſter verò ait dũ alleuarentur:prius ruina malorum exprimebatur : nunc ad maiorem ignominiam eorum ſicut exaltatos à Deo per Charitatis dona reprimere tentabunt;ita & ipſi, dum aleuarentur, deiecti ſunt.

56 היו aiú ideſt fuerunt : noſter uerò ait facti ſunt : vt ſuprà dices .

57 תמו tammú ideſt conſummauerunt ſe:noſter verò perierunt ait : prius mala uoluntas cauſſa ruinæ exprimebatur:tunc cũ dicebatur conſummauerunt ſe:nunc actus ex malo actu contrario quo periterunt .

58 בלהות balahóth ideſt horrores: noſter uerò ait propter iniquitatem : prius propter horrores à fide cadentes deſperauerunt ſe : nunc propter iniquitatem perierunt, charitate priuati.

59 מהקיץ mehacíz ideſt à uigilando:;noſter uerò ait ſur gentiũ:aptior eſt .cõparatio hæc, quã prima.

60 Addit ęditio noſtra tua : prius quę in uniuerſùm erat terreſtris : nunc tua cæleleſtis eſt.

60 תבזה tiuzé ideſt ſpernes : noſter uerò ait ad nihilum rediges : prius ſpernes corporaliter affligendo à gratiæ tuę tutela abſciſos : nunc ad nihilum & corporaliter , & à cæleſti gloria Spiritus eorum ſeparans.

61 יתחמץ ithchammèz ideſt acerbabit ſe : noſter uerò inflammatum eſt: prius acerbitate paſſionis iræ: nunc ex zelo à charitate inflammato.

62 אשתונן eſctonán ideſt actuam me : noſter uerò ait commutati ſunt : prius acuerunt ſe ex acerbitate cordis : nunc ex calore charitatis commutati ſunt.

63 ואני בער uaanì báàar ideſt & ego inſipiens : noſter uerò ait & ad nihilum redactus ſum ; prius ceu priuatus ſapientia,ſed non iuſtitia legis : nunc autem exiſtimatione mei ad nihilum redactus ſum.

64 ולא ארע uelo edaà ideſt & non ſciam : noſter uerò & non ſciui ait : ut ſuprà dices.

65 בהמות behemóth ideſt iumenta : noſter uerò iumentum ait : ſecunda aptior eſt comparatio.

66 הייתי aiíthi ideſt fui : noſter verò factus ſum ait: ut ſuprà dices.

67 עמך ìimmmácha ideſt cum te:noſter uerò apud te ait: ſecundum magis apertè exprimit , quàm primum.

68 ביך beiádh ideſt in manu (tua) : noſter uerò ait manum : hoc magis appoſitum,nũc eſt quam primum.

69 בעצתך baàazathechá ideſt in conſilio tuo: noſter uerò & in voluntate tua ait : prius ratione fidei : nunc in uoluntate ratione charitatis.

70 תנחני tanchéni ideſt duces me : noſter uerò ait deduxiſti me : ut hic ſuprà quis dupliciter dices.

71 ואחר ueachár ideſt & poſt : noſter uerò ait cum : prius vltra gloriam ideſt vltra id in quo gloriari poſſumus ideſt gratis : nunc autem cum gloria

nanque

nanque datur ratio merendi nobis.

72 תקחני ticcachéni ideſt ſuſcipies me : noſter uerò ſuſcipiſti me ait : ut ſuprà dices.

73 עמך ímmechá ideſt tecum : noſter verò ait & te : quòd magis apertè dicitur.

74 לא חפצתי lo chapházti ideſt non uolui : noſter uerò quid volui ait : prius tecum comparandum nihil uolui, ſed tamen multorum deſiderium remanet : nunc autem nihil omnino aliud à Deo appetendo volumus ſuper terram.

75 בארץ baárez ideſt in terra : noſter uerò ſuper terram ait : prius terrenum refutabat : nunc etiam ſpirituali ſuper terram licet ſit non præcipuè uolui illud.

76 לעולם leòolám ideſt ęterno : noſter uerò in æternum ait : ut ſuprà dices.

77 הצמתה hizmatta ideſt ſuccidere feciſti : noſter uerò ait perdidiſti : prius corporaliter: nunc æternaliter perdidiſti.

78 כל זונה col zoné ideſt omnem fornicantem : noſter uerò ait omnes, qui fornicantur: ſecundum magis clarè, & aptè exprimit, quàm primum.

79 מלאכותיך malacothéca ideſt opera tua : noſter verò ait prædicationes tuas : ſecundum declarat primum, nanque opera Dei ſunt prędicanda, & de ſe manifeſta ſunt omnibus.

80 Addit ędițio noſtra in portis filiæ ſion: prius terra apta non erat ſuſcipiendi prædicationes myſteriorum : nunc in portis, & introitu Eccleſiæ gentium filiæ ſion, quæ per fidem ſpeculabatur Deum aptè ſuſcipiuntur illæ.

Vt quid Deus repuliſti.

## PSAL. LXXIII.

1 Addit æditio noſtra in finem, quia pſalmus iſte ducit

cit nos in æternæ gloriæ finem, ad quem non ducebat eos, qui, ad uetus teſtamentum pertinentes, afflicti corporaliter erant.

Hab. Tex. Heb.

2 משכיל maſccil ideſt intelligere faciens: noſter uerò ait intellectus: prius per bonam volunta tem ex tribulatione, quæ propria erat ueteri teſtamento intelligere faciens erat: nunc intellectus infuſus conſideratur, qui proprius eſt nouo teſtamento.

3 זנחת ʒanáchtta ideſt elongaſti: noſter verò repuliſti ait: prius elongaſti per infidelitatem, ut de his dicit Beatus Paulus, qui longè eratis per infidelitatem uidelicet: nunc repuliſti per odium contra charitatem.

4 לנצח lanéza ideſt æterno: noſter uerò in finem ait: ut ſuprà de æterno dictum eſt, dices.

5 יעשן ieèſcán ideſt flumabit: noſter uerò ait iratus eſt: ſecundum exprimit primum.

6 בצאן be zón ideſt in oue: noſter uerò ait ſuper oues: prius in oue vna in fide, quę per malam voluntatem ipſa malitia eſt: nunc ſuper oues plures ſecundum diſcretam uirtutem ex ſuper addito odio in electiua virtute exiſtente.

7 ציון זה zigión ʒe ideſt ſion hoc: noſter verò ſion ait: prius templum fabricatum in monte ſion hoc quaſi demoſtratum in Iudæa exiſtens, ſignificabatur: nunc ſion ſpiritualis, & ideſt apoſtolicus chorus ubiq; diffuſus, & uniuerſaliter idcirco plorus innuitur.

8 פעמיך peàamécha ideſt greſſus tuos: noſter uerò ait manus tuas: prius opera affectuum: nunc manuum etiam opera ponuntur: ſecundùm conuenientiam utriusque ſtatus: nanque antiquitus affectus erat: nunc opera electiuę virtutis ſunt.

9 למשאות maſſcuóth ideſt deſſolationibus ultimis: noſter uerò ait in ſuperbias eorum in finé: ſecundùm declarat primum, & cauſſam primi reddit: ſuperbiæ enim ſunt deſſolationum cauſſę.

colheráá

10 כל הרע col heráá ideſt omnis(qui)malignare faciet: noſter uerò ait quanta malignatus eſt:prius mala voluntas malignare faciens reprobabatur: nunc etiam actus ab electiua virtute procedens.

11 בקדש baccódhes ideſt in ſanctitate: noſter verò ait in ſancto: ut ſuprà dices.

12 שאגו ſaaghû ideſt rugierunt: noſter uerò ait & gloriati ſunt ſecundum declarat primum nanque in rugitu quid dixerint, & quo affectu explanat.

13 צרריך zorerécha ideſt anguſtatores tuos: noſter uerò qui oderunt ait: prius ratione actus externi: nunc etiam interni odii contra charitatem reprobantur.

14 יודע iuadháà ideſt erit notificata: noſter uerò ait & non cognouerunt: prius externè ut uideri poſſit ab omnibus: nunc Spiritu & myſterio non cognoſcetur, quod in ruinam eorum cedet.

15 מביא meui.i. intrare faciente: noſter uerò in exitu ait: ſecundum magis exprimit, quàm primum.

16 למעלה lemàalá ideſt ſuprà: noſter uerò ait quaſi in ſilua: ſecundùm magis explicatum propoſitum declarat, quàm primum.

17 עץ èez ideſt ligni: noſter uerò ait lignorum ſecundùm magis eſt aptum quàm primum.

18 קרדמות carddummóth.i.ſecures: noſter uerò ſecuribus ait magis aptè: nunc dicitur.

19 ועת ueaattà.i.&:nunc ſecundum uerò ait exciderunt:ſecundùm declarat primum.

20 פתוחיה phittuchéah.i. ſculpturas eius: noſter uerò ait ianuas eius: ſecundùm declarat primum.

21 וכלפות uechelaphóth.i. & malléis: noſter uerò ait & aſcia: magis aptè nunc dicitur, quã prius.

22 יהלמון iachalmún.i. conterent: noſter uerò deiecerunt ait:ut ſuprà dices.

23 שלחו באש ſcilchú baeſc ideſt miſerunt in ignem: noſter uerò ait quieſcere faciamus .i. dies feſtos propterea: ſecundum eſt finis primi, & 

prius actus : nunc mala uoluntas efficax reprobatur.
24 מקדשיך micdhaſcécha ideſt ſanctuaria tua : noſter uerò ait omnes dies feſtos : ut ſupra híc dices.
25 לארץ laárez.i.terræ:noſter uerò in terra : ſecundum magis aptè exprimit quàm primum.
26 שרפו ſarephú.i.incenderunt : noſter verò quieſcere faciamus ait : ſecundum finis eſt primi.
28 עדמה àadh má.i.uſq; quò:noſter verò ait amplius:ſecundum declarat primum.
29 צר zar.i.anguſtator : noſter uerò ait inimicus : prius actus externus reprobabatur malus:quem poterant cauere : nunc habitus inimicitiæ contra charitatem, quam poſſumus nunc habere,reprobatur.
30 ינאץ ienaéz.i. ſpernet : noſter uerò ait irritat : prius externè reprobando : nunc affectu irritando in pœnam contra charitatem.
31 אויב oicú. i. inimicus : noſter uerò aduerſarius ait : prius contra charitatem bonæ voluntatis in odium trahens fideles:nunc eos, in charitate firmatos,tribulationibus corporalibus uexans.
32 לנצה lanézah ideſt (æterno)fini : noſter uerò ait in finem : ut ſuprà dices.
33 תשיב thaſcíu ideſt reducere facies : noſter uerò ait auertis ; prius afflictionem corporalem reducere facies in populum Chriſtianum,in perſecutionibus relinquendo eum : noſter verò ait auertis,non vindicando aduerſarios , & temporali , atque æterna pœna.
34 כלה challé ideſt conſumendo : noſter verò ait in finem : ſecundum declarat primum.
35 מלכי malchí ideſt rex meus : noſter verò ait rex noſter : prius unius in fide : nunc diſcrimine uirtutum plures.
36 פעל póëel ideſt faciens;noſter uerò operatus eſt ait, ut ſuprà dices.

ieſcuòóth

37 ישעות ieſcuòóth ideſt ſalutes: noſter uerò ait ſalutem prius corporalem, & ſpiritualem, pro ſæculo iſto: nunc ſpiritualem præcipuè.

38 פוררת porártta ideſt confregiſti: noſter verò confirmaſti ait: prius ratione populi hebræi confregiſti capita draconum dæmonis, ne adoraretur ab eis, qui fide uirga diuiſit mare, & ipſum tranſiuit: nunc ex charitate tua, in Chriſtianos expenſa confirmaſti, conſolidans mare tumultus gentium, ne perdere Chriſtianos ualeret corporaliter aduerſarios, odio perſequentes contra charitatem Chriſtianos, affatim deſtruens.

39 בעזך beùu ʒechà ideſt in fortitudine tua: noſter uerò in virtute tua ait: prius corporaliter perſequendo aduerſarios: nunc in uirtute, ſapientiam mundi, ſignificatam per mare, confundens; nanque, quò magis creſcebat tumultus gentium, eo amplius multiplicabantur fideles.

40 שברת ſcibbártta ideſt fregiſti: noſter verò contribulaſti ait: prius idola ne adorarentur per infidelitatem à mundo: nunc contribulaſti, ne cognoſcerentur ſuperiora omnibus, ſed Deus: noſter Chriſtus per charitatem, in ſacramento altaris expenſam, oſtenſus ſupremus eſt omnibus.

41 על המים àal hammáim. i. ſuper illas aquas: noſter verò ait in aquis: prius ſuper illas excellentiſſimas aquas ideſt ſapientiæ diuinæ, quæ per literam he ſignificatur hebræis fundatis per fidem; nam ſicut aquæ merſeſerunt principes ætyopum, ita & ſapientia diuina omnē altitudinem ſapientiæ humanæ confudit, qua elatus incedit dęmon: nunc quemadmodum in aquis maris rubri explicata fuit excellentia Dei ſuper dæmones, ita in ſapientiam diuinam per charitatem Chriſtianis ingreſſis, charitate, protegens illos Deus, eadem obduratos in perſequendo deiecit.

42 תתנני titenènnu ideſt dabis eum: noſter uerò dediſti eum ait: ut ſuprà dices.

lezigiím

43 לציים lezigiím ideſt deſerta arida incolenti : noſter uerò ait populis ętyopum ſecundum declarat primum .

44 מעין maàián ideſt fontem: noſter verò ait fontes prius vnus ratione fidei : vnius nunc plures ratione donorum Spiritus ſancti plurium.

45 ונחל uanáchal ideſt & torrentem : noſter uerò ait & torrentes : ut hic ſuprà dices.

46 הכינות hachinótha ideſt præparare feciſti : noſter uerò ait fabricatus es : prius pater ab æterno , & per filium : nunc filius ut cauſſa formalis fabricatus eſt.

47 מאר maór ideſt luminare : noſter uerò ait auroram:ſecundum declarat primum.

48 היצבת hizáutta ideſt ſtatuere feciſti: noſter uerò ait feciſti : nunc magis exprimit , dicens feciſti quales, videlicet, ſunt in veritate.

49 והרף uahóreph ideſt & hiemem : noſter verò ait & uer : prius hiemem oppoſitum æſtati: nunc uer quia de uete,& autumno mentio non fiebat, hac de cauſa quippe hiemem mutauit in uerem , ut & oppoſitum autumnum intelligas.

50 יצרתם iezarttám ideſt formaſti eos : noſter uerò ait pſalmaſti ſecundum declarat primum.

51 נבל nauál. i. ruſticus moribus : noſter verò inſipiens ait : prius à lege morali apta ſtatui naturæ legis deficiens: nunc ſpiritu ſapientiæ priuatus.

52 נאצו niazú ideſt ſpreuerunt:noſter uerò incitauit ait : prius malitia ſpretus reproba batur : nunc etiam affectus incitationis electiuæ uirtutis ad iram.

53 תתן tittén ideſt dabis:noſter uerò ait tradas :: ut ſuprà dices.

54 נפש napheſc ideſt animam : noſter uerò ait animas : prius una ratione fidei unius in omnibus : nunc plures ratione charitatis diſcernentis ſingulos.

55 תורך torécha ideſt turturis tui : noſter uerò ait confitentes tibi : prius grauata carne, ceu turtur vnus

per

per unam fidem ingemiſcens erat: nunc charitate.quæ, in gradus diuerſo diſtinguit inflãmatæ confitebuntur tibi.

56 חית chagiáth ideſt uitam: noſter uerò ait & animas: prius corporalem: nunc animas hominum partes, & ut ſuprà hic dices.

57 אל תשכח al tiſceách.i.ne obliuiſceris: noſter uerò ne obliuiſcaris ait: ut ſuprà dices.

58 לנצח lanézach ideſt æterno: noſter verò ait in finem: ut ſuprà dices.

59 הבט habbét ideſt ſcrutate fac: noſter uerò ait reſpice: prius intellectu: nunc, incarnatus, oculis corporeis reſpice.

60 לברית labberíth ideſt pacto: noſter verò ait in teſtamentum tuum: ſecundum declarat primum.

61 מחשכי machſcecé ideſt obſcuritatis: noſter uerò ait, qui obſcurati ſunt: prius mala voluntate obſcuratio dicebantur: nunc electiua virtute obſcurati dicuntur.

62 נאות neóth ideſt (pulchris) habitaculis: noſter verò ait domibus: prius pulchritudine fidei, & ſapientiæ humanæ: nunc autem charitatis, quæ pulchra facit, priuati, domibus ſimpliciter dicuntur.

63 חמס chamás ideſt iniquitatis: noſter uerò ait iniquitatem: prius vna malitia iniquitatis erat, in qua iungebantur omnes: nunc plures ratione electiuę uirtutis, in qua diſtinguntur uirtutum diſcrimine.

64 אל ישב al iaſcóu ideſt ne reuertetur: noſter uerò ait ne auertatur: ut ſuprà dices.

65 קומה cuma ideſt ſurge: noſter uerò ait exurge: prius ad uindicandum corporaliter: nunc exurge ad ſpiritualiter puniendum Deus per reſurrectionem oſtenſus.

66 ריבה ריבך riuá riuécha ideſt litiga litigium tuum: noſter uerò ait iudica cauſſam tuam: prius ut homo quaſi ex iuſtitia procedens iuxta ſtatum veteris legis: nunc iudica Deus

cauſſam tuam, vindicans aduerſarios tuos.

67 חרפתך cherpathechá ideſt improperij tui: noſter uerò ait improperiorum tuorum : prius contra unam fidem : nunc plurium ob reſiſtentiam pluribus uirtutibus factam.

68 מנינבל mininauál ideſt à ruſtico : noſter uerò ait ab inſipiente : prius à ruſtico moribus proprijs veteri teſtamento : nunc ab inſipiente, qui ſola terrena affectat cęleſtibus ſpretis , quæ propria ſunt teſtamento nouo.

69 תשכח tiſccách.i.obliuiſceris:noſter uerò obliuiſcaris ait : vt ſuprà dices.

70 צרריך zorerécha ideſt anguſtia afficientium : noſter uerò ait inimicorum tuorum : prius actus malus : nunc etiam habitus contra charitatem electiuæ uirtutis , reprobatur.

71 שאון ſceon.i.tumultus : noſter verò ait ſuperbia : ut híc ſuprà dices.

72 קמיך camécha ideſt inſurgentium tibi : noſter uerò qui te oderunt ait : uti pariter ſuprà híc dices.

Confitebimur tibi Deus.

## PSAL. LXXIIII.

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori : noſter uerò in finem ait : vt ſuprà dices.

2 תשחת taſcchéth diſperdere facies : noſter uerò ait corrumpas: prius diſperdes per rationẽ contra fidem: nunc uerò ne corrumpas per odium,& ſuperbiam contra charitatem.

3 הודינו hodhinu ideſt confiteri fecimus : noſter verò confitebimur ait : prius pro primo aduentu : nunc confitebimur in ratione ſecundi aduentus : item idem replicatur ſemel.

4 וקרוב vecaróu ideſt & proximum : noſter uerò ait

&

& inuocabimus: prius quia pr pinquum erat nomen tuum per fidem: nunc per charitarem inuocabimus.

5 ספרו ſiperû ideſt narrauerunt: noſter uerò ait narrabimus: prius apoſtoli narrauerunt in primo aduentu, à nobis diſtincti: nunc uerò nos narrabimus.

6 מישרים miſcarim ideſt rectitudines: noſter uerò iuſtitias ait: prius legis ſeueritatis: nunc charitatis iuſtitias, ſecundum æquitatem iudicandas.

7 נמנים ארץ nemoghím érez ideſt liquefacti (qui ſunt) terra: noſter uerò ait liquefacta eſt terra: ſecundum eſt declaratio primi; ne enim intelligerentur homines qui diſſoluti ſunt in diluuio, ait liquefacta eſt terra.

8 תכנתי ticcántti ideſt driexi: noſter verò ait confirmaui: idem ut ſuprà híc dices.

9 סלה séla ante dixi addit tex. heb. ut ſuprà dices.

10 להוללים lacholelìm ideſt glorioſis: noſter verò ait iniquis: prius contra fidem ſuperbis: nunc contra charitatem iniquis.

11 אלתהלו altahóllu ideſt ne gloriemini: noſter verò ait, nolite iniquè agere: vt ſuprà híc dices.

12 ולרשעים uelareſcaìm ideſt & impijs: noſter verò ait & delinquentibus: prius contra fidem impijs: nunc contra innocentiam, & timorem Dei, ex charitatis defectu delinquentibus.

13 בל תרימו bal tarímu ideſt ne exaltare facietis: noſter uerò ait nolite exaltare: ut ſuprà dices.

14 ל la ideſt ad: noſter uerò ait in: prius ad alium ex fide ceu appropinquabamus: nunc ìnexiſtimus ex charitate.

15 Addit æditio noſtra nolite ante loqui: híc ſuppletur, quod prius deficiebat.

16 בצואר עתק bezauác àathâſi ideſt in colloforti: noſter

ſter uerò aduerſus Deum iniquitatem: ſecundum decla rat primum.

69 לא אפיר lo aphír ideſt nõ frangere faciã: noſter uerò non diſpergam ait: primum eſt cauſſa efficiens ſecundi.

70 ולא אשקר uelo aſcaccér ideſt & non mentire faciã: noſter uerò neque nocebo ait: prius contra fidem: nunc contra charitatem.

71 לוצא mozâ ideſt egrediens: noſter uerò ait quæ procedunt: prius uerbum fidei perpetuæ uirtutis erat, non legis antiquę, quæ non durauit perprtuò: nunc etiam generaliter quæcunque procedunt.

72 לא אשנה lo aſcané ideſt nõ mutabo: noſter uerò ait non faciam irrita: ut ſuprà hic dices.

73 נשבעתי niſcbbaátti ideſt iuratus ſum: noſter uerò ait iuraui: prius pater iuratus eſt: nunc filius p

patrem

patrem iurat.

74 בקדשו becodhſci ideſt in ſanctitate mea: noſter uerò ait in ſancto meo: prius pater in ſanctitate filij abſtracta exiſtente iuratus eſt: nunc in ſancto meo uirtute per incarnationem concreta.

75 לעומם leòolám ideſt æterno noſter uerò in ęternũ ait: ut ſuprà dices.

76 יהיה iéhie ideſt erit: noſter uerò ait manebit: ſecundum declarat primum; nanq; ideo ſemen eius in ęternum erit, quia Chriſtus, qui ſemen eius eſt, in æternum manebit &c.

77 יכון íccon ideſt præparabit: noſter uerò ait perfecta: ſecundum declarat primum.

78 סלה séla ante tu uerò addit tex. heb. vt ſuprà dices.

79 זנחת ʒanáchtta ideſt elongaſti: noſter uerò repuliſti ait: prius per infidelitatem contra fidem: nunc repuliſti contra charitatem.

80 התעברת עם משיחך ithàabbárta iím meſcichécha .i. iratus es te cũ Chriſto tuo: noſter uerò ait diſtuliſti Chriſtum tuum: ſecundùm declarat quomodo: in hoc enim iratus, es quia diſtuliſti &c.

81 נארתה neartta. i. elongare feciſti: noſter verò ait auertiſti: prius ceu mala uoluntate elongare feciſti ex ſpiritu uindictæ uoluntatis tuæ, & ex defectu fidei noſtræ: nunc uti charitatis defectu ex electiuæ uirtutis malitia noſtra & uindicta tua illi reſpondente, auertiſti.

82 לארץ laárez. i. terræ: noſter uerò ait in terra: prius Dei uindicta appropinquare faciebat terræ etiam uoluntatem illam ex fidei defectu: nunc in terra electiuam uirtutem, ex abſentia charitatis defigens.

83 מגרתה miggártta. i. traxiſti: noſter uerò colliſiſti ait: plus ſecundum quàm primum exprimit.

84 הכצרת hiczártta. i. minorare feciſti: noſter uerò minoraſti ait: ut ſuprà dices.

85 עלומיו àalumáu ideſt adoleſcentiarum eius : noſter uerò temporis eius ait : plus ſecundum quàm primum, & verè exprimit.

86 העטית heèethítha ideſt operire feciſti:noſter verò perfudiſti ait : ut ſuprà dices .

87 עליו àaláu ideſt ſuprà eum : noſter uerò ait eum:prius ratione ſuperiori, quæ ſuper electiuam exiſtens, ſuper eum dicitur : nunc eum ex electiuæ uirtutis malitia, qua conſtituitur ipſe.

88 סלה séla ante uſque addit tex. heb. ut ſuprà dices .

89 תסתר tíſather ideſt abſcóderis te:noſter verò ait auertis:ut ſuprà dupliciter dices.

90 זכר אני מה חלד zechâr anní mechá ledh ideſt memento mei quantum tempus: noſter uero ait memorare mei , quæ mea ſubſtantia:prius tempus uitę corporalis exprimebatur : nunc ſubſtantia animę uitæ,& corporis.

91 על מה àal ma ideſt ut quid : noſter uerò ait nunquid prius deleta uita corporali , ut quid: nunc eã ablata eſt : nunquid dubitanter dicit , quo & ſpiritualem uitam ſub dubio deleri ſuſpicatur .

92 בצאת barátha ideſt creaſti : noſter verò conſtituiſti ait:prius quò ad primam terræ , & voluntatis conſtitutionem: nunc quò ad formationem corporis,& totius intellectiuæ rationalis,& ſenſitiuæ animæ perfectam conſtitutionem.

93 צדם adhám ideſt hominis : noſter uerò hominum ait: prius per peccatum originale uti vnus erat homo : nunc uerò per actualia peccata plures ideſt differentes ſunt.

94 גבר gheuér robuſtus : noſter uerò ait homo: prius robuſtus corpore, qui naturaliter diuitijs uiuere debet : nunc uerò homo:qui de terra dicitur, in quo neceſſitas eſt moriendi.

95 סלה séla ante ubi addit tex. heb. ut ſuprà dices.

hariſoním

96 הראשנים hariſoním ideſt primæ: noſter verò ait antique: aptius nunc quàm prius dicit, quia loquitur de miſericordia adiuuandi corpora, quæ propria teſtamento eſt ueteri.

97 נשבעת niſcbbáátta ideſt iuratus es: noſter uerò iuraſti ait: ut ad 73. dices.

98 כל רבים col rabbím ideſt omnes multos: noſter uerò ait multarum gentium: ſecundum magis aptè exprimit, quàm pri mum.

99 עקבות íſceeuóth ideſt ueſtigia noſter verò commutationem ait: prius ueſtigia, in quibus per impreſſionem ſeipſum oſtendit, & donat, non perfectè declarabat naturam propriam; nanque & uetus teſtamentum ueſtigium Chriſti oſtendit, ſed nouum commutationem ſacramentorum veteris legis in noua teſtamenti noui, factam ſignificat.

100 לעולם leòolám ideſt æterno: noſter verò in æternum ait: ut ſuprà dices.

101 אמן ואמן amen ueamen ideſt uerè, & uerè: noſter uerò ait fiat fiat prius uerè ſicut promiſſum à Spiritu ſancto factũ, quod eſt beatitudo duplex & corporis item & animæ: nunc autem Eccleſia noſtra ex charitate inflammata orat, ut hæc beatitudo duplex in nobis fiat.

Domine refugium. PSAL. LXXXIX.

*Hab. T.H.* איש האלהים iſc ha elohím. i. uiro Dei: noſter uerò ait hominis Dei: prius uiro legis obſeruantia ſecundum ſtatum veteris legis: nunc hominis humilitate ex gratia ſeruari præcipuè exiſtimans.

2 ה אלהים ארני ha élohim adhonái. i. dij domini mei: noſter verò ait Dei: ut in principio pſalmi dices.

3 מעון אתה היית maòón átta haiítta. i. ha bitaculũ tu fuiſti: nr̃ verò ait refugiũ factus es:

prius figurata locutio : nunc ueritas ſignificatur aperta .

4 בדר bedhór ideſt in generatione : noſter uerò ait à generatione : prius refugium corporale in generatione antiqua incepit internè & ſubſecutum poſterius eſt : nunc à generatione antiqua externa nouę, quæ quidem noua ſpiritualiter incepit; nanque huiuſ modi ad ſtatum ſuum ideſt noui teſtamenti de lege communi non pertinebat.

5 ילדו iulládhu ideſt nati ſunt:noſter uerò ait fierent: prius quaſi ex ſe nati montes à terra videntur: nunc autem altius eorum principium exprimit, æternũ videlicet uerbum dicens, fierent.

6 ותחולל uatechólel ideſt & parturiuit (ualde) noſter uerò ait aut formaretur:melius exprimit ſecundum; quia ars, qua parturiet, uti uidere licet, innuitur.

7 ומעולם עד עולם umeòolám ààd hoolám ideſt & à ſæculo & uſque in ſæculum : noſter verò ait à ſęculo, & uſq; in ſæculum : nunc conuenientius, quàm in textu hebræo dicimus.

8 תשב taſcéu ideſt conuertes : noſter uerò ne auertas ait:prius dictum in duo ſenſus diſtingui poteſt, uel aſſertiuè, vel interrogatiuè : nunc interrogatiuè: quia dicens conuertimini,ne hoc fiat,præcatur dicens, ne auertas ; cum addito deſiderio in charitate fundato.

8 עד דכא àadh daccá ideſt uſque ad ultimam contritionem : noſter verò in humilitatem ait : primum eſt principium ſecundi.

10 ותאמר uatómer ideſt & dices : noſter verò & dixiſti ait: ut ſuprà dices.

11 אדם adhám ideſt hominis : noſter verò hominum ait: prius hominis in peccato originali communicantis : nunc pluribus rationibus charitatis amiſſæ peccantes homines.

12 יעבר iaàauór ideſt præteribit: noſter uerò pręterijt ait: ut ſuprà dices.

13 זרמתם ȝeramttám ideſt (aquarum inundatione) perdidiſti eos: noſter verò ait, quę pro nihilo habentur: conuenientius contextus cum noſtra æditione ſeruatur, quàm cum hebræo textu, uti uidere licet.

14 שנא ſcene ideſt ſomnus: noſter uerò ait ànni: ſecundùm declarat primum.

15 ב ba ideſt in: noſter uerò ait &: ſecundum magis aptè explicat, quàm primum.

15 חציר chazír ideſt fænum: noſter verò herba ait: ſecundum magis aptum eſt quàm primum.

17 יחלף iachalóph ideſt tranſibit: noſter uerò tranſeat ait: ut ſuprà dices.

18 בבקר babócer ideſt in mane: noſter uerò ait manè: ſecundùm magis aptum eſt, quàm primum.

19 יציץ iàzíz ideſt florere faciet: noſter verò floreat ait: ut ſuprà dices.

20 וחלף uechaláph ideſt & tranſijt: noſter uerò & tranſeat ait: ut ſuprà dices.

21 ומולל iemolél ideſt excidetur: noſter uerò decidat ait: primum eſt cauſſa ſecundi.

22 Addit æditio noſtra induret: magis explicat ętatum conditiones: nunc quàm prius.

23 ויבש ueiauéſc ideſt & ſiccabitur: noſter uerò ait & areſcat: ut ſuprà dices.

24 כלינו calínu ideſt conſumpti ſumus: noſter uerò ait defecimus: nunc clarius exprimit ſiccitatem humidi radicalis, quàm prius.

25 באפך beapécha ideſt in furore tuo: noſter uerò ait in ira tua: prius in furore ratione præſentis amaritudinis: nunc uerò in ira mortis æternæ, nobis per peccatum originale communicatæ.

26 ובחמתך נבהלנו uuachamathechá niuhálnu ideſt & in ira tua territi ſumus: noſter uerò & in furore tuo turbati ſumus ait: ut ſuprà dices.

27 עלמנו àaluménu ideſt adoleſcentias noſtras: noſter uerò ſæculum noſtrum ait: prius primeuæ ætatis: nunc uerò totius ſæculi noſtri.

28 פניך panécha ideſt facierum tuarum: noſter uerò ait vultus tui: ut ſuprá dices; nanque prius & in præſenti, & in futuro puniens: nunc uultus ut in futuro, &c.

29 פנו panù ideſt tranſuoluti ſunt: noſter uerò defecerunt ait: aptius exprimitur: nunc quàm prius.

30 Addit ęditio noſtra &; quia in ratione charitatis defecimus corpore, ut ſpiritualiter non deficeremus in æternum.

31 הגה héghe ideſt (ſicut) meditatio (ſtatim conſumítur ſunt): noſter uerò ait aranea meditabuntur: ſecundum magis apta eſt comparatio quàm primum.

32 בגבורות bighuuròth ideſt in præualentijs: noſter verò ait in potentatibus: prius corporis: nunc animi ad patiendum ex charitatis dono, quod uitam humanam prolungat.

33 ורהבם uerehabbam ideſt & fortitudo eorum: noſter uerò ait & amplius: ſecundum magis exprimit poſteriorem ſucceſſum uitę, quàm prius, ſed prius dictum cauſſam ſecundi exprimit.

34 ואון uaáuen ideſt & iniquitas: noſter uerò & dolor ait: prius contra charitatē iniquitas ꝑ pęna: nunc exiſtente charitate in ſene, dolor corporalis pro eadem ineſt.

35 כי גז חיש ונעפה chi ghaz chiſc uannaúpha ideſt quoniam uolatus cum feſtinati one, & uolauimus: noſter verò ait quoniam ſuperuenit mãſuetudo, & corripiemur: prius priua ti charitate, nil remanebat ſalutis, ideo ſuccedit feſtinatio, & uolauimus ad aliud ſęculum tranſlati per morte m:

nunc ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur, per pœni tentiam conuerſi.

36 עז אפך ôoz apécha ideſt fortitudinem furoris tui: noſter uerò ait poteſtatem iræ tuæ: prius ad puniendum hic, & in futuro: nunc uerò poteſtatem iræ tuæ, qua æternaliter punis.

37 למנות limnòth ideſt ad numerandum: noſter verò ait dinumerare: nunc aptius exprimit, quàm prius.

38 ימינו iaménu ideſt dies noſtros: noſter verò ait dexteram tuam, quibus in cœlo videlicet victuri ſumus.

39 ונביא לבב חכמה venaví leuuau chochmá ideſt venire faciemus corde ſapienti: noſter verò ait & eruditos corde in ſapientia: prius non declarabat vnde veniemus: nunc verò tu fac eruditos corde in ſapientia.

40 והנחם vehinnáchem ideſt & pœniteat te: noſter verò ait & deprecabilis eſto: ſecundum eſt finis primi.

41 שבענו ſabbeèénu ideſt ſatia nos: noſter verò ait repleti ſumus: prius ſatia nos deſideratam gratiam largiens: nunc repleti ſumus donis Spiritus ſancti, ſed non ſatiati in animo, quod tantùm implebitur, cum gloria Dei.

42 בבקר חסדך babbócer chaſddécha ideſt in manè miſericordiæ tuæ: noſter uerò ait manè miſericordia tua: prius quaſi promeritã gratiam recipiebamus: nunc ex miſericordia ſuſcipimus eam.

43 ונרננה vnrannená ideſt & exultabimus: noſter verò & exultauimus ait: per eandem, quæ primo iuſtificat, ſed non auget nos in bono.

44 ונשמחה veniſmechá ideſt & lætabimur: noſter verò & delectati ſumus ait: vt ſuprà dices.

35 שמחנו ſammechénu ideſt lætifica nos: noſter verò ait lætati ſumus: ut ſuprà dices.

46 עניתנו iinithánu ideſt afflixiſti nos: noſter uerò ait

nos

nos humiliaſti : ſecundum eſt finis primi : & prius cor poraliter: nunc ſpiritualiter.

47 רעה raàá ideſt malum:noſter verò mala ait: prius cor porale,& vnum ratione infidelitatis vnius: nunc mala plura, & corporale, & ſpirituale, & ratione malè meritorum, quæ plura ſunt.

48 יראה ieraé ideſt videbitur: noſter uerò ait reſpice: ſe cundum eſt cauſſa primi; quia enim reſpexiſti, viſum eſt.

49 אל עבדיך el àauadécha ideſt ad ſeruos tuos : noſter uerò ait in ſeruos tuos : prius per fidem approximans : nunc in ſeruos tuos per charitatem ingrediens .

50 פעלך paòoléch a ideſt opus tuum : noſter verò ait & in opera tua: prius opus redemptionis tuum: nunc opera tua diſtincta in te,& in nobis, per virtutem Spiritus ſancti facta, & cognita.

51 על בניהם àal benehém ideſt ſuper filios eorum noſter verò ait filios eorum: prius voluntatem, quæ eſt ſuper nos: nunc electiuam qua nos exiſtimus.

52 והדרך vahadhárecha ideſt & ornamentum tuum: noſter uerò ait & dirige: prius figura : nunc veritas ſignificatur; ornamentum enim in directione conſiſtit.

53 ויהי víhi ideſt & erit: noſter verò ait & ſit : ut ſuprà dices.

54 נעם nóàam ideſt dulcedo:noſter verò ſplendor ait:ſecundum comprehendit primum, & addit ſuper illud; quia ſapientia lumen eſt , dulcedinem charitatis continens .

55 כוננהו conenéhu ideſt dirige ipſum: noſter verò ait dirige:ſine neceſſitate uidetur additum ſecundum phraſim hebream, ipſum:nunc ideo ut non neceſſarium ablatum eſt ſecundum phraſim noſtram.

Qui habitat.

# PSAL. XC.

1 Addit æditio noſtra laus cantici ipſi Dauid: prius Dauidi vt membro Eccleſię pſalmus ipſe dedicabatur, qui diuina protectione cuſtoditus eſt, & corporaliter aduerſarios vicit: nunc ipſi Dauidi ideſt Chriſto laus cãtici perpetuæ victorię offertur; cuius virtute, & nos eoſdem pro ſpirituali victoria laudando, atque canendo uincere poſſumus.

*Hab. T.H.* בסתר beſéther ideſt in abſcondito: noſter verò ait in adiutorio: prius ne tenter, atque offendar: nunc uerò uti tentatus uincam.

3 בצל bezél ideſt in umbra : noſter verò in protectione ait: prius figura: nunc ueritas ponitur.

4 שדי ſcaddái ideſt ſufficientis ideſt omnipotentis: noſter uerò ait Dei cœli: ſecundum declarat primũ; nanque ideo omnipotens eſt, ut hæreditatem ſuam trahat in cœlum.

5 יתלונן ithlonàn ideſt demorabitur ſe: noſter uerò ait commorabitur: vt ſuprà dices.

6 אמר omár ideſt dicam : noſter uerò ait dicet : ſecundum decẽtius ratione ſequelæ dicit nunc, quàm dictum prius.

7 מחסי machsí ideſt ſpes mea : noſter verò ſuſceptor meus (ait) es tu: ſecundum declarat primum.

8 ומצודתי umzudhatí ideſt & arx mea: noſter uerò ait & refugium meum: prius figura: nunc ueritas ponitur.

9 אבטח eutách ideſt confidam: noſter verò ſperabo ait: ut ſuprà dices.

10 יצילך iazilechá ideſt liberare faciet te : noſter uerò ait liberabit me: ut ſuprà dices.

11 יקוש iacuſc ideſt offendiculi: noſter uerò ait uenantium: ſecundum declarat primum.

12 מדבר הגות middéuer hauéth ideſt & à morte contritionũ: noſter verò ait & à uerbo aſpe

ro: ſecundum declarat primum.

13 באברתו beéuratho ideſt in ala ſua: noſter verò ait ſcapulis ſuis, ſecunda eſt aptior comparatio, quàm prima.

14 יסך iaséch ideſt proteget: noſter verò obumbrabit ait: prius proteget corporaliter etiam ſi videat te offenſione diuina dignum: nunc obumbrabit, ne uideant malum, quod reipſa quidem poteſt non eſſe nunc) vnde offendere valeant.

15 ותחת כנפיו vethachat cenapháu ideſt & ſub alis eius: noſter verò ait & ſub pennis eius: prius alis timoris, & ſpei: nunc pennis virtutum, ex alis charitatis productarum calore.

16 צנה וסחרה zinná veſcocherá ideſt ſcutum, & clipeus: noſter verò ait ſcuto circundabit te: prius figura: nunc veritas ponitur.

17 יעוף iaùúph ideſt quæ volabit: noſter verò ait volante: ſecundum aptius ad noſtram linguam aptatur magis quàm primum.

18 מדבר באפל יהלך middéuer baóphel iahalóch. i: à peſte in caligine ambulabit: noſter uerò à negocio perambulante in tenebris ait: ſecundum declarat primum: vide quomodo in pſal.

19 מקטב ישוד micceteu iaſcúd ideſt ab exciſione, quæ vaſtabit: noſter uerò ait ab incurſu, & dæmonio: prius munus erat dæmonis in apertam infidelitatem, vnde exciderem ur à Deo, trahere, ut nos vaſtaret: nunc ut inani gloria operum bonorum inficeret, quæ nunc in charitate facimus.

20 צהרים zahoráim ideſt meridiebus: noſter verò ait meridiano: vt ſuprà dices.

21 יפל ipól ideſt cadet: noſter verò cadent ait: phraſis hebræa iungit verbũ ſingulare cum numero pluriũ: nunc uerò plurale tantùm.

22 רשעים reſcaiím ideſt impiorum: noſter verò peccatorum ait: ut ſuprà dices.

23 מעונך meòonécha ideſt habitaculum tuum: noſter verò ait

rò ait refugium tuum: ſecundum declarat primum.

24 לא תאנה lo theuné ideſt accidet: noſter verò non ac cedet: prius non accidet ratione iuſtitiæ: nunc etiam, non accedet ratione charitatis elongantis peccata, ne ad te appropinquare ualeant.

25 באהלך beaholécha ideſt in tabernaculo tuo: noſter uerò ait tabernaculo tuo: ut ſuprà hìc imme diatè dices: & prius in voluntate, quæ intimum eſt tabernaculi tui· nunc etiam tabernaculo tuo, quod electi uam virtutem roboratam ſignificat.

26 יצוה iezaué ideſt præcipiet: noſter verò mandauit ait: prius ui legis: nunc charitatis ſtudio.

27 לך lac ideſt tibi: noſter verò ait de te: ſecundum magis aptum eſt, quàm primum.

28 לשמרך liſcmorchà ideſt ad cuſtodiēdum te: noſter uerò ait vt cuſtodiant te: ſecundum eſt magis aptum, quàm primum.

29 על כפים àal capáim ideſt ſuper palmas: nunc verò in manibus ait: vt ſuprà dices.

30 תגוף tiggóph ideſt impinget: noſter uerò ait offendas: prius impinget, vt ſcandalum in opere paſſuum euites: nunc etiam in actus ex malitia uoluntatis efficacis manantes, ne offendas &c.

31 רגלך raghlécha ideſt pes tuus: noſter uerò ait pedem tuum: conſequenter ad ſuperiora vbiq; dices.

32 שחל ſcáchal ideſt leonem: noſter uerò ait aſpidem: prius tentatio erat de peccato ſuperbie; vnde prius peccatum originale exortum eſt: nunc aſpidem ait, qui fidem auferre nititur, quæ peccatum ſuperbię, & originale vtcunque abſtulit.

33 תדרך tidróch ideſt calcabis: noſter uerò ait ambulabis: ſecūdum magis clarum eſt, quàm primum, & ipſum declarat.

34 כפיר cephír ideſt leunculum: noſter verò ait leonem: prius filius leonis erat peccatum actuale, quod ex originali oritur, quod cum dæmone, dominante nobis, per leonem ſignificatur nunc, quod per remoti-

nemo

nem actus, conferebatur prius: nunc etiam peccatum originale, & dæmonis dominatus uincitur, & aufertur.

35 בי חשק bi chaſcác ideſt (deſiderio amoris dilectionis completæ) in me deſiderauit: noſter uerò ait in me ſperauit: prius ſignificabatur amor ratione præſumpti meriti boni: nunc ſpes, quæ gratiam continet, ponitur.

36 ואפלטהו vaaphalletéhu ideſt & liberabo eum: noſter verò ait liberabo eum, prius, donum Spiritus ſancti communicas, liberabo eum: nunc in eo prius inexiſtente liberabo eum.

37 אשגבהו aſagheuéhu ideſt exaltabo eum: noſter uerò ait protegam eum: ſecundum eſt finis primi.

38 יקראני icraéni ideſt uocabit me: noſter uerò ait clamauit ad me: prius quaſi ex merito ſecũdum ſtatum legis antiquę: nunc clamauit, uti miſericordiam implorans ſecundum ſtatum teſtamenti noui.

39 אענהו eèenéhu ideſt reſpondebo ei: noſter verò ait exaudiã eum: prius ex fide: nunc ex charitate.

40 בצרה bezará ideſt in anguſtia: noſter verò in tribulatione ait: ut ſuprà dices.

41 אשביעהו asbbièéhu ideſt ſatiare faciam eum: noſter uerò ait replebo eum: magis ſignificat replebo, quàm ſatiabo: nanque appetitus corporaliter ſatiari poteſt, non repletus exiſtens.

42 בישועתי biſcuàathí ideſt in ſalute mea: noſter uerò ait ſalutare meum: prius in gratia mea, qua ſalutem meam aſpicere poſſit, vti & Chriſtus dixit, niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt uidere regnũ Dei: nunc ſalutare meum Chriſtũ quò ad diuinitatem, quò ſalutem nimirum æternam conſequitur.

Bonum eſt. **PSAL. XCI.**

*hab. t.h.* להגיד lehaggédh ideſt ad annũciare faciendum, noſter uerò ait ad annũciãdum: vt ſuprà dices.

balleløth

2 בלילות balleléth ideſt in noctibus: noſter verò ait per noctem: prius in noctibus infidelitate, & corporalibus tribulationibus: nunc una nox, quę tribulationum eſt, ablata omni caligine infidelitatis, infligitur.

3 ועלי נבל vaàalé nauél ideſt & ſuper pſalterio: noſter verò ait in decacordo pſalterio: prius ſuper inſtrumento muſico,& myſticè ſuper obſeruantia legis decalogi, uti dicebat Beatus Paulus, Naturaliter ea,quę legis ſunt, faciunt externè,non legem ſeruantes internè: nunc per charitatem in decacordum obſeruantiæ legis ingredimur.

4 עלי הגיון àalé iggaion ideſt ſuper meditatione:noſter uerò ait cum cantico in cithara: prius ſuper meditatione,ex bona uoluntate procedenti:nũc cum cantico ex charitatis feruore manante, quæ ſummam perfectionem, imbecillitati noſtræ cõuenientem, oſtendit.

5 שמחתני ſimmachttáni ideſt lætificaſti me:noſter uerò ait delectaſti me: prius ex bonæ uoluntatis gratia: nunc ex Spiritus ſancti dono.

6 מאר meódh ideſt valde: noſter uerò ait nimis: ſecundum magis declarat; quia verè excedu t cogitationes cordis noſtri,quod prius per verbum ualde non declarabatur.

7 בער báàar ideſt ſtultus: noſter verò ait inſipiens:prius priuatus vi mentis, & ſenſui voluntariè deditus, nunc qui ſola corporalia quærit, priuatus ſapientia, quæ ſapit æterna.

8 לא יבין lo iauín ideſt non intelligere faciet: noſter verò ait non intelliget:ut ſuprà dices.

9 בפרח biphroách ideſt in florendo: noſter uerò ait cum exorti fuerint: ſecundum declarat primũ.

10 רשעים reſcaïm ideſt impij: noſter uerò peccatores ait:vt ſuprà dices.

11 כמו עשב chemó èéſeu ideſt ſicut herba: noſter verò ait ſicut fœnum: ſecundum plus ſignificat,

&

& aptius ad peccatores aptatur; quoniam ac forsā prę-ſupponit, quę ſucciſa, ſiccitati obnoxia eſt, ut peccatores exiſtunt.

12 ויציצו vagiazízu ideſt & ligare facient (poſt florem fructum germini apenſum): noſter verò ait & apparuerint: ſecundum declarat primum.

13 להשמדם lehiſcamedhám ideſt vt deſtruantur ipſi: noſter verò ait vt intereant ipſi: prius ut deſtruantur in ratione pœnæ ſenſus temporalis, & diuinę vindictæ: nunc paulatim, vt ex ſeipſis intereant.

14 לעולם leòolám ideſt æterno: noſter verò ait in æternum ait: vt ſuprà dices.

15 ותרם vattárem ideſt & exaltabitur: noſter verò ait & exaltabitur, vt notes non eſſe neceſſariam uerſionem futuri in præteritum: vide exemplum hìc poſitum.

16 בשמן רענן beſcemen raàanán ideſt in oleo viridi. i. oliuę: noſter verò ait in miſericordia vberi: ſecundum eſt ueritas primi.

17 ותבט vatabbét ideſt & aſpiciet: noſter uerò ait & deſpexit: ſecundum magis exprimit, quàm primum; nanque & aſpiciendo, deſpexit.

18 בשורי beſcurái .i. in innſidiantes mihi: noſter verò ait inimicos meos: prius per actum malum cõtra actum bonum ueteri teſtamento poſſibilem: nunc etiam inimicos contra charitatem internam, quæ in nouo teſtamento datur.

19 תשמענה אזני tiſmáàan aʒnái ideſt audient aures meæ: nr̃ uerò ait audiet auris mea: prius plures ratione corporalis, & ſpiritualis pœnæ: nunc vna æterna pœna, qua ipſum Chriſtum à Deo puniendum credebant hebræi.

20 ישגה iſggé ideſt creſcet: noſter uerò ait multiplicabitur: prius ex donis, ſtatui veteri cõuenientibus, creſcet: nunc in iſtis multiplicabitur, & in ſuppoſitis illorum per conuerſionem mundi.

21 Addit æditio noſtra domus: prius in atriis donorum gratui-

gratuitorum Spiritus ſancti : nunc in atriis donorum domus charitatis Spiritus ſancti &c.

22 ינובון icnuuùn ideſt fructificabunt : noſter uerò multi plicabuntur ait: vt ad 20. dices.

23 רשנים dheſcením ideſt pingues: noſter uerò ait vberi: ſecundum declarat primum; nam miſericordia uberi huiuſmodi erūt, qui pingues dicebãtur prius.

24 רעננים raàananím ideſt virides: noſter uerò ait bene pacientes: ſecundum declarat primum.

25 להגיר lehaggídh ideſt ad annunciare faciendum: noſter uerò ait vt annuncient: ut ſuprà dices.

26 צורי zurí ideſt petra mea: noſter verò ait Deus noſter: prius figura, & populi vnius : nunc verò ueritas, & mundi totius.

Dominus regnauit decorem.

## PSAL. XCII.

1 Addit æditio noſtra laus cantici ipſi Dauid, in die ante ſabbatum, quando fundata eſt terra : laus hæc perpetui regni Eccleſię Chriſti, in morte illius fundati noſtro ſolum congruit ſtatui, nó veteris Eccleſię populo.

Hab. T.H. גאות geúth ideſt magnificentia: noſter verò ait decorem : ſecundum declarat primum ; etenim celſitudo hæc non ex Spiritus ſancti dono, quod in hoc ſæculo mortales habemus, ſed quàm in immortali gloria conſecuturi ſumus.

3 Addit æditio noſtra & ante præcinxit ſe : nunc per donum Spiritus ſancti, & prius per bonam uoluntatem præcinxit ſe.

4 תכון ticcón ideſt (firmando) diriges : noſter verò firmauit ait: ut ſuprà dices.

5 Addit æditio noſtra terræ poſt orbem : prius fidelium orbem terræ ratione reali, & naturali; quia terra cõmoueri non poteſt Dei promiſſione firmata ; ideo ſecundum ſupplet ſententiam primi.

6 דכים dacheám ideſt contritiones eorum: noſter verò ait fluctos ſuos: prius contritiones patiebantur afflicti ſecundum veteris legis ſtatum : nunc ex charita te minimè patiuntur eas:ſed tribulantur externè.

7 משברי miſcbberé ideſt confractiones:noſter verò ela tiones ait: ut hìc ſuprà dices.

8 נאמנו neeminú ideſt fidelia facta ſunt:noſter verò ait credibilia facta ſunt ait: prius fidelia promiſſa præſtantia : nunc credibilia miraculis , & ſanguine effuſo confirmata.

9 מאד meód ideſt valde: noſter uerò ait nimis:ſecundú magis exprimit , quod in nouo teſtamento fit, vt ſunt nuper dicta.

10 נאוה náaua ideſt pulchra:noſter uerò ait decet: ſecun dum magis exprimit, quod nouo teſtamento có uenit: vide textum.

Deus vltionum .

## PSAL. XCIII.

1 Addit æditio noſtra pſalmus Dauid quarta ſabbati:núc victoria hæc nouo teſtamento tantùm aptari poteſt, vti videre in pſalmi explicatione licebit.

*Hab. T.H.* הופיע hophíaà ideſt ſplendere fecit: noſter verò ait liberè egit: prius minoreſcens ſe ipſum,ſplen dere fecit per fidem, vt omne impedimentum caliginis ignorantiæ tolleretur; quia ignorantia mundus non ſe erigebatur in Deum,& impedire Dei conatus, in ipſum factos, ſe poſſe credebat: nunc liberè, & ſine vllo impedimento agentem Deum oſtendit ex charitate in ſe, & in nobis exiſtente .

3 רשעים reſcaím ideſt impij : noſter verò peccatores ait : vt ſuprà dices: idem repetitur ſemel.]

4 יעלוזו iaàalozu ideſt lætabuntur:noſter verò gloriabuntur ait: prius in malitia voluntatis internè: nunc externè in factis,& uerbis.

5 יביעו iabbíúu ideſt abundabunt (effari facientes): noſter verò effabuntur ait: vt ſuprà dices.

6 וידברו veiedhabberú ideſt (tumidè) loquentur ſe (diſponentes): noſter uerò ait loquentur: prius ex ſuperbia in Deum: nunc ex odio in proximum contra donum Spiritus ſancti loquentur.

7 עתק àathác ideſt arogantiam: noſter uerò ait iniquitatem: prius durum contra Deum: nunc iniquitatem contra proximum.

8 און áuen ideſt iniquitatem: noſter verò ait iniuſtitiá: qualis prius iniquitas erat apud Deum: nunc huiuſmodi iniuſtitia eſt apud eundem: nanque prius, charitate priuati, non puniebant, quæ illo in ſtatu non cómunicabatur: ita nunc iuſtitia perfecta videlicet non eſt in nobis; quotidie enim cogimur dicere, Et dimitte nobis debita noſtra.

9 ידכאו iedhacceú ideſt conteret: noſter verò ait humiliauerunt: prius corpus: nunc verò animum.

10 יענו ieàannú ideſt vexabunt: nunc verò vexauerunt ait: vt ſuprà dices.

11 יהרגו iaharóghu ideſt interficient: noſter verò interfecerunt ait: ut ſuprà dices.

12 ירצחו ieraȝéchu ideſt occident: noſter uerò occiderũt ait: vt ſuprà dices.

13 ויאמרו vagiómeru ideſt & dicent: noſter verò & dixerunt ait: vt ſuprà dices.

14 לא יבין lo iauín ideſt non intelligere faciet: noſter uerò nec intelliget ait: ut ſuprà dices.

15 הנטע hanótaà ideſt non ne plantans: noſter verò ait qui plantauit: ut ſuprà dices.

16 יצר iózer ideſt formans: noſter uerò ait qui finxit: ut ſuprà dices.

17 לא יביט lo iabbít ideſt non aſpicere faciet: noſter uerò non conſiderat ait: ſecundum eſt declaratio primi.

18 היסר haiosér ideſt ipſe caſtigans: nunc verò ait qui corripit: ſecundum eſt declaratio primi.

19 אדם Adhám ideſthominis: noſter verò hominũ ait: vt ſuprà dices.

20 הבל háuel ideſt vanitas: noſter verò ait vanę ſunt: prius ex mala voluntate uana vanitas ipſa dicebantur: nunc ex electiua virtute vani concretè dicuntur.

21 אשרי aſcré ideſt beatitudines: noſter verò ait beatus: ut ſuprà dices.

22 הגבר haggéuer ideſt præualens: noſter uerò ait homo: prius præualens ad operandum, & preliandum: nunc homo vilis ad ſe humiliandum aptus, & domino copulari fidendum.

23 להשקיט lehaſcít ideſt vt quieſcere facias: noſter uerò ait vt mitiges: prius omnino malum auferendo: nunc etiam æternę fœlicitatis ſpe; ut mitiges preſentis ſæculi pœnam.

24 רע ráá ideſt malitiam: noſter verò ait malis: vt ad o. dices.

25 יכרה iccaré ideſt fodictur: noſter verò fodiatur ait: vt ſuprà dices.

26 לרשע laraſcaá ideſt impio: noſter verò peccatori ait: vt ſuprà dices.

27 לא יטש lo ittóſc ideſt non relinquet: noſter verò nõ repellet ait: magis nunc exprimit ex furòre in charitatem oblatam ſpernentes.

28 ואחריו veacharáiu ideſt poſt illum: noſter uerò ait iuxta illum: prius qui poſterius erunt poſt iudicium videlicet adepta ex iudicijs factis iuſtitia, lætabuntur, quia prius patiebantur vt ſeruaretur iuſtitia: nunc qui iuxta illum in gratia charitatis exiſtunt, quę propria eſt teſtamento nouo.

29 עם ím ideſt cum: noſter verò ait aduertas: ſecundum declarat primũ; nanque negocium habet cum hoſtibus, qui aduerſus illos bellum gerit.

30 דומה dumá ideſt tacita (in inferno) noſter verò ait in inferno: ſecundum declarat primum.

31 אמרתי amárthi ideſt dixi: noſter uerò ait dicebam

vt

vt ſuprà dices:

32 יסעדני isàadhéni ideſt ſuſtētabit me: noſter uerò ait adiuuabit me: prius ne cadam : nunc etiam cadens quandoque, adiuuabit ne ruam perpetuò in præceps.

33 שרעפי ſaràapái ideſt cogitationum mearum : noſter uerò ait dolorum meorum:ſecundum eſt effectus primi.

34 בקרבי becirbbí ideſt in intimo meo : noſter verò ait in corde meo: prius intimum mei uolūtas eſt: nunc cor eſt ubi electiua uis reſidet , & operatur: & ſecundum declarat primum.

35 ישעשעו ieſcaàaſcu u ideſt delectari facient : noſter uerò ait lętificauerunt: ut ſuprà dices.

36 היחברך haiechourechá ideſt iungetur tibi:noſter uerò ait adhæret tibi : ſecundum magis apté exprimit, quàm primum , nanque non iungitur ſedes, ſed adhærere dicitur.

37 ב be ideſt in : noſter uerò ait ſecundum: nunc quanta conſolatio futura ſit, quæ prius non exprimebatur.

38 הוות hauóth ideſt peruerſitatum : noſter verò ait iniquitatis: prius cōmendatam legem reprobando factis : nunc iniquitatem contra legem charitatis iudicando.

39 עלי חק àale choc ideſt ſuper decretum : noſter verò ait in præcepto : prius decretum erat præceptum laborioſum : nunc præceptum charitatis patiendi pro alijs eſt illud laborioſum , quod figuratur ex ſacrificio ueteris legis , quod nempè eſt decretum Dei.

40 יגדו iaghódhu ideſt congregabunt exercitum: noſter verò ait captabunt : prius congregabunt exercitum , ſimul plures , ut peccatum ſit ratione communitatis peccantium : nunc captabunt in animam iuſti &cæt. pluribus artibus, vt notet conſummatā malitiam hominis contra charitatem.

41 על àal ideſt ſuper: noſter verò ait in: prius aptando ſuper animam: nunc vitium in animam iuſti, & cótra ipſum in ratione creaturæ, quod ſit quando contra charitatem intendit ſermonem.

42 לצור lezúr ideſt petræ: noſter verò in adiutorium ait: ſecundum eſt veritas primi.

Venite exultemus.

## PSAL. XCIIII.

1 Addit æditio noſtra laus cantici ipſi Dauid; quia ueritas laudis huius, complenda in teſtamento nouo, non ueteri, deſcribitur.

*Hab. T.H.* לכו lechú ideſt ite: noſter verò ait venite: prius ad Chriſtum operum paſſibus: nunc Chriſtus ait, venite religionis affectu.

3 נרננה nerannená ideſt exultabimus valde: noſter uerò exultemus ait: ut ſuprà dices.

4 נריעה naríaà ideſt vociferare faciemus: noſter uerò iubilemus ait: vt ſuprà dices: & prius ob corporalia bona: nunc ob ſpiritualia conceſſa.

5 לצור lezúr ideſt petræ: noſter uerò ait Deo: prius figura: nunc veritas ponitur.

6 ישענו iſcèénu ideſt ſalutis noſtræ: noſter uerò ait ſalutari noſtro: prius à peccato, & corporalibus pœnis: nunc ab æternis, & in uiſionem diuinam nos collocantibus.

7 נקדמה necaddemá ideſt præoccupabimus: noſter verò preoccupemus ait: vt ſuprà dices.

8 פניו panáiu ideſt facies eius: noſter uerò ait faciem eius: prius & ſiniſtram; vnde corporalia bona ſperamus, & dexteram, vnde ſpiritualia: nunc autem vnā dexteram, vnde & gloria æterna, & quæ in eam conducunt, deſcendunt.

9 בזמרות biȝmiróth ideſt in pſalmis: noſter verò ait & in pſalmis: nunc ꝑ donum Spiritus ſancti de

victo-

victoriis ſpiritualibus cõtra peccata iubilamus,vt prius de corporalibus pſallebamus per fidem.

10 נריע nariaàá ideſt uociferari faciemus: noſter verò iubilemus ait: vt ad quartum dices.

11 מחקרי mecheceré ideſt inueſtigationes : noſter uerò fines ait: ſecundũ declarat primum, nanque fines ſunt,qui ſine longa inueſtigatione inueniri minimè ualent.

12 נשתחוה niſettachaué ideſt incuruabimus nos : noſter uerò adoremus ait: vt ſuprà dices.

13 ונכרעה venichréàa ideſt procidemus: noſter uerò & procidamus ait:ut ſuprà dices.

14 נברכה niurechá ideſt incuruabimus nos:noſter verò & ploremus ait: prius corpore ob corporalia bona: nunc uerò ploremus ob ſpiritualia.

15 לפני liphné ideſt faciebus : noſter uerò coram ait : ut ſuprà dices.

16 Addit æditio noſtra Dominus antè Deus noſter: prius non erat ſecundum humanitatem Dominus actu : nunc autem & Dominus eſt, & Deus pariter noſter.

17 וצאן vezon ideſt & ouis:noſter verò ait & oues:prius vna fidei ratione coniuncti : nunc ſingulares ratione charitatis diſtinguentis hominum gradus.

18 עשנו òosénu ideſt faciente nos: noſter verò ait qui fecit nos: ſecundum magis apté rationem temporis exprimit,quàm primum.

19 בקלו becoló ideſt in uocem eius:noſter verò ait vocẽ eius: prius legem in voce Dei terribili datam: nunc autem dulciſſimam vocem prophetæ docentis legem fidei dulciter reſonantem.

20 אל תקשו al táſcu ideſt non obdurabitis: noſter verò ait nolite obdurare: prius actus obdurationis abſentia : nunc etiam affectus nolitionis exquiritur.

21 בחנוני bechanúni ideſt probauerunt me : noſter verò ait probauerunt ideſt opera mea:prius probauerunt me,num eſſem Deus uerax, uel ne: nunc pro cer

to habentes me Deum veracem eſſe, probauerunt, & ui
derunt &c.

22 פעלי paâalí ideſt opus meum: noſter uerò ait opera mea: prius vnum opus quod eſt infidelitatis pœnæ: nunc verò plura in plurium ratione malorum.

23 אקוט acút ideſt litigabo: noſter uerò ait offenſus fui: prius querelis, & uindictis, peccata delere cupiens: nunc verò ait offenſus fui, patiẽter ſuſtinens perſecutiones Eccleſiæ.

24 בדור bedhór ideſt in generatione: noſter uerò ait generationem: prius in generatione hìc plurimorum veteris teſtamenti exiſtentium patrum: nunc generationi huic in uniuersùm per omnia tempora.

25 ואמר vaomár ideſt & dicam: noſter uerò ait & dixi: vt ſuprà dices.

26 עם תעי àam toèé ideſt populus errantium: noſter uerò ait qui errant: ſecundum aptius exprimit, quàm primum.

27 נשבעתי niſcbbàátti ideſt iuratus ſum: noſter verò ait iuraui: prius pater iuratus per filiũ: nunc filius iurat per patrem: nãque per ſemetipſum ideſt per id, quod accepit à patre, quod idem eſt cum patre ego, qui verbum patris ſum, iuraui.

28 באפי beapí ideſt in furore meo: noſter verò ait in ira mea: prius reſpectu corporalis uindictæ: nunc ira ratione ſpiritualis, & æternæ pœnæ.

Cantate Domino canticum nouum.

## PSAL. XCV.

1 Addit æditio noſtra pſalmus Dauid, quando domus ædificabatur poſt captiuitatem; quia liberatio hæc, quam canere nos docet Propheta, ad nouum teſtamentum

tum pertinet, non item ad uetus.

2 Addit æditio noſtra & ante benedicite; quia donum Spiritus ſancti ſignificatum per & in noua tantùm, non ueteri lege donatum eſt.

3 ישועתו ieſcúàatho ideſt ſalutem eius: noſter uerò ait ſalutare eius: ut ſuprà dices.

4 אלילים elillim ideſt idola: noſter uerò ait Dæmonia ſecundùm declarat primum.

5 הדר hadhár ideſt decor: noſter verò ait pulchritudo: prius decor iuſtitiæ fidei, quę & ſe à peccatis deformantibus abſtinet, & fidei lumine claret: nunc uerò pulchritudo Chriſtianę iuſtitiæ, quæ rubedinem decentem charitatis habet.

6 לפניו lephanâu ideſt faciebus eius noſter uerò ait in conſpectu eius: prius faciebus humanitatis, & diuinitatis Chriſti: nunc diuinitatis illius tantùm præcipuè.

7 עז ותפארת óó3 uetiphéreth ideſt fortitudo & gloria: noſter uerò ait Sanctimonia, & magnificentia: prius fortitudo corporalis, & gloria ex uictoria parta: nunc ſanctitas de purata meritis, & ſublimium, ex Spiritus ſancti dono, magnificentia uirtutum.

8 במקדשו bemiddaſcó ideſt in ſanctuario eius: noſter uerò ait in ſanctificatione eius: prius in ſanctuario templi: nunc in ſanctitate donorum ſpiritus ſancti, quibus & ipſi templum ſpirituale Dei efficimur.

9 משפחות עמים miſcpechóth àammím ideſt familiæ populorum: noſter uerò ait patriæ gentium: prius familię populorum, & tribuum hebræi populi, & cæterorum in fide iunctorum cum eis: nunc patriæ gentium gentilis populi in charitate iunctæ.

10 עז óo3. i. fortitudinem: noſter uerò ait honorem: prius fortitudinem, qua bella uincebat: nunc honorem, quia

quia ſpirirualiter ( patiendo ) uincit, & nos in eo uincimus.

11 מנחה minchá ideſt munus : noſter uerò ait hoſtias : prius munus oblationis, quæ eſt panis ille, de quo nunc 28 in principio dicitur, qui eſt oblatio illa gratiſſima De , pro quocunque incenſo ſacrificio accepta : nunc hoſtias cordium noſtrorum offerre debemus.

12 השתחוו hiſttachauû ideſt incuruate uos : noſter uerò ait adorate : prius corpore : nunc ſpiritu adorare debemus.

13 בחדרת קדש bechadhrátt códeſc ideſt in decore ſanctuarij: noſter verò ait in atrio ſancto: ſecundum eſt declaratiò primi : & prius ſanctitas abſtracta erat : nunc ſanctum eſt atrium humanitatis Chriſti.

14 חלו chílu ideſt tremite : noſter verò ait commouetur : prius timore ſeruili : nunc commoueatur timore reuerentiæ concuſſa.

15 מפניו mipanáu ideſt à faciebus eius : noſter uerò ait à facie eius:ut ad ſextum dices.

16 Addit æditio noſtra quia, ut ſit redditio cauſſæ timoris huiuſmodi,qui in gentibus eſſe debebat; quia ſcilicet dominus regnauit : prius autem timor ille in gentibus eſſe non debuit,ſed ſola cognitio quòd dominus regnauit.

17 תכון ticcón ideſt fimabitur : noſter uerò correxit ait : prius firmabitur à Chriſto quò ad diuinitatem in recreatione, & poſt figuratum Diluuium, & idem eiuſdé uirtute in ultima inſtauratione firmabitur ille : nunc in liberatione ab idololatria correxit.

18 Addit æditio noſtra terræ, quia prius orbis tantùm in cõmuni dicebatur, ut non ſit diſtinctio aliqua:nunc orbem illum terrę, qui terrenorum eſt hominum, qui lumen naturale ſequuntur.

20 ידין iadhín.i.iudicare faciet : noſter verò ait iudicabit: ut ſuprà dices.

bemiſcarím

21 במישרים bemiſcarím ideſt in rectitudinibus : noſter verò ait in æquitate : prius ſeueritate iudicij legis:nunc in æquitate ſecundùm charitatem, quę diuinam miſericordiam ſapit.

22 ישמחו iſmachú.i.lętabuntur : noſter uerò ait & exultet : ut ſuprà dices.

24 ירעם iràám ideſt tonabit : noſter verò ait commoueatur : prius timore tonabit : nunc uerò charitatis fundamento commoueantur.

25 יעלז iaàaloʒ ideſt gaudebit : noſter verò ait gaudebunt : prius unica ratione communis omnium fidei : nunc uerò in plurali ſingularium meritorum ratione.

26 שדי ſadhá: ideſt ager : noſter uerò ait campi: ut ſuprà hic dices.

27 יער iáàt.i. ſiluæ : noſter verò ait ſiluarum : ut ſuprà hic dices.

28 לפני liphné.i.faciebus : noſter verò ait à facie utſuprà dices.

29 Addit æditio n ſtra terræ ut ad 19.dices.

Dominus regit exultet.

## PSAL. XCVI.

1 Addit ędirio noſtra ipſi Dauid, quando terra eius reſtituta eſt ei : quia nunc canticum victorię eſt, de quo in pſalmo fit mentio, in nouo teſtamento, tantùm veritatem habet.

*Hab. T.H.* תגל taghél ideſt exultare faciet: noſter verò ait exultet : ut ſuprà dices.

3 ישמחו iſmechú ideſt lætabuntur : noſter uerò ait lętentur : ut ſuprà dices.

4 סביביו ſeuiuàiu.i.circuitibus eius : noſter uerò ait in circuitu eius : prius ratione diuerſorum cultuum : nunc uerò unius tantùm.

mechón

5 מכון mechón ideſt directio : noſter uerò ait correctio : ſecundum eſt declaratio primi; qui enim dirigit extortnm corrigit.

6 לפניו lephanáu ideſt faciebus eius : noſter uerò ait ante ipſum : ut ſuprà dices.

7 תלך teléch ideſt ambulabit: noſter uerò ait præcedet: ſecundum eſt aptius primo.

8 צריו zaráu ideſt anguſtia afficientes eum : noſter uerò ait inimicos eius : prius actu : nunc etiam habitu.

9 האירו heíru ideſt illuminare fecerunt: noſter verò ait alluxerunt quod idem eſt.

10 Addit æditio noſtra terræ: ut ad decimum nonum præcedentis dices.

11 ותחל uatachél ideſt & contremiſcere faciet : noſter uerò ait & commota eſt : prius timore:nunc ex compunctione.

12 מלפני miliphné ideſt à faciebus : noſter uerò ait à facie : ut ad is præcedentis dices : idem repetitur ſemel.

13 הגידו higgídhu ideſt annunciare fecerunt : noſter uerò annunciauerunt ait : ut ſuprà dices.

14 יבשו ieuóſcu ideſt pudore afficientur : noſter uerò confundantur ait : prius erubeſcentia: nunc confundantur intima cordis confuſione , ex culpa æternam pęnam merente.

15 עבדי óouedhé ideſt ſeruientes: noſter verò ait qui adorant : ſecundùm declarat primum.

16 פסל péſel ideſt ſculptile : noſter uerò ait ſculptilia : prius unum ratione infidelitatis :nunc plura ratione uitiorum , quæ cùm plura bona promittunt ad diuerſa trahuntur delicta.

17 Addit æditio noſtra ( ſuis ) ut non omnia ſimulachra in uniuersùm reprobãda teſtetur, ſed dæmoniorum idola ad uitia trahentia tantúm.

18 השתחוו hiſettachauû ideſt incuruate uos: noſter verò ait adorate : ut ſuprà dices.

19 Addit æditio noſtra eius: prius dęmones non cognoſcebantur angeli: nunc uerò, ut cogniti diſcernantur, additum eſt eius.

20 ותשמח uatiſmách ideſt & lętabitur : noſter uerò ait & lætata eſt : ut ſuprà dices.

21 ותגלנה vataghélna ideſt & exultabunt : noſter uerò & exultauerunt ait : ut ſuprà dices.

22 מאד meódh, ideſt ualde : noſter uerò ait nimis : prius ex viſis corporalibus ſignis : nunc & ſpiritualibus tollentibus uitia.

23 הסידיו haſidhâiu ideſt miſericordium ſuorum : noſter, uerò ait ſanctorum ſuorum : ut ſuprà dices.

24 רשעים reſcaîim ideſt impiorum : noſter uerò peccatis ait : ut ſuprà dices.

25 יצילם iazilem ideſt eruere faciet eos: noſter verò ait liberabis eos: vt ſuprà dices.

26 זרע ʒarûaâ ideſt ſeminata : noſter verò ait orta: ſecundum aptius dicit, quàm prius : ut licet uidere in pſalmo.

Cantate. **PSAL. XCV.**

*Hab.* Addit æditio noſtra Dauid; quia ipſi Dauid dirigitur *T.H.* pſalmus victoriæ, qui prius in veritate hiſtorię non habuit eam.

2 הושיעה hoſcîàa. i. ſaluare fecit ſe: noſter verò ait ſaluauit ſibi : ut ſuprà dices.

3 קדשו codhſcó. i. ſanctitatis ſuæ : noſter uerò ait ſanctum ſuum: ut ſuprà dices.

4 ישועתו ieſcuáathó ideſt ſalutem eius: noſter uerò ait ſalutare ſuum : ut ſuprà dices.

5 לעיני leècné ideſt oculis : noſter uerò ait in conſpectu : ſecundùm magis aptè exprimit quàm primum.

ieſcuâáth

6 ישועת ieſcuàáth.i. ſalutem : noſter uerò ait ſalutare : ut ſuprà dices.

7 הריעו haríùu ideſt (lętitia) uociferare facite : noſter verò ait iubilate. prius corporis ſono propter corporalia bona ſtatui veteris legis conformia. nunc iubilate lętitia cordis, ex bonis ſpiritualibus pro nobis, animam ſatiantibus, factis .

8 בחצצרות bachazzeróth ideſt in tubis:noſter verò ait in tubis ductilibus : ſecundum declarat primùm & addit conflationem illorum per igné. i. tribulationum, qui veluti tubæ euangelium Chriſti reſonant in mundo.

9 הריעו haríùu ideſt (lætitia) uociferare facite : noſter uerò ait iubilate:ut ad ſeptimum dices.

10 לפני liphné.i.faciebus : noſter uerò in conſpectu ait: ut ſuprà dices.

11 הרעם iràám ideſt tonabit : noſter uerò moueatur ait: prius tonabit confeſſionem culpæ, ut nunc moueatur ad pœnitentiam, remiſſionem peccati illius tandem recepturus.

12 Addit æditio noſtra terrarum, ut ſignificet gentes inhabitare orbem uniuerſum : ut ſuprà etiam dictum eſt.

13 לפני liphne.i.faciebus : noſter uerò à conſpectu ait : ut ſuprà dices.

14 Addit æditio noſtra terrarum : ut ad duodecimum dices .

15 במישרים bemeſcarím ideſt in rectitudinibus:noſter uerò ait in æquitate : ut ad uigeſimum primum 95.pſalmi dices.

Dominus regnauit iraſcantur.

## PSAL. XCVIII.

1 Addit ęditio noſtra pſalmus Dauid , quia uictoria hęc Eccleſiæ tantùm noſtræ conuenit , non ueteris legis popu-

populo, uti uidere.

hab. tex. heb. ירגזו irggezú.i. contremiſcent: noſter verò ait iraſcantur: prius timore concuſſi, contremiſcent corporalis pęnæ ratione: nunc iraſcantur ratione culpæ, & ſpiritualis pęnæ intuitu.

3 הנוט tanút ideſt mouebitur: noſter uerò moueatur ait: ut ſuprà dices.

4 ידו iodhû ideſt confitebuntur: noſter uerò confiteantur ait: ut ſuprà dices.

5 וא hu ideſt ipſe poſt excelſus, addit tex. heb. quia phraſis hebręa hoc poſtulat.

6 ונורא uenorá ideſt & terribili: noſter uerò ait quoniam terribile: magis nunc diſtinctè loquitur; nam ſignificatur id quod confiteri debemus.

7 ועז ueòoz ideſt & fortitudo: noſter uerò & honor ait: prius fortitudo ad uindicandum corporaliter: nunc honor ad ſpiritualiter uindicandum.

8 אהב aheu.i.dilexit noſter verò diligit ait: ut ſuprà dices.

9 והשתחוו uehiſcttachauú ideſt & incuruate nos: noſter uerò & adorate ait: ut ſuprà dices.

10 להדים lahadhóm ideſt ſcabello: noſter uerò ait ſcabellum ſubſequenter ad præcedentia dices.

11 Addit æditio noſtra quoniam: ut ad ſextum dices.

12 Addit æditio noſtra inter eos, ut diſtinctiorem, & ornationem ſententiam reddat.

13 בקראי becoré ideſt inuocatores: noſter uerò ait qui inuocant prius munere: nunc actu in Spiritu ſancto recepto: uti beatus Paulus ait: nemo poteſt dicere Dominus Ieſus niſi in Spiritu ſancto.

14 קראים corím ideſt uocantes: noſter uerò ait inuocabant: magis aptè nunc quàm prius dicit.

15 יענם iaàaném ideſt reſpondebit eis: noſter uerò exaudiebat eos ait: ut ſuprà dices.

iedhabbér

16 ידבר iedhabbér ideſt loquetur: noſter uerò loquebatue ait: ut ſuprà dices.

17 שמרו ſcamerû ideſt cuſtodierunt: noſter uerò cuſtodiebant ait: nunc magis aptè quàm prius dicit.

18 וחק uechoc ideſt & decretum: noſter uerò & præceptum ait: prius decretum legis cęremonialis; nunc præceptum legis charitatis, de quo dicitur, hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos.

19 עניתם àanithám ideſt rrſpondiſti eis: noſter uerò: ait exaudiebas eos: ut ſuprà dices.

20 נשא noſcé ideſt parcens: noſter uerò propitius fuiſti ait: prius parcens: pœnam miſericordia: nunc propitius etiam, in bonum adiuuans.

21 על עלילתם àal àalílotham ideſt ſuper opera eorũ: noſter uerò ait adinuentiones eorum: ſecundum declarat primùm.

22 והשתחוו ueiſtachauû ideſt & incuruuate eos: noſter uerò ait & adorate: vt ſuprà dices.

23 להר lehár ideſt monti: noſter uerò ait in monte: prius apropinquãtes per fidem: nunc in ipſo exiſtentes per charitatem.

Iubilatè. PSAL. XCIX.

*hab. s.h.* 1 לתודה lethodá ideſt confeſſioni: noſter uerò ait in confeſſione: ut ad ultimum pręcedentis dices.

2 הריעו hariúu ideſt uociferare facite: noſter uerò ait iubilate: ut ſuprà dices.

3 לפניו lephanáu ideſt faciebus eius: noſter ueró ait in conſpectu eius: ut ſuprà dices.

4 בתהלה bithhillá ideſt in laude: noſter verò ait in hymnis: prius in laude populo hebręo propria: nunc in hymnis græcè ideſt laudis generalis omnium

nium

nium gentium, multiplicis: ſecundum diuerſa cuiusq; merita.

5 ברכו barechú ideſt benedicite: noſter verò laudate ait: prius uerbo confeſſionis pleno nominis Dei benedicere ualebam, utpote confitentes uerbo & opere, quia ſalus noſtra factus eſt ipſe: nunc laudate diſtinctæ narrantes laudem ſuper obſeruantiam legis fundatã, nomen eius; nanque opera Chriſtiana commendant nomen Dei, in illis exercens ea.

6 טוב tóu ideſt bonus: noſter uerò ait ſuauis: prius bonus ratione operum charitatis factorum, erga nos: nunc ſuauis ratione operum ex feruore charitate non factorum.

Miſericordiam & iudicium.

## PSAL. C.

*Heb. T.H.* אשכילה aſcílla ideſt intelligere faciam: noſter uerò & intelligam ait: ut ſuprà dices.

2 תמים tamím.i.perfecta: noſter verò immaculata ait: ut ſuprà dices.

3 אתהלך ethhallèch ideſt ambulabo me (diſponens): noſter uerò ait perambulabam: ut ſuprà dices.

4 לא אשית lo aſcìth ideſt non ponere faciam: noſter verò non proponebam ait: ut ſuprà dices.

5 בליעל beligiáàal ideſt malignum à (infidelitatem exſufflantem): noſter uerò ait iniuſtam: prius dęmoniacam falſitatem contra fidem iuſtitiæ ueteri legi congruentem, quæ fides eſt: nunc rem iniuſtam contra iuſtitiam noui teſtamenti, quæ in obſeruantia legis conſiſtit, quam gratia noui teſtamenti exercere poſſumus.

6 בתם bethóm ideſt in perfectione : noſter uerò ait in innocentia : ut ſuprà dices .

7 סטים ſetim ideſt declinationes : noſter verò ait præuaricationes : prius declinationes, quibus contra legem peccabant: nunc præuaricationes, quas prius commendarunt tranſgredientes .

8 עשה àasó ideſt facere : noſter uerò ait facientes : prius communitas declinans reprobabatur : nunc etiam ſingulariter ex gratia ſingularibus non deficiendi data , reprobari digni ſunt.

9 ידבק idhbbác ideſt adhærebit : noſter uerò non adhæret: ait phraſis utriuſque linguæ hoc patitur.

10 יסיר iaſsír ideſt recedet noſter uerò ait declinantem : melius noſtra æditio iungit uerba , quàm textus hebræus ; nam finis uerſus non habet adhærebit mihi , nec dicit quid , ſed illud ; ideo noſtra coniungens cùm uerſu ſequenti dicit, non adhæſit mihi cor prauum, & ſequitur recedet à me malum , non cognoſcebam : quod aptius redditur dicendo declinantem à me malignum non cognoſcebam.

11 רע raà ideſt malum : noſter uerò ait malignum : prius actus ſignificatus per malum , reprobabatur : nunc etiam uoluntas efficax malignandi reprobatur .

12 לא ארע lo edhaá ideſt non cognoſcam : noſter verò ait non cognoſcebam : ut ſuprà dices .

13 אצמית azmíth ideſt ſuccidere faciam : noſter uerò ait perſequebar: uerba Chriſti in ultima cœna dicta de Iuda eius traditionem innuentia , quaſi ſententiam mortis Iudæ protulerunt, quia in obdurata mente perſtitit ipſe : nunc uerò aperiendo ſcelus , ut reſcipiſceret, ex charitate perſequebatur, uti pater perſequitur filium, ut bonus euadat:

14 גבה géua ideſt elato: noſter verò ait & inſatiabili: ſecundum declarat primum.

15 אתו לא וכל ótho lo uchál ideſt illud non potero: noſter verò ait cum hoc non edebam: vt ſuprà hic dices.

16 תמים tamím ideſt perfecti: noſter verò immaculata ait: prius plurium perceptorum legis obſeruantia: nunc una charitatis omnem perficiens legem, & ut ſuprà dices.

17 ישרתני ieſcarethéni ideſt miniſtrabit mihi: noſter verò mihi miniſtrabat: ut ſuprà dices.

18 רמיה rhemigiá ideſt dolum: noſter uerò ſuperbiam ait: prius dolum commiſit, dicens peccaui, quem proculdubio non pęnitebat: nunc uerò radicem huius noſtra habet, nanque ſuperbia obſtinationis eſt mater, qui enim ſuperbus eſt, ſe peccaſſe fateri non poteſt.

19 שקרים ſeccarím ideſt falſa: noſter verò ait iniqua: prius falſa contra fidem: nunc iniqua contra charitatem.

20 יכון iccón ideſt dirigetur: noſter uerò ait direxit: vt ſuprà dices.

21 לנגד lenéghed ideſt è regione: noſter uerò ait in conſpectu: ſecundum declarat primum.

22 לבקרים labbecarím ideſt matutinis: noſter uerò ait in matutino: prius matutinis cuiuſcunque per ſubtractionem iuſtitiæ, quæ diuerſimodè datur, & in nobis diuerſum efficit ſtatum; nunc uerò in matutino fidei orientis, quę una eſt in obiecto per ſimilitudinem gradus.

23 אצמית azmíth ideſt ſuccidere faciam: noſterverò interficiebam ait: ſecundùm declarat primũ: & ut ſuprà dices.

24 רשעי riſcèé ideſt impios: noſter verò peccatores ait: ut ſuprà dices.

25 להכרית lehachrith ideſt ad deſtruere faciendum: noſter uerò ait: ut diſperderem:prius corporaliter: nunc æternaliter ut per pœnam diſperderem, eos de ciuitate in ruinam æterna fugando per uerba illa, quæ dicunt, ite maledicti in ignem æternum.

Domine exaudi orationem meam.

## PSAL. CI.

*hab. tex. heb.*

1 לעני leàanì ideſt pauperi: noſter uerò ait pauperis: prius dicabatur ab Eccleſia oratio hæc pauperi Chriſto noui teſtamenti gratia perſeuerádi ex prima ſui natura carente, quam pro ſeipſa exorare poterat non pauperes ueteri teſtamento: nunc autem & pauperis noui teſtamenti oratio eſt hæc qui illam, nunc impetrare ualet.

2 יעטף iaàtóph ideſt operietur in confuſione. noſter uerò cùm anxiaretur ait: ſeundum declarat primum.

3 ולפני ueliphné ideſt & faciebus: noſter verò ait & coram: ut ſuprà dices.

4 ישפך iſcpóch.i.effundet: noſter uerò effudit ait: ut ſuprà dices.

5 שמעה ſcimàá ideſt audi: noſter uerò exaudi ait: ut ſuprà dices.

6 תבוא tauó ideſt ueniet: noſter uerò veniat ait: ut ſuprà dices.

7 תסתר taſtér ideſt ne abſcondere facies:noſter uerò ait auertas: ut ſuprà dices.

8 פניך panécha ideſt facies tuas: noſter verò faciem tuam ait: ut ſuprà dices.

9 צר zár ideſt anguſtię: noſter uerò tribulor ait: ut ſuprà dices.

10 אקרא ecrá ideſt uocabo: noſter uerò ait inuocauero: ut ſuprà dices.

11 ענני éenéni ideſt reſponde mihi: noſter uerò ait exaudi me: ut ſuprà dices.

12 כמוקד נחרו èemocedh nicháru ideſt ſicut focus exſiccata ſunt: noſter verò ait ſicut cremium aruerunt: aptior eſt comparatio noſtra: quàm textus hebręis; quia magis accomodatur oſſibus corporis, quàm illa.

13 חוכה hùcca ideſt percuſſum eſt: noſter verò ait percuſsus ſum: prius percuſſio erat ex parte voluntatis non diſtinctę à cordis eſſentia: nunc uerò cùm gratia noui teſtamenti rationem inferiorem informet, eſt diſtincta á ſuperiori ratione; ideo diſtinctis pœnis quatitur primo; quia percuſſus ſum ratione inferiori gratia priuata, & ſecundo aruit cor meum gratia bonæ voluntatis priuatum.

14 ויבש uagiuáſc ideſt & arebit: noſter verò ait & aruit: ut ſuprà dices.

15 מדבר midhbbár ideſt deſerti: noſter uerò ſolitudinis ait: prius deſerti, moribus uirtutum priuati: qui ex bona uoluntate procedunt: nunc contritio ſolitudinis à conſortio hominum ratione utentium per legis obſeruantiam, quæ inferiorem partem rationis iuſtitia formatam eſſe præſupponit.

16 כבוס cechós ideſt ſicut cuculus: noſter verò ait ſicut niticorax · nunc textus noſter aptiori ſimilitude vtitur: de qua uide expoſitionem pſalmi.

17 חרבות charauóth ideſt ſiccitatibus: noſter verò ait in domicilio: ad præcedentia hæę aptantur ſimilitudines, prima textui hebręo, ſecunda uerò noſtrę æditioni.

18 ואהיה uaeheié ideſt & ero: noſter verò & factus ſum ait: ut ſuprà dices.

19 על àal ideſt ſuper: noſter verò ait in: prius ſuper quaſi externè ſtudio contemplationis meditans: nunc in tecto, quaſi in illius ſacrarium ingreſſus.

20 חרפוני cherephûni ideſt exprobauerunt me: noſter uerò ait exprobrabant mihi: ut ſuprà dices.

21 נשבעו niſcbbàûu ideſt iurati ſunt: noſter verò ait iurabant: ut ſuprà dices.

22 אכלתי achálttı ideſt manducaui: noſter verò ait manducabam: ut ſuprà dices.

23 ושקוי ueſciccuuái ideſt & pocula mea: noſter uerò ait & poculum meum: prius diuerſi generis pocula corporalis, ſcilicet, & ſpiritualis lætitiæ: nunc unum ſpiritualis gaudij lætificans animam.

24 מסכתי maſáchtti ideſt miſcui: noſter uerò miſcebam ait: ut ſuprà dices.

25 מפני mipené ideſt à faciebus: noſter uerò ait à facie: ut ſuprà dices.

26 ו ue ideſt & ante indignationis, addit tex. heb. ut oſtendat diuerſa: nunc & duas iras ſupponit & unam alterius eſſe innuit.

27 נשאתני neſatthání ideſt eleuaſti me: noſter uerò ait eleuans: ſecundum eſt magis aptum quàm primum.

28 ותשליכני vattaſclichèni. i. & proijcere facies me: noſter verò ait alliſiſti me: prius proijcere facies pęna ęterna, fidei iuſtiriæ priuatum damnans: nunc alliſiſti, in pœnam mortis iuſtitię originali priuatum detrudens.

29. נטוי natúi. i. declinata eſt: noſter uerò ait declinauerunt: ſecundum magis eſt aptum quàm primum.

30 איבש iuaſé. i. arebo: noſter verò arui ait: ut ſuprà dices.

31 יתשב iteſcéu. i. permanebis; noſterverò permanes ait: vt ſuprà dices.

taccúm

31 תקום taccûm ideſt ſurges: noſter uerò ait exurgens: ſecundùm eſt magis aptum quàm primum.

32 ואת־עפרה ucethàapharát ideſt & pulueris eius: noſter uerò ait & terræ eius: prius pulueris ideſt ſine fidei humore: nunc terræ cum illa exiſtente: ſed ſine charitatis calore.

33 ויירו ueiirú ideſt & timebunt: noſter uerò ait & uidebitur: prius timore ueteri teſtamento ꝓprio: nūc baptimi gratia uidetur.

34 הערער haàaràár ideſt illórum, qui ſunt ueluti debilis miricæ: noſter uerò ait humilium: ſecundum eſt expreſſio primi.

35 תכתב ticcathéu ideſt ſcribetur: noſter uerò ait ſcribantur: ut ſuprà dices.

36 זאת ʒoth ideſt hęc: noſter uerò ait hoc: ſecundum magis eſt aptum ut ſubſtantiuatum captum quàm prius.

37 אחרון acharón ideſt nouiſſima: noſter uerò altera ait: prius nouiſſima illa, quę ſucceſſionem alterius corporalem non habet, nunc altera, quæ omnem generationem poſteriorem continet.

38 נברא niurá ideſt (qui) creatus (eſt): noſter uerò ait qui creabitur: vt ſuprà dices.

39 השקיף hiſcciph. i. conſiderare fecit: noſter uerò ait proſpexit: ut ſuprà dices.

40 הביט hibbít ideſt aſpicere fecit: noſter uerò ait aſpexit: ut ſuprà dices.

41 אסיר asír ideſt uincti: noſter uerò ait compeditorum: prius uincti ob peccatum originale, & infidelitatis, quod unum eſt in omibus: nunc compeditorum ob actualia peccata, quę in diuerſis diuerſorum uinculorum genera habent, quibus compediti tenentur diuerſimodè.

42 תמותה themuthá ideſt interemptionis: noſter uerò ait interemptorum: prius interemptionis filij, qui orti ſunt ex primis parentibus, & in peccato originali inuoluti, & morti æternæ dedi-

ti: nunc uerò ſunt filij interemptorum, qui ad nouum teſtamentum pertinent, ſoluti à pœna mortis æterna, qua parentes ob non erant.

43 ומלכות umamlachóth ideſt & à regnu: noſter uerò ait & reges: prius à regnis per bonam uoluntatem: nunc reges per gratiam regnantem, & ſecundum magis conſequens eſt, uti uidere licet in textu.

44 ענה iínná ideſt afflixit: noſter uerò ait reſpondit: prius aflexit infirmitatibus, fortitudinem naturæ meam deprimens: nunc reſpondet ei in die uirtutis pacientiæ ſuæ, ad tollerandum eas paratus.

45 כחי cochí ideſt fortitudinis meæ: noſter uerò ait uirtutis ſuæ: ut ſuprà hic dices.

46 קצר cizár ideſt abreuiauit (ualde) noſter uerò ait paucitatem: prius in pœnam abreuiauit: nunc in exercitium maius exercendarum uirtutum, quò paucioribus diebus reuoluitur tempus.

47 אמר אלי omàr elí ideſt dicam Deus meus: noſter uerò ait: nuncia mihi ſecundum complet primum: & primùm non opus eſt uti uidere licet in textu.

48 אל תעלני al taàaléni ideſt ne facies aſcendere me: noſter uerò ait ne reuoces me ſecundùm declarat primum.

46 תחליפם tachaliphém ideſt mutare facies eos: noſter uerò ait mutabis eos: ut ſuprà dices.

50 לפניך lephanécha ideſt faciebus tuis: noſter verò ait in ſæculum: ſecundùm: declarat quantum tempus duraturum erat, quod promittebatur prius.

Benedictus. PSAL. CII.

1 Addit æditio noſtra pſalmus; quia uictoria hęc, quę in

præſenti

præſenti pſalmo deſcribitur: ad nouum teſtamentum pertinet.

2 קדשו codhſcó ideſt ſanctitatis ſuę: noſter uerò ſancto ſuo: ait vt ſuprà dices.

3 ואל תשכחי veal tiſcecechí ideſt & non obliuiſceris: noſter uerò ait & noli obliuiſci: nunc in præſenti non ſolùm non obliuiſci debemus, ſed magna ex charitate cura adhibenda eſt, vt non obliuiſcamur, quod ſignificat noli & cætera.

4 עונכי àauonéchi ideſt iniquitati tuæ: noſter verò iniquitatibus tuis: ait nunc magis explicatè dicitur cùm dicit omnibus ſingularibus iniquitatibus.

5 משחת miſcáchath ideſt de fouea: noſter verò ait de interitu: prius de fouea, ne caderemus: nunc ab interitu, ne pereamus, cadentes.

6 המשביע hamasbbía ideſt qui ſaturare facit: noſter verò ait qui replet: prius ſaturat corpus: nunc qui replet animam.

7 בטוב battúu ideſt in bono: noſter verò in bonis ait: prius in bono fidei ſuccedente: nunc in bonis æternæ gloriæ diuerſis meritorum rationibus ſuccedentibus.

8 עדיך èedhéch ideſt os tuum: noſter uerò ait deſideriũ tuum: vt ad ſeptimum dices.

9 תתחדש tithchaddéſc ideſt renouabit ſe: noſter uerò renouabitur ait: vt ſuprà dices.

10 נעוריכי neùuráiechi ideſt pueritiæ tuæ: noſter uerò ait iuuentus tua: prius fœlicitas antiquorum, qui erant paruuli in ratione pueritiæ notatur: nunc iuuentus firma: noſtro ſe conformans ſtatui.

11 צדקות zedhacóth ideſt æquitates: noſter verò ait miſericordias: ſecundum exprimit primùm.

12 ומשפטים vmiſcpatím ideſt & iudicia: noſter verò & iudicium ait: prius nunc & in futurum iudicium: nunc unum correptionis temporalis iudicium.

àaſcu-

13 עשוקים àaſcuccím ideſt fraudatis:noſter uerò ait iniuriam patientibus:prius ſingularium fraudes reprobabantur: nunc iniuria vniuerſalis etiam reprobatur.

14 יודיע iodhiaà ideſt notas faciet:noſter verò ait notas fecit:ut ſuprà dices.

15 עלילותיו àalilotháu ideſt opera eius: noſter uerò ait voluntates ſuas, vetus teſtamentũ opera reſpiciebat:nunc nouum ex charitate voluntaté efficacem reſpicit.

16 ארך הפים érech aphaím ideſt longus furorum: noſter verò ait longanimis:ſecundum magis aptè exprimit,quàm primum.

17 יריב iaríu ideſt litigare faciet: noſter uerò ait iraſcetur: ſecundum declarat primum, & prius actus: nunc animi paſſio exprimitur iuxta ſtatum cuiuſque proprium.

18 יטור ittór ideſt ſeruabit:noſter verò ait comminabitur: prius ut non ſemper puniat: nunc verò vt nunquam.

19 גמל עלינו gamál àalénu ideſt retribuit ſuper nos: noſter verò ait retribuit nobis: prius ſuper nos dicit, ceu diluuium quoddam, deſtruens nos ex malitia voluntatis, quæ ſuper nos eſt, annuens per pœnam: nunc autem nobis dic, rationem quandã equitatis in noſtris pœnis cum delictis commiſſis ex electiua uirtute,qua conſiſtimus,inſinuat: idem repetitur ſemel.

20 פשעינו peſcaèénu ideſt rebelliones noſtras: noſter verò ait iniquitates noſtras: prius contra Deũ: nunc contra charitatem in proximum.

21 על בנים àal baním ideſt ſuper filios: noſter verò ait liorũ: prius ſuper filios pro grauaminibus exiſtentibus ſuper eos: nunc pro his etiam in propria perſona.

22 יציץ iazíz ideſt florere faciet: noſter verò efflorebit ait:vt ſuprà dices.

23 עברה àauerá ideſt pertranſiuit:noſter verò pertranſibit ait: vt ſuprà dices.

24 ואיננו veenínnu ideſt & non ipſe: noſter verò ait, & non ſubſiſtet: ſecundum magis aptè exprimit quàm primum.

25 ולא יכירנו velo iaccirénnu ideſt & non agnoſcere faciet illum: noſter verò ait & non cognoſcet: ut ſuprà dices.

26 הכין hechín ideſt parare fecit:noſter verò ait parauit: vt ſuprà dices.

27 משלה maſcála ideſt dominatum eſt: noſter uerò ait dominabitur: ut ſuprà dices.

28 דברו deuaró ideſt verbi eius:noſter verò ait ſermonũ eius: prius legis: nunc verò uirtutum.

29 צבאיו zeuaáu ideſt exercitus eius:noſter verò ait virtutes eius: vt ſuprà dices.

30 בכל מקומות bechól mecomóth ideſt in omni loco: nr̃ verò in omni loco ait:prius ſecundum diuerſitatem charitatis,& virtutum:nunc vnita ſunt omnia in vnam fidem præſuppoſita charitate viuentia.

Benedictus.

## PSAL. CIII.

1 Addit æditio noſtra pſalmus Dauid; quia nunc victoria reſtaurationis mundi, per Spiritum ſanctum facta, ad noſtram Eccleſiam pertinet.

*Hab. T.H.* מאד meódh ideſt valde: noſter verò ait vehementer: prius valde extrinſecè: nunc vehementer internè ex dono Spiritus ſancti nunc donato.

3 הוד hodh ideſt gloriam: noſter verò cõfeſſionem ait: prius gloriam victoriæ: qua ex facto in nobis uel in ſeipſo commendatur Deus: nunc confeſſio laudis ex factis à nobis cooperante gratia.

4 עטה óte ideſt operiens ſe: noſter uerò ait amictus:

vt

vt ad ſecundumdices.

5 כיריעה caieriáá ideſt ſicut cortinam: noſter verò ait pellem: ſecundũ declarat primum, qua enim ratione cortina illa erat innuit; quia intelligitur illa, quæ ex pellibus erat una in opertorio tabernaculi.

6 המקרה hameccaré ideſt contignans: noſter uerò ait qui tegis: ſecundum declarat primum.

7 במים bammáim ideſt in aquis : noſter uerò aquis ait: differentia hęc ex phraſi diuerſa oritur.

8 רכובו recuuó ideſt currum eius:noſter uerò ait aſcenſum tuum : ſecundum eſt declaratio primi, & prius charitatis abſentia ceu abſentes ſuũ dicebamus: nunc eam habentes tuum ceu præſentes dicimus.

9 כנפי canphé ideſt alas: noſter verò ait pennas: prius timoris, & ſpei: nunc ex charitate egrediẽtes virtutum pennas.

10 רוח rúach ideſt venti: noſteruerò ventorum ait: prius ventus.i,Spiritus fidei unus erat:nunc plures ſpiritus ſecundum dona diuerſa.

11 עשה òoſcé ideſt faciens(perſonæ tertiæ): noſter uerò qui facis ait: prius abſentia charitatis abſentiam Dei facit, de quo vt abſente in tertia perſona loquebatur prius: nunc præditus charitate, & quaſi præſens, & loquens cum Deo, qui facis,ait.

12 מלאכיו malacháu ideſt angelos ſuos: noſter uerò angelos tuos: vt ſuprà hic dices.

13 יסד iaſádh ideſt fundauit: noſter verò ait fundaſti: vt pariter hic ſuprà dices.

14 מכוניה mechonécha ideſt baſes eius:noſter verò ait ſtabilitatem ſuam : ſecundum magis exprimit,quàm primum.

15 בל תמוט bál thimmóth ideſt non mouebitur : noſter uerò ait non inclinabitur:, ſecundum magis aptè declarat quàm primum.

16 כסיתו ciſſethó ideſt operimẽtum eius: noſter verò ait amictus eius:vt ſuprà hic dices.

17 יחפזון iechaphe3ún ideſt feſtinabunt:noſter verò formida-

bunt ait: ſecundum declarat primum.

18 יעלו iaàalú ideſt aſcendent: noſter uerò aſcendunt ait: ut ſuprà dices.

19 ירדו ieredhú ideſt deſcendent: noſter verò ait & deſcendunt: ut ſuprà dices.

20 בקעות becaòóth ideſt valles: noſter verò ait campi: deſcenſus enim aquarum, de quo ibi eſt ſermo, in eos, qui planitiei ſimilitudinem referunt, non vallis, qua in termino dato ſibi declinat.

21 זה e ideſt iſtum: noſter verò ait quem: ſecundum magis aptè exprimit quàm primum: & prius iſtum naturalem: nunc etiam myſticum.

22 בנהלים bannchalím ideſt in flumina: noſter verò ait in conualibus: prius fontes ſapientiæ Diuinę non irrigabant conualles humilitatis, ſed in flumina diſcurrebant in ſe non participata à nobis: nūc verò participantur.

23 יהלכון iehallechún ideſt ibunt: noſter verò ait pertranſibunt: ſecundum magis aptè exprimit quàm primum: & prius opus ſanctificabatur: nunc in finem tranſitus, in quem ex charitate tendimus.

24 צמאם zemaám ideſt ſitim ſuam: noſter uerò ait in ſiti tua: prius ſitim, quę ventura eſt eis: nunc in ſiti, quæ tunc temporis uenerit.

25 ישכון iſeccón ideſt habitabit: noſter verò habitabunt ait: prius ratione fidei iungentis ſimul: nunc in ratione plurium virtutum ſingulariter habitabunt.

26 עפאים àaphaím ideſt frondium: noſter uerò petrarū ait: prius frondium ideſt cæremoniarum legis: nunc petrarum ideſt articulorum fidei.

27 משקה maſccé ideſt adaquare faciens: noſter uerò ait producens: prius radices: nunc fructus maturos producens.

20 הארם haadhám ideſt illius hominis: noſter uerò hominum ait: vt ad 5. dices.

29 להוציא lehozí ideſt ad educendum: noſter verò ait vt educas: ſecundum magis eſt aptum verbū,

quàm

quàm primum.

30 ישמח ieſammách ideſt lætificabit (valde) noſter verò ait lætificet: vt ſuprà dices.

31 להציל le hazhíl ideſt vt illuminare faciat: noſter verò ait vt exhilaret: prius fide nunc charitate.

32 פנים panim ideſt facies: noſter verò ait faciem: ut ſuprà dices.

33 משמן miſcámen ideſt præ oleo: noſter verò ait in oleo: prius præ oleo naturali, quo claritaté effectiuè faciebat: nũc verò in oleo ſpirituali quo formaliter eam facit.

34 יסעד isààdh ideſt ſuſtentabit: noſter verò ait confirmet: prius ne cadamus: nunc ne pereamus.

85 יהוה iéhoua.i.Domini: noſter uerò ait campi: prius Domini myſtica ligna ſignificantes, quæ ſunt ſacerdotes populi hebræi minores Domini: nunc ligna campi ideſt ſacerdotes gentilis populi ſapientiæ humanæ inuigilantes antiquitus, quia in campo creaturarum theſaurum inueniendo ſeruiunt: de quo myſticè dicimus, inuenimus eum in campis ſilue: & ſimile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro.

36 הסידה ברשים haſidhá beroſcím ideſt ciconia abietes (arbores): noſter uerò ait Herodij domus Dux eorum: prius ciconia, & abietes ſunt domus eius ideſt ciconiæ, apud quam hoſpitãtur, & item per eam nutriuntur paſſeres: nunc Herodij ideſt ciconiæ, qui eſt Dux eorum à protegendo eos, & hoc magis proprium eſt ad intentionem ſpiritualium paſſerum, non quidem nutriri, ſed protegi ne eorum cultus impediatur.

37 ליעלים lagiaàalím ideſt hircis ſilueſtribus: noſter uerò ait ceruis: ſecundum declarat primum.

38 סלעים ſelaiím ideſt petrę: noſter uerò ait petra: prius petrę plures, quia plura ſalutis præcepta, & articuli fidei plures · nunc petra una Chriſtus eſt, quo per gratiam baptiſmi innouamur.

laſce-

39 לשפנים laſcephannim ideſt cuniculis: noſter verò ait herinacijs: prius cuniculis, ne offendantur, cúm non poſſint offendere: nunc verò hericij cùm poſſint offendere, ſub petra tamen Chriſto, cuius exemplo ducuntur, non offendunt: ſed pacienter ſufferunt mala ex charitate.

40 תשת tâſceth ideſt pones: noſter uerò ait poſuit: vt ſuprà dices.

41 ויהי vihí ideſt & erit: noſter verò & facta eſt ait: ut ſuprà dices.

42 תרמש thirmóſc ideſt reptabit: noſter uerò ait pertranſibunt: ſecundum magis propriè exprimit quàm primum.

43 כל חיתו col chaithó ideſt omnis beſtia eius: noſter verò omnes beſtię eius ait: vt ſuprà dices.

44 תזרח tiȝrách ideſt orietur: noſter verò ait ortus eſt: ut ſuprà dices.

45 יאספון ieaſcphún ideſt congregabuntur: noſter verò & congregati ſunt ait: vt ſuprà dices, & nunc per donum Spiritus ſancti, ſignificatum per &.

46 מעונתם meòonathám ideſt habitaculo ſuorum: noſter verò ait cubilibus ſuis: vt ſuprà, & unī in fide, plura uerò in meriti ratione:

47 ירבצון irbazún ideſt cubabunt: noſter verò ait collocabuntur: ſecundum magis exprimit, quàm primum.

48 ולעבדתו velaàauodhathó ideſt & miniſterio ſuo: noſter verò ait & ad operantionem ſuā: ſecundum magis propriè exprimit, quàm primum.

49 רבו rabbú ideſt multiplicata ſunt: noſter verò magnificata ſunt ait: prius per corporalia ſigna: nunc verò per ſpiritualia facta.

50 קניניך cinianícha ideſt acquiſitionibus tuis: noſter verò ait poſſeſſione tua: prius quaſi acquiſitis virtute humanitatis, quando dixiſti, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: nunc ceu propria à Chriſti diuinitate, obiecto teſtamenti noui, poſſeſſa.

51 יהלכון ichallechun ideſt ambulabunt: noſter verò pertranſibunt ait: prius per legem: nunc per charitatem pertranſibunt, in finem tendentes.

52 ליויתן liuiathán ideſt draco: noſter verò ait draco: ſecundum exprimit primum.

53 ישברון ieſabberún ideſt ſperabunt, noſter verò expectant ait: prius ſpe ſuper fide fundata: nunc ſuper charitate fundata pacientia.

54 תתן tittén ideſt dabis: noſter uerò ait dante: prius dando Chriſtum: nunc per illum dante te nobis donando bona: & vt ſuprà dices.

55 תפתח tiphttách ideſt aperies: noſter verò ait aperiente te: ut hic ſuprà dices.

56 ישבעון isbbaúún ideſt ſaturabuntur: noſter verò implebuntur ait: prius corpore: nunc animo.

57 תסיר taſir ideſt abſcondere facies: noſter verò auertente te ait: vt ſuprà dices, & prius ex ſuſpenſione fidei: & nunc ceu odio proſequens per ſuſpenſionem charitatis.

58 פניך panécha ideſt facies tuas: noſter verò ait faciem tuam: vt ſuprà dices.

59 יבהלון iebbahélun ideſt terrebuntur: noſter verò ait turbabuntur: prius timore: nunc cumpunctione, ex charitate oriente.

60 תשלח teſcallách ideſt mittes: noſter uerò ait emitte: nunc ex charitate quod mitti prænunciatum eſt, mitte.

61 Addit æditio noſtra &; quia nunc per ſpiritus ſancti donum creabuntur, quod prius eſſe non poterat

62 פני ארמה pené adhamà ideſt facies humi: noſter verò ait faciem terrę: ut ſuprà dices: & prius humi, ideſt populi fideli, fidei aqua delibuti: nunc uerò terræ ideſt populi infidelis, priuati fide externè.

63 יהי ichí ideſt erit: noſter verò ait ſit: vt ſuprà dices.

64 לעולם léὸolam ideſt ſæculo: noſter verò ait in ſæculum: ut ſuprà dices.

hamma-

65 המביט hammabbít ideſt cõſiderare faciens: noſter verò ait qui reſpicit: prius mente: nunc incarnatus etiam corporalibus oculis.

66 ותרעד vatiràadh ideſt & tremet: noſter verò & facit eam tremere: ſecundum aptius eſt primo.

67 יגע iggáà ideſt atinget: noſter verò ait qui tangit: vt ſuprà dices.

68 בהרים beharím ideſt in montes: noſter uerò ait montes: prius in voluntate mala ſuperborum: nũc montes ſuperbos ratione inferioris virtutis.

69 ויעשנו veieèeſcánu ideſt & fumigabunt: noſter verò ait & fumigant: ut ſuprà dices.

70 בחיי bechagiái ideſt in uitis meis: noſter verò ait in uita mea: prius corporali, & ſpirituali: nunc ſpirituali tantùm, quam ſolam hanc vnicè iuxta ſtatum teſtamenti noui diligo.

71 יערב ieèeráu ideſt dulceſcet: noſter verò ait iucundum ſit: prius dulceſcet quò ad ſenſum: nunc iucundum ſit quò ad interiorem hominem.

72 עליו àaláu ideſt ſuper eum: noſter uerò ait ei: prius ſuper eũ, quia propriè ſenſus non conuenit Deo: ſed dulcedo ipſa in creaturis ſuper eum fundatis ſentitur: nunc autem ei ideſt in ſpiritu.

73 חטאים hattaím ideſt peccata: noſter verò ait peccatores: ſecũdum magis exprimit, quàm primũ.

74 ורשעים vrſcàiím ideſt & impij: noſter verò ait iniqui: vt ſuprà dices.

75 הללויה haleluia: prius enim ꝓ uictoria generali cõtra infideles habita canere poteramus: nunc contra inimicos in charitatem victoriam canere adhuc pro ſtatu primitiuæ Eccleſiæ minimè poſſumus; idcirco haleluia hic non dicimus.

Confitemini.

## PSAL. CIIII.

1 Addit æditio nr̃a haleluia: nũc ingreſſus in ꝓmiſſionis

terram hoc in pſalmo in nouo teſtamento, & populo promittit nouo, veteri excluſo ab ea; ideo nūc haleluia dicitur, quod prius in principio non conueniebat.

*Hab.* קראו cirú ideſt uocate: noſter uerò & inuocate ait:
*T.H.* prius per fidem vocabamus auxilium petētes, non in nobis, ſed in nominis Chriſti uirtute, iuxta Chriſti dictū dicentis, Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo, petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum: nunc autem in Spiritu ſancto in exiſtente, inuocamus Dominum Ieſum, vt Beatus Paullus ait, Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, aptè uocando eum in ſui auxilium, niſi in Spiritu ſancto, & Dominus noſter ait de his, & non dico vobis, quia ego rogabo patrē de vobis; ipſe enim pater amat uos, quia uos me amaſtis, & credidiſtis per Spiritus ſancti inhabitantis donum, quia à Deo exiui.

3 בשמו biſcmó ideſt in nomine eius: noſter verò ait nomen eius: prius in nomine eius, per fidem inhærentes ei: nunc in charitate exiſtentes, inuocate nomen eius.

4 הודיעו hodhíuu ideſt notas facite: noſter verò ait annunciate: prius quæ debebāt nota fieri à Deo, facta eſſe in futuro ſaltem debebant: nunc poſteriores, qui eſtis opera à Deo facta in præterito annunciate.

5 בעמים baàammim ideſt in populis: noſter uerò ait in gentibus: prius in populis ideſt in tribubus fidelis populi: nunc uerò in gentibus nobilibus infidelibus.

6 Addit æditio noſtra & ante pſallite; quia per donum Spiritus ſancti: nunc pſallimus victorias, quod prius non dabatur.

7 שחו ſíchu ideſt loquimini: noſter uerò ait narrate: ſecundum exprimit primum.

8 התהללו hithaalelú ideſt laudate (diſponētes) uos: noſter verò ait laudamini: prius per bonā uoluntatem diſponite vos ad laudandum: nunc per electiuam virtutem laudamini ab alijs benè operantes.

iſmách

9 ישמח iſmách ideſt lætabitur: noſter uerò ait lætetur: ut ſuprà dices.

10 ועזו veùu3ó ideſt & fortitudinem eius: noſter verò ait ex confirmamini: prius fortitudinem extrinſecā eius, qua protegi valeatis ab hoſtibus: nunc charitate interius in ſpiritu bono confirmamini.

11 פניו phanáu ideſt facies eius: noſter verò ait faciem eius: vt ſuprà dices.

12 מפתיו mophetháu ideſt miracula eius: noſter uerò ait prodigia eius: ſecūdum exprimit primum.

13 צוה ziuá ideſt pręcepit: noſter uerò mādauit ait: prius vt princeps: nunc verò ut pater.

14 לאלף leéleph ideſt mille: noſter uerò ait in mille: prius per fidé appropinquabamur ipſi mille: nunc in mille per charitatem ingredimur.

15 כרת carath ideſt ſtabiliuit: noſter verò diſpoſuit ait: prius promiſſione: nunc libera uoluntate diſpoſuit.

16 ויעמידה vagiaàamidhéha ideſt & ſtatuere faciet eam: noſter uerò ait & ſtatuo illud: ut ſuprà dices.

17 לחק lechóc. i. ſtatuto: noſter uerò ait in pręceptum: ſecundum addit ut uim præcepti ſtatutū haberet.

18 Addit æditio noſtra & ante Iſrael, vt notet Spiritus ſācti uirtutem, quæ propria eſt teſtamento nouo.

19 לאמר lemór ideſt dicendo: noſter uerò ait dicens: ſecundum eſt conuenientius primo.

20 מספר miſpár ideſt numeri: noſter uerò ait numero breui: ſecundum declarat primum.

21 גרים gharim ideſt peregrinantes: noſter uerò ait incolæ: prius peregrini fide, quæ ſola ſpe futurorum bonorum viuit, illuſtrati, non habentes habitationem erant: nunc & habitationem habent per charitatem, ſed non perpetuam: quia & imperfecta charitas eſt hic.

22 ויתהלכו vegithhallechú ideſt & ambulabunt ſe diſponentes: noſter verò ait & pertranſierūt: prius per bonam uoluntatem in mundo operantes: nūc

etiam per electiuam virtutem, ex gratia pertranſeunt mundum, & tendunt ad Deum venire.

23 הניה hinniah ideſt non requieſcere fecit: noſter verò ait non reliquit: ſecundum declarat primum.

24 לעשקם leàaſcám ideſt fraudare eos: noſter verò ait nocere eis: ſecundum generalius eſt primo.

25 ויכח vagióchach ideſt & corripiet: noſter verò ait & corripuit: ut ſuprà dices.

26 עליהם àalchém ideſt ſuper eos: noſter uerò ait pro eis: prius pro actu ſuper ſuos patrato: nunc etiam pro eis quos affectu charitatis diligebat.

27 אל תנגעו ál tiggeùú ideſt non tangentis: noſter verò nolite tangere ait: prius pactus reprobabatur: nunc affectus uoluntatis, non tangendi requiritur.

28 אל תרעו al taréùu ideſt nõ malignabitis: noſter uerò ait nolite malignari: vt ſuprà hìc immediatè dices.

29 ויקרא vaicrá ideſt & vocabit: noſter verò ait & vocauit: ut ſuprà dices.

30 Addit æditio noſtra & ante omne firmamentum panis &c. ex charitate, vt innoteſceret mundo per prudentiam Ioſeph.

31 מטה matté ideſt ſuſtinentiam: noſter uerò ait firmamentum: prius virga in figura erat ſuſtentans externum corpus: nunc firmamentum, quod pariter & intimè, corpus ſuſtentat panis eſt.

32 לפניהם liphnchém ideſt faciebus eorum: noſter verò ait ante eos: ut ſuprà dices.

33 ענו iínnu ideſt afflixerunt: noſter uerò ait humiliauerunt: ſecundum eſt finis primi: & prius corpus: nũc animum etiam.

34 בכבל baccéuel ideſt in compede: noſter uerò ait in compedibus: ſecundum magis aptè exprimit, quàm primum, quia pedibus in plurali congruunt compedes, non in ſingulari.

35 צרפתהו zeraphàthehu ideſt purgauit eum: noſter

verò ait inflammauit eum : prius fides uerbi Dei purgabat ; quia ait Chriſtus , Vos mundi eſtis propter ſermonem &cæt. & fide purificans corda eorum: nunc autem ſapientiæ donum, charitate inflammante , inflammauit .

36 ויתירהו vagiattiréhu ideſt & ſoluere faciet eum: noſter verò ait & ſoluit eum : ut ſuprà dices .

37 ויפתחהו vaiphattechéhu ideſt & aperiet eum : noſter verò ait & dimiſit eum : ſecundum eſt finis primi; nanque aperit, vt poſt dimittat.

38 לאסר leesór ideſt vt ligaret : noſter, verò ait vt erudiret: ſecundum eſt finis primi.

39 בנפשו benaphsú ideſt in anima ſua ideſt iuxta voluntatem ſuam : noſter verò ait ſicut ſemetipſum : nunc eruditio fœlix eſt illa , quæ à ſeipſo incipit, non ut Scribæ , & Phariſei , qui dicunt, & non faciunt .

40 יחכם iechaccém ideſt ſapientes faciet : noſter verò ait prudentiam doceret : ſecundum eſt magis proprium ſenibus.

41 ויבא vagiauó ideſt & veniet : noſter verò ait & intrauit : prius per fidem : nunc per charitatem .

42 גר gar ideſt peregrinauit: noſter verò accola fuit ait: vt ſuprà dices ad 21. præſentis.

43 ויפר vagiépher ideſt & multiplicare faciet : noſter uerò ait & auxit : prius numero : nunc virtute .

44 מאד meódh ideſt ualde : noſter verò ait vehementer: conſequenter ad præcedentia hic nuper dices .

45 ויעצימהו vagiaàziméhu ideſt & roborare faciet eũ: noſter uerò & firmauit eum : prius corpore: nunc animo, ne per impacientiam deſperaret.

46 מצריו mizaráu ideſt ab anguſtatoribus eius : noſter verò ait ſuper inimicos eius: ut ſuprà dices.

47 שמו ſámu ideſt, poſuerunt: noſter uerò ait conſtituit: ſecundum eſt aptius priore.

48 ויחשך vagiachſcích ideſt & contentenebrare faciet: noſter uerò ait & obſcurauit: ſecundum magis aptè exprimit, quia ſol non amiſit virtutem; ſed per intermedium obſcuratus eſt.

49 לא מרו ló marú. i. nõ exacerbauerunt: noſter verò nõ exacerbauit: prius populi non exacerbauerũt Deũ uiſis prodigijs, ſed rogabant Moyſen: nunc Moyſes non exacerbauit ſermones Pharaonis, ſed pręſtitit deſiderium illius, quod magis congruit ſenſui textus.

50 וימת vagiámet ideſt & occidet: noſter verò ait & occidit: vt ſuprà dices.

51 שרץ ſaráz ideſt produxit (repentes): noſter verò ait edidit: ſecundum aptius eſt, quia terra non produxit, ſed Dei prodigium, & terra edidit ranas productas illas.

52 ויאב vagiauó ideſt & veniet: noſter verò ait & venit: ut ſuprà dices.

53 ערב àaróu ideſt mixtio ideſt congregatio animalium feralium: noſter verò ait cynomia dices: vt ad 107. verbum 77. pſalmi.

54 כנים cinním ideſt pediculi: noſter verò ait & cyniphes ideſt muſcę minutę aculeis ſimiles: prius miniſtri minimi, per animalia illa ſignificati, quęrebãt in Dauid humanitatem Chriſti: nunc alij quæſierunt in eodẽ diuinitatem Chriſti abradere per mortem omnium de domo illius exiſtentium.

55 נתן nathán ideſt dedit: noſter uerò ait potuit: magis explicat poſuit, quàm dedit.

56 להבות léhauóth ideſt flammis: noſter uerò ait comburentur: ſecundũ magis exprimit, q̃ primũ.

57 ויך vagiách ideſt & percutiet: noſter verò ait & percuſſit: vt ſuprà dices.

58 וישבר vaiſcabbér ideſt & conteret (valde): noſter uerò ait, & contriuit: vt ſuprà dices.

59 גבולם geuulám ideſt termini eorum: noſter verò ait

finium

finium eorum: ſecundum magis clare exprimit, quàm primum.

60 ויבא vagiauó ideſt & ueniet: noſter verò ait & uenit: vt ſuprà dices.

61 ויאכל vagióchal ideſt & comedet: noſter verò & comedit ait: ut ſuprà dices.

62 Addit æditio noſtra omnem ante fructum, quod magis explicat, quàm primum.

63 ארמתם adhmathám ideſt humi eorum: noſter uerò ait terrę eorum: prius humi.i.ſapientiæ humanæ: nunc terræ ideſt terrenę ſapientię ſanè, quia ſapientia humana terrena eſt.

64 ויך uagiach ideſt & percutiet: noſter verò & percuſſit ait: vt ſuprà dices.

65 ויציאם vagioziém ideſt & educere faciet eos: noſter uerò ait & eduxit eos: vt ſuprà dices.

66 בכסף becheſeph ideſt in argento: noſter uerò ait cũ argento: prius in argento.i.doctrinarũ ſpiritualium per fidẽ fundatus: nunc in charitate exiſtens, cum argento doctrinarum confirmantium fidem.

67 כושל coſcél ideſt debilis: noſter uerò ait infirmus: ſecundum declarat primum.

68 צאתם zethám ideſt egreſſionem eorum: noſter verò ait in profectione eorum: ſecundum magis exprimit; nanque egredi non fuit tota eorum lætitia, quia ſi in confinio Aegypti demorati fuiſſent, timuiſſent eos, ſed in profectione eorum, quia longè ab illis abibant, lætata eſt &c.

69 למסך lemaſách ideſt tegumento: noſter uerò ait in protectionem: prius ne uiderentur: nunc etiam uiſi, ne offenderentur.

70 שאל ſcaál ideſt petiit: noſter uerò ait petierunt: prius unius ratione communitatis unius in fide: nunc plures ideſt ſingulares etiam reprobantur, ex ſingulari gratia cuique conceſſa, uel ſaltem oblata.

71 ויבא vagiaué ideſt & uenire faciet: noſter uerò ait & uenit. vt ſuprà dices.

72 ישביעם iasbbièém ideſt ſaturare faciet eos: noſter uerò ait ſaturauit eos, vt ſuprà dices.

73 פתח pathach ideſt aperuit: noſter uerò ait diſrupit: ſecundum magis exprimit, quàm primum.

74 ויזובו vagiazúuu ideſt & fluent: noſter verò & fluxerũt ait: vt ſuprà dices.

75 הלכו halechú ideſt ambulauerunt : noſter uerò ait abierũt: ſecundum magis exprimit, q̃ primum.

76 בציות נהר bazigióth nahar. i. in ſiccitates flumẽ: noſter verò ait in ſicco flumina : ſecundum magis eſt conueniens verbum: & prius vnum fidei flumen non plura: nunc plura donarũ Spiritus S. flumina.

77 Addit æditio noſtra quod habuit, quod ſuppleri neceſſe erat in textu hebræo.

78 עבדו ààuddó ideſt ſeruum ſuum: noſter verò ait puerum ſuum: prius timore : nunc verò amore ſeruiens, dicitur puer.

79 ויצא vagiozí ideſt & educere faciet: noſter uerò ait & eduxit: ut ſuprà dices.

80 בששון beſaſsón ideſt in gaudio : noſter verò ait in exultatione: prius bonæ uoluntatis: nunc in Spiritus ſancti exultatione.

81 ברנה berinná ideſt in exultatione: noſter verò ait in lętitia: prius in exultatione præſentium bonorum: nunc in lætitia ſpei futurorum.

82 ויתן vagittén ideſt & dabit: noſter verò & dedit ait: vt ſuprà dices.

83 עמל ààmál ideſt laborem : noſter verò ait labores: prius communem: nunc etiam ſingulares ex gratia ſingularibus data.

84 לאמים leummím ideſt populorum (potentum qui regna ſunt) : noſter verò ait populorum : prius principes donum ſecundum ſtatum noui teſtaméti boni operis habere poterant , vnde communitas regebatur: nunc etiam minores populi ex gratia eis in ſingulari conceſſa.

8 יירשו iiráſcu ideſt hæreditabunt: noſter verò ait poſſederunt:

ſederunt ſecundùm magis exprimit quàm primum:quia plus poſſidere,quod ius hæreditariũ præſupponit,quàm hereditare dicit.

86 ישמרו iſcmerũ ideſt cuſtodient : noſter verò ait ut cu ſtodiant vt ſuprà dupliciter dices.

87 חקיו chucáu ideſt decreta eius : noſter verò ait iuſtificationes eius ſecundum magis exprimit ; quia munus decretorum explanat.

89 ינצרו inzóru ideſt ſeruabunt : noſter uerò ait requirant : prius ſecundum ſtatum legis : nunc e qui rant mentem eorum,&finem, quę propria ſunt teſt meu to nouo.

90 הללויה haleluia in ultimo pſalmi, addit tex.heb. qa non primo ingreſſi ſunt terram promiſſionis ſpiritualem ; ut permanſuri in eam ; ſed in ultimo tempore cùm conuertentur, haleluia cantabunt, ingreſſi in eam,& permanſuri perpetuò in ea.

Confitemini. PSAL. CV.

1 Addit æditio noſtra ſecundum haleluia : quia nunc non unus tantùm populus hebræus, iam ad fidem Chriſtianorum cõuerſus,ab ea reſilijt,ſed & regionis oriẽtis gentilis pariter populus,in fine ad fidem,de qua ſermonem facit hic pſalmus, conuertendi ſunt;ideo in principio pſalmi dupliciter haleluia canitur utriuſque enim ſpes firma reconciliationis promittitur.

hab. s.h. לעולם léòolam ideſt æterno: noſter verò ait in æternum ait : vt ſuprà dices.

3 גבורות geuuróth.i.præualentias : noſter uerò ait potentias: prius ad uincendum:nunc uerò ad tollerandum;populus enim primo uincendo,uincebat: nũc uictus patiens uincit.

4 כלתהלתו coltehilatho.i.oẽm laudẽ eius:nr̃ verò ait oẽs laudes eius:prius oẽm laudẽ in unũ finẽ,& fidem unam dirigebant:nunc in plures gradus & diuerſos:ſecundum diuerſa munera.

5 אשרי aſcré ideſt beatitudines: noſter uerò ait beati: ut ſuprà dices.

6 עשה òoſé ideſt faciens: noſter uerò ait & faciunt: conſequenter ad præceduntia dices: & nunc additur, & donum Spiritu ſancti ſignificans: nouo teſtamento proprium.

7 צדקה zédhacha ideſt æquitatem: noſter uerò ait iuſtitiam: prius ęquitatem in iudicio: nunc iuſtitiam, quę eſt reddere unicuique quod ſuum eſt.

9 זכרני zachréni ideſt memorare mei: noſter verò ait memento noſtri: conſequenter prius populi hebręi: nunc & illius, & populis gentilis.

9 פקדני pocdhéni ideſt uiſita me: noſter uerò ait uiſita nos: ut ſuprà hic immediatè dices.

10 בישועתך biſuàathécha ideſt in ſalute tua: noſter uerò ait in ſalutari tuo: prius in ſalute Chriſti fidebant patres: nunc per eam eleuati in ſalutare tuum, quod ultimam ſalutem impendent, confidunt.

11 להתהלל lehithhallél ideſt ad laudandum ſe: noſter uerò & lauderis ait: prius per bonam uoluntatem: nunc in ſecunda perſona loquitur, & per opus iuſtitiæ ab electiua uirtute manans, lauderis, & prius abſentia charitatis ceu abſens in tertia perſona dicit: nunc per præſentiam charitatis, ut præſens.

12 העוינו heèeuìnu ideſt inique fecimus: noſter uerò iniuſtè egimus: prius iudicando iniquè contra charitatem egimus, quod plus eſt quàm iniuſtitia: nunc non reddimus omnibus, quæ ſua ſunt, ut honorem inter alia Eccleſiæ Romanæ debitum.

13 הרשענו hirſcàanu ideſt impiè egimus: noſter uerò ait iniquitatem fecimus: prius contra fidem: nunc contra charitatem.

14 השכילו hiſcílu ideſt intelligere fecerunt: noſter uerò intellexerunt ait: ut ſuprà dices.

15 וימרו uagiámru ideſt & rebellabunt: noſter uerò ait & irritauerunt: prius à fide recedentes: nunc ad odium concitantes.

16 עלנם ààliam ideſt ſuper mari: noſter uerò ait ſcandentes in mari: ſecundum declarat primùm.

17 בים beiam ideſt in mari: noſter uerò ait mare: ſecundùm conuenientius exprimit.

18 סוף ſuph ideſt rubrum ideſt inundationum: noſter uerò ait rubrum: prius inundationnm mare, in quo ſubmerſi ſunt inimici: nunc mare Rubrum ſanguinis Chriſti, in quo ſubmerguntur peccata.

19 וישעם uagioſcèeém ideſt & ſaluare faciet eos: noſter uerò ait & ſaluauit eos: ut ſuprà dices.

20 גברתו geuúratho ideſt præualentiam eius: noſter uerò ait potentiam: prius ad uincendum: nunc uerò ad tollerandum.

21 ויגער uagigáàr ideſt & increpabit: noſter uerò ait & increpuit: vt ſuprà dices.

22 בים béiam ideſt in mari, noſter uerò ait mare: ut ad primum dices.

23 ויחרב uagiechérau ideſt & exſiccabitur: noſter uerò ait & exſiccatum eſt: ut ſuprà dices.

24 ויוליכם uagiolichem ideſt & ambulare faciet eos: noſter uerò ait & deduxit eos: ſecundum magis exprimit, quàm primum.

25 וישיעם uagioſcièém ideſt & ſaluare faciet eos: noſter uerò ait & ſaluanit eos: ut ſuprà dices.

26 שונה ſoné ideſt odientis: noſter uerò ait odientium: prius odientis unius dæmonis: nunc odientium omnium inimicorum ſpiritualium.

27 ויגאלם uagighealem ideſt & redimet eos: noſter uerò & redemit eos ait: ut ſuprà dices.

28 ויכסו uaichaſſu ideſt & operient: noſter uerò & operuit: ut ſuprà dices.

zareém

29 לא צריהם lo zarehém. i. anguſtia afficiétes eos: nr̃ verò ait tribulantes eos: ut ſuprà dices.

30 נותר lonothár. i. non relictus eſt: noſter uerò non remanſit: prius magis ſonat uindictam, quæ propria erat vèteri legi, cum dicit relictus eſt: nunc ex ſe ex charitate non remanſit.

31 ויאמינו uagiaamínu deſt & credere facient: noſter verò & crediderunt ait: ut ſuprà dices.

32 בדבריו bidhuarâu ideſt in uerbis eius: noſter verò ait uerbis eius: prius fundata in uerbis, per fidem in Chriſtum non crediderunt: nunc uerbis in charitate fundatis non crediderunt.

33 ישרו iaſciru ideſt cantate facient: noſter uerò ait & laudauerunt: prius canticum liberationis ab inimicis corporalibus: nunc prodeuictis inimicis ſpiritualibus, quæ ſunt peccata, & lege ſeruata laudauerunt.

34 Addit æditio noſtra &; quia per donum Spiritus ſancti ſequentia fecerunt.

35 לא חכו lo chiccu ideſt non expectauerunt: noſter uerò ait non ſuſtinuerunt: prius per fidem: nunc per charitatem.

36 ויתאוו uagithauû ideſt & concupiſcent: noſter uerò ait & concupierunt: ut ſuprà dices.

37 וינסו uainaſſu ideſt & tentabunt: noſter uerò ait & tentauerunt: ut ſuprà dices.

38 בישימון biſcimón ideſt in ſolitudine: noſter uerò in inaquoſo ait: prius priuata moribus, & aliorum conſilio, & pariter leuamine: nunc uerò ſapientiæ diuinæ aqua.

39 ויתן uagittèn & dabit: noſter uerò ait & dedit: vt ſuprà dices.

40 וישלח uaiſcallách ideſt & mittet: noſter uerò ait; & miſit: vt ſuprà dices.

41 רזון razón ideſt tenuitatem: noſteruerò ſaturitaté ait: prius tenuitatem Spiritus: nunc ſaturitatem carnis ut ſecundum ſit cauſa primi:

42 בנפשם benapcám. i. in animam eorum: noſter uerò ait

ait in animas eorum:prius unam in fide:nunc plures: ſecundum ſingularem rationem propriam ſtatui noſtro.

43 ויקנאו uaicancú ideſt & zelabunt ualde : noſter uerò ait & irritauerunt ſecundum declarat primũ, & addit ei iram.

44 תפתח tiphttách ideſt aperiet : noſter verò ait aperta eſt : ut ſuprà dices.

45 ותבלע uattiuláà ideſt & deglutiet: noſter uerò ait & deglutiuit: ut ſuprà dices .

46 ותכס uattechás ideſt & operiet : noſter uerò ait & operuit : ut ſuprà dices.

47 ותבער uattiuáàr ideſt & exardebit : noſter uerò ait & exarſit : ut ſuprà dices.

48 תלהט telahét ideſt inflãmabit : noſter verò ait comburſit : ut ſuprà dices,& ſecundum plus ſignificat, quàm primum.

49 רשעים reſcaiím ideſt impios : noſter verò ait peccatóres : ut ſuprà dices.

50 יעשו iaàasú ideſt facient : noſter verò ait & fecerunt: ut ſuprà duplici ratione dices.

51 וישתחוו uagiſcttachauũ. i. & incuruabũt ſe : nr̄ verò ait:& adorauerunt: prius corpore:nunc Spũ.

52 למסכה lemaſſechá ideſt cõflatili: noſter uerò ait ſculptile ſecũdũ declarat,& addit aliquid primo.

53 וימירו uagiamíru ideſt & mutare facient : noſter uerò ait & mutauerunt:ut ſuprà dices.

54 שור ſcor.i.bouis : noſter uerò ait uituli: ſecundum declarat primum.

55 עשב èéſcu.i.herbam:noſter uerò fęnum ait:ſecundum declarat primum.

56 ויאמר uagiómer ideſt & dicet:noſter uerò &dixit ait: ut ſuprà dices.

57 להשמידם lehaſcmidhám. i. ad diſperdere faciendũ eos:noſter uerò ut diſperderet eos ait:ſecundum magis eſt aptum,quàm primum.

58 לפניו lephanáu.i.faciebus eius:noſter uerò ait in conſpectu eius:ut ſuprà dices.

60 להשיב lehaſciu ideſt ad reuerti faciendum : noſter verò ait ut auerteret : vt ſuprà dicet.

61 מחשחית mehaſcchith ideſt à diſperdere faciendo : noſter uerò ne diſperderet ait : ut ſuprà dices.

62 וימאסו uagimasù ideſt & abominabuntur : noſter uerò ait & pro nihilo habuerunt : ſecundum declarat primum: & prius quaſi nociuum : nunc ceu inutilem ſecundum ſtatum ueteris legis, qui in minimè nocere alicui conſiſtit: nunc in charitatis officijs deficiens, pro nihilo habetur.

63 בארץ beérez ideſt in terra : noſter uerò ait terram : prius homines in terra promiſſionis habitantes : nunc terram, & ipſam propterea inutilem .

64 לא האמינו lo hemínu ideſt non credere fecerunt : noſter uerò non crediderunt ait : ut ſuprà dices.

65 וירגנו uagieraghenû ideſt & murmurabunt : noſter uerò & murmurauerunt ait : ut ſuprà dices.

66 שמעו ſameûû ideſt & audierunt: noſter uerò ait exaudierunt : ut ſuprà dices.

67 בקול bécol ideſt in uocem : noſter verò ait uocem : prius credentes : nunc ſeruando uocem.

68 וישא uagiſsá ideſt & leuabit : noſter uerò ait & eleuauit: ut ſuprà dices .

69 להם lahém ideſt eis : noſter verò ait ſuper eos: ſecundum magis apté exprimit, quàm primum.

70 להפיל lehapil ideſt ad cadere faciendum: noſter uerò ait ut poſterneret : magis exprimit: nunc effectum caſus : item idem repetit ſed noſtra deijceret ait, quod idem eſt ut prius dixit in noſtra.

71 בגים bagoim ideſt in gentibus : noſter verò in nationibus ait : ſecundùm magis uniuerſale eſt, quàm gentes, quę nobiles ſenatoris ordinis tantùm ſunt .

72 ויצמדו uagizámedhu ideſt & adherebunt : noſter uerò ait & initiati ſunt : ſecundum declarat primum.

73 ויאכלו uagiochelú ideſt & comedent: noſter uerò & comederunt ait: ut ſuprà dices.

74 ויכעיסו uagiachiiſú ideſt & irritare facient: noſter uerò & irritauerunt ait: ut ſuprà dices.

75 במעלליהם bemaàalelehém ideſt in operibus eorũ: noſter uerò ait in adinuentionibus ſuis ſecundùm declarat primum.

76 ותפרץ uattiphràz ideſt & irrumpet: noſter uerò ait & multiplicata eſt: ſecundum declarat primum.

77 מגפה maggephá ideſt mortaliter: noſter verò ait ruina: ſecundum magis exprimit quàm primum.

78 ותחשב uattechâſeph ideſt & reputabitur: noſter uero & reputat um eſt ait: ut ſuprà dices.

79 ויקצפו uagiaczíphu ideſt & iraſci facient: noſter uerò ait & irritauerunt eum: ut ſuprà, & ſuppletur defectus textus hebræi.

80 המגפ hammaggephá ideſt mortalis eſt: noſter uerò ait quaſſatio: ſecundũ eſt magis amplum quàm primum.

81 ותעצר uatteàazár ideſt & reſtinguetur: noſter uerò & ceſſauit ait: prius uoluntate reſtrinxit: nunc uerò effectus pœnę ceſſauit.

82 ויפלל uaiphallél ideſt & iudicabit: noſter uerò ait & placauit: ſecundum eſt effectus primi, nanque ex iudicio facto ab ipſo placatus eſt Deus.

83 ויעמד uagiaàamódh ideſt & ſtabit: noſter uerò & ſtetit ait: vt ſuprà dices.

84 על àal ideſt ſuper: noſter uerò ait ad: ſecundum magis aptè exprimit quàm primũ, & ſuper facto aquarum: nunc ad aquas ſuper uerbis prolatis.

85 מריבה meriuá ideſt contentionis: noſter uerò ait contradictionis: ſecundum addit primo.

86 וירע uagiéraà ideſt & malum faciet: noſter uerò & uexatus eſt ait: prius malum erat in pœnam: nunc uexatus eſt in ratione culpæ, & de qua magis ad propo-

ſitum

ſitum loquitur propheta.

87 המרו himrú ideſt rebellare fecerunt: noſter verò exacerbauerunt ait, ſecũdum magis exprimit, quia idcirco rebellaueruut, ut exarcerbarent, & prius actus rebellandi: nunc etiam mala uoluntas exarcebandi re- probatur.

88 ויבטא uiuatté ideſt & obloquentur: noſter uerò ait & diſtinxit: ſecundum magis clarè exprimit obloquendi modum.

89 לא ישמידו lo hiſmídhu ideſt non diſperdere fece-ruht: noſter verò non diſperdiderunt ait: ut ſuprà dices.

90 ויתערבו vagithàareuû ideſt & miſcebunt ſe: noſter verò & commixti ſunt ait: prius ceu uoluntate actiuè præcipiente electiuæ uirtuti miſcebunt ſe: nunc ceu electiua uirtute obediente commixti ſunt.

91 וילמדו uagilmedhú ideſt & diſcent: noſter uerò & didicerunt ait: ut ſuprà dices.

92 ויעבדו uagiàaudhû ideſt & ſeruient: noſter uerò & ſeruierunt ait: ut ſuprà dices.

93 ויהיו uagíhiu ideſt & erunt: noſter uerò & factum eſt ait: ut ſuprà dices.

94 ויזבחו uagizbbechû ideſt & immolabunt: noſter uerò & immolauuernt ait: ut ſuprà dices.

95 ישפכו nagiſcpechû ideſt & effundent: noſter uerò & effuderunt ait: ut ſuprà dices.

96 ותחנף uattechenáph ideſt & impia fiet: noſter uerò ait & infecta eſt: prius idololatria: nunc moribus prauis.

97 ויטמאו uagitmeû ideſt & contaminabunt conuerſum: noſter uerò ait & contaminata eſt: ut ſuprà dices dupliciter.

98 ויזנו uagiʒnû ideſt & fornicabuntur: noſter verò ait & fornicatı ſnnt: ut ſuprà dices.

99 במעלליהם bemaàalelehém ideſt in operibus ſuis: noſter verò in adinuentı́onibus ſuis ait: ſecundùm declarat primum.

uagíchar

99 ויחר uagíchar ideſt & iraſcetur: noſter uerò ait & iratus eſt: ut ſuprà dices.

100 ויתעב uaithaééu ideſt & abominabitur: noſter uerò ait & abominatus eſt: ut ſuprà dices.

101 ויתנם uagitteném ideſt & tradet eos: noſter verò & tradidit eos ait: ut ſuprà dices.

502 וימשלו uagimſcelû ideſt & dominabuntur: noſter uerò dominati ſunt ait: ut ſuprà dices.

103 שנאיהם sónehém ideſt odio habente eos: noſter uerò ait qui oderunt eos: ut ſuprà dices.

104 וילחצום uagilchazûm ideſt & oprimen eos: noſter uerò ait & tribulauerunt eos: ſecundum magis uniuerſale eſt quàm primum.

105 ויכנעו uagiccáneûu ideſt & humiliabuntur: noſter uerò & humiliati ſunt ait: ut ſuprà dices.

106 ידם iadhám ideſt manu eorum: noſter verò manibus eorum ait: prius ſiniſtra in corporalem pęnam; nunc etiam in ſpiritualem.

107 יצילם iazzilém ideſt eruere faciet eos: noſter verò ait liberauit eos: ut ſuprà dices.

108 ימרו iamrû ideſt rebellabunt: noſter uerò exacerbauerunt ait: prius actus: nunc etiam nocumentum ex mala efficaci uoluntate proueniens.

109 וימכו uagiamóccu ideſt & humiliabuntur: noſter uerò & humiliati ſunt: ait ut ſuprà dices.

110 וירא uagiár ideſt & uidebit: noſter uerò ait & uidit: ut ſuprà dices.

111 בצר bazzár ideſt in anguſtia: noſter verò ait eum tribularentur: ut ſuprà dices.

112 בשמעו beſcamòó ideſt in audiendo eum: noſter verò & audiuit ait: ut ſuprà dices.

113 רנתם rinnathám ideſt clamorem eorum: noſter uerò ait orationem eorum: prius clamorem eorum, quò ad pœnam corporalem: nunc uerò orationem quò ad ſpiritualem, quas tolli rogabant.

114 ויזכר uagiȝccór ideſt & memor erit: noſter uerò ait memor fuit: ut ſuprà dices.

115 וינחם uagínnachém ideſt & pœnitebit: noſter uerò ait & pœnituit eum: ut ſuprà dices, & ſecundum ſupplet primum.

116 ויתן uagittén ideſt & dabit: noſter verò & dedit ait: ut ſuprà dices.

117 לרחמים lerachamìm ideſt miſerationibus: noſter verò ait in miſericordias · prius per fidem appropinquans: nunc in miſericordias ingrediendo per charitatem.

118 לפני liphné ideſt faciebus: noſter verò ait in conſpectu: ut ſuprà dices.

119 קדשך coddscécha ideſt ſanctitatis tuę: noſter verò ait ſancto tuo: ut ſuprà dices.

120 להשתבח lehiſcttabbéach ideſt ad laudandum te: noſter uerò & gloriemur ait: prius nos ipſos pro liberatione à peccatis: nunc ut gloriemur de uirtutibus, non quidem in eis, ſed in laude tua.

121 ואמר ucamár ideſt & dixit: noſter verò ait & dicet: ut ſuprà dices.

122 אמן הללויה amen haleluia: noſter uerò ait fiat fiat: prius ueritas primi aduentus: de inde haleluia ſecundæ liberationis, quæ fiet in ultimo tempore: nunc uerò fiat ex deſiderio, & charitate bonę uoluntatis: & ſecundo deinde fiat ex charitate perſeueranti orat Eccleſia Chriſtiana.

## Confitemini. PSAL. CVI.

ingreſſus in Ieruſalem cęleſtem tantùm primitiuę Eccleſiæ patribus, qui ad nouum teſtamentum ſpectabant, paratur, de quorum numero prius erat Dauid, & Chriſtus adiutor ſignificatus per eam; ideo dicebatur ipſi Dauid; nunc verò non ponitur ipſi, quia, quæ ad noſtram Eccleſiam eò proficiſcendi pręparant, non modo ad Dauid, ſed ad noui teſtamenti quoſcunque pertinent; ideo cum ratione ſingulari particula ipſi Dauid non ponitur: dices etiam, ut ad primum ſequentis.

Hab. T.H. באמרים beomerím ideſt in dicentibus: noſter verò in his quæ dicta ſunt: prius per bonam uoluntatem dicentibus innitebamur, promittentibus bona: nunc per ſpem in actuali charitate, ex electiua uirtute manante, fundatam, in dictis mihi lætatus ſum.

3 לי li ideſt ad (domum): noſter uerò ait in domum: prius appropinquabamus domui per fidem: nunc per charitatem ingredimur illam.

4 היו haiû ideſt fuerunt: noſter uerò ait erant: ut ſuprà dices.

5 בשעריך biſcàaráich ideſt in portis tuis: noſter verò ait in atrijs tuis: prius fidei: nunc uirtutum ſanctorum atrijs.

8 יחדו iachdau ideſt ſimul: noſter verò ait in ipſum: ſecundum aptius exprimit quàm primum.

6 לישראל le Iſrael ideſt Iſraeli: noſter verò Ieruſalem: prius quaſi pro ipſo Iſrael dicto: nũc uerò quaſi per ipſum alijs innotuit.

7 לבית leuéth ideſt domui: noſter uerò ait ſuper domũ: ſecundum magis appoſitè exprimit quã primũ.

9 שאלו ſcaalû ideſt poſtulate: noſter uerò rogate ait: prius quaſi ratione ex merito: nunc rogate ex Dei clementia, quod gratiam noui teſtamenti redolet.

10 שלום ſcelóm ideſt pacem: noſter uerò ait quæ ad pacem ſunt: prius pax Dei nobiſcum quærebatur: nũc quę ad habitã pacẽ ſeruãdã faciunt, & cõfir

mandam in nouo teſtamento quæruntur.

11 ישליון iſcláiu ideſt pacificabunt ſe: noſter uerò ait & abundantia: ſecundum declarat primum: & pariter cauſſa primi exiſtit.

12 יהי iéhi ideſt erit: noſter uerò fiat ait: ut ſuprà dices.

13 שלוה ſcaluá ideſt pax: noſter uerò ait & abundantia: ſecundum exprimit primùm, & Spiritus ſancti donum addit.

14 אדברה adhabberá ideſt loquar: noſter uerò loquebar ait: ut ſuprà dices.

15 בך bac ideſt in te: noſter uerò ait de te: prius in te exiſtentem per bonam uoluntatem: nunc uerò egredientem de te per actus conformes paci.

16 אבקשה auacſcá ideſt quæram: noſter uerò ait quæſiui: ut ſuprà dices.

17 טוב tóu ideſt bonum: noſter uerò ait bona: prius temporale, & unum ex fide una: nunc etiam ſpirituale, & plura uirtutum præmia.

Ad te leuaui.

## PSAL. CXXII.

*Hab.* *T.H.* יד iadh ideſt manu: noſter uerò ait manibus: prius ſiniſtra corpori dominans: & nunc etiam animæ bonitas tuendi poteſtatem habet: Idem repetitur ſemel.

2 שבענו ſauáànu ideſt ſatiati ſumus: noſter uerò repleti ſumus ait: ut ſuprà dices: & prius corpore, quod ſatiari poteſt: nunc animo repleti, quò ad præſentia, ſed non ſatiati quò ad poſſibilia in eſſe.

3 Addit æditio noſtra, quia, poſt deſpectione: nunc ſupplemus, & addimus cauſſalem particulam, quæ cauſſam præcedentis notat ſequentem eſſe.

4 שבעה ſaueááha ideſt ſatiata eſt ipſa: noſter uerò ait repleta eſt: ut ad ſecundum dices.

ha-

5 השאננים haſcſcaanannim ideſt quietis : noſter uerò abundantibus ait : ſecundum declarat primum : & cauſſa eius pariter eſt.

6 לגאיונים liggeionim ideſt elatis : noſter uerò ſuperbis ait : ſecundum item declarat primum.

Niſi quia.

## PSAL. CXXIII.

1 לדוד ledauid ideſt ipſi Dauid addit tex. heb. quia in conuerſione hebrçorum facta, cùm Eccleſia mirabiliter eruta ab hæreticorum & ſacramentorum fuerit tyrannide, ueritatem habebit uictoria, in pſalmo ſequenti explicata per Chriſti humanitatem; ideo ab eis prius ipſi Dauid dicebatur : nunc uerò quia uirtute diuinitatis Chriſti noſtra fiet uictoria, non ponitur hic &c.

*Hab. T.H.* שהיא ſcehàia ideſt qui fuit: noſter uerò ait erat: ut ſuprà dices.

3 לנו lánu ideſt nobis : noſter verò ait in nobis: prius per fidem aderat : nunc uerò per charitatem ineſt.

4 יאמר iómar ideſt dicet : noſter uerò ait dicat : ut ſuprà dices.

5 בקום עלינו אדם becúm ààlénu adhám ideſt ſurgendo ſuper nos homine : noſter verò ait cùm exurgerent homines in nos : ut ſuprà dices.

6 שהיה ſcehàia ideſt qui fuit : noſter uerò ait erat : ut ſuprà dices.

7 המים hammaim ideſt tunc aquæ: noſter uerò ait forſitan aqua : prius plures quia plura tormentorum genera : nunc aqua deſperationis · una uel hæreſis.

8 שטפונו ſcetaphûnu ideſt inundauerunt nos : noſter uerò abſorbuiſſet nos ait : ſecundum plus dicit, quàm primum : non. n. omnis, qui natat abſor-

betur, ita non omnis, qui ſubmergitur tribulationibus corporalibus, abſorbetur per deſperationem.

9 על יפשנו àal naphſcénu ideſt ſuper animam noſtrã: noſter uerò ait anima noſtra: ſecundum uictoriam animæ innuit, quam prius nó oſtendit: idem repetitur ſemel.

10 הזדונים hazedhoním ideſt ſuperbiſſimorum: noſter uerò ait intolerabilem: ſecundum declarat primum: & prius ut corporaliter, & in hoc mundo perdamur, quod cupit ſuperbia: nunc etiam ut per deſperationem perdamur in anima.

11 עשה òosé ideſt facientis: noſter verò ait qui fecit ut ſuprà dices: & ſecundùm magis aptè dicit; quia prius reddebatur ratio auxilij in ratione, qua fecit cælum, & terram, & auxilium item præbet, ut ea conſeruet: nunc uerò etiam ſub ratione, qua dominus eſt, uirtutem interiorem uincendi præſtans: & prius ex abiectu nunc item exhabitu benedicendus eſt Deus.

Qui confidunt.

## PSAL. CXXIIII.

*Hab.* *T.H.* ישב ieſcéu ideſt habitabit: noſter uerò ait qui habitat: ut ſuprà dices.

2 לעמו leàamó ideſt populo ſuo; noſter uerò ait populi ſui: ſecundum diuerſam phraſim dices utrunq;.

3 לא ינוח lo ianûach ideſt non requieſcet: noſter uerò non relinquet ait: ſecundum declarat primum.

4 Addit æditio noſtra dominus poſt relinquet: nunc ſuppletur dominus, qui prius ceu incognitus deerat: quia & apparuit: nunc ille in mundo, & ſedens in cęlo ad dexteram patris, factus eſt actuum libro teſte dñs.

5 הרשע hareſcaà ideſt impietatis: noſter uerò ait peccatorum: ut ſuprà dices.

6 לא ישלחו lo iſclechú ideſt non extendent: noſter uerò ait non extendant: ut ſuprà dices.

belibbothám

7 בלבותם belibothám ideſt in cordibus ſuis: noſter verò ait in corde: ſecundum declarat primum; nanque intimum in ratione ſingulare eſt per ſecundum expreſſum.

8 עקלקלותם àacalccallothám ideſt ad prauitates: noſter uerò ait in obligationibus: ſecundum declarat primum: nanque cùm ad vtilia proximo impartienda teneamur: improbè, & prauè declinamus ab eis.

9 יוליכם iolichém ideſt adducere faciet eos: noſter verò adducet ait: vt ſuprà dices.

In conuertendo. PSAL. XXV.

*Hab. T.H.* שיבת ſciuath ideſt conuerſionem: noſter uerò ait captiuitatem: ſecundum declarat primum: nunc enim captiuitas dicitur, quæ prius conuerſa erat ad fidem.

2 היינו haínu ideſt fuimus: noſter uerò ait facti ſumus: ut ſuprà dices.

3 כחלמים cecholemím ideſt ſicut ſomniantes: noſter verò ait ſicut conſolati: ſecundum eſt ſimilitudo aptior prima, quæ quandoque decipitur in bono apprehenſo.

4 ימלא immalè ideſt replebitur: noſter uerò repletum eſt ait: ut ſuprà dices.

5 שחוק ſchóc ideſt riſu: noſter uerò ait in gaudio: nunc cauſſa riſus exprimitur, quæ prius non exprimebatur; non enim dabatur interior cauſſa gaudij in electiua uirtute fundata.

6 עמנו ìimánu ideſt nobiſcum: noſter uerò ait cum eis: prius quaſi præſentibus per fidé: nunc quaſi abſentibus ſper charitatis abſentiam.

7 היינו haínu ideſt fuimus: noſter uerò ait facti ſumus: vt ſuprà dices.

8 שבותנו ſceuiténu.i. conuerſioné noſtrá: noſter uerò ait captiuitatem noſtram: vt ad primú dices.

aphi-

7 הפיקים aphicím ideſt rapidiſſima (flumina): noſter uerò ait torrens: prius timore pœnæ, vt ratione præceptorum plurium legis tranſgreſſorum; ideo &cęt. nunc ratione unius charitatis præcepti tranſgreſſi, & in charitatis calore Eccleſia captiua ceu liqueſcés torrens ponitur.

10 ברמעה bedhimáá ideſt in lachryma: noſter verò ait lachrymis: prius ratione malorum corporalium vna erat: nunc etiam ſpiritualis mali ratione.

11 הלך ילך haloch ieléch ideſt eundo ibit: noſter uerò euntes ibant ait; diuerſa eſt enim phraſis: & prius in obſeruantia legis ſtando ibunt: nunc euntes in obſeruantia ueteris legis: ibunt communicantes bona per charitatis exercitium.

12 נשא משך הזרע noſcé méſcech haʒáraà ideſt portans caniſtrum ſeminis: noſter verò ait mittentes ſemina ſua: prius menſura meriti legis ſeruatæ portabatur: nunc mittitur ſemen, vt in terra fructificet ex charitate.

13 בא יבא bo iauó ideſt intrando intrabit: noſter verò venientes autem venient ait: prius intrando ex charitate per bonam voluntatem, intrabit per charitatis iuſtitiam: nunc autem venientes per opus charitatis iuſtitiæ, venient per Spiritus ſancti charitatis exercitium.

Niſi dominus.

## PSAL. CXXVI.

*Hab. T.H.* לשלמה liſclomó ideſt Salomoni: noſter verò Salomonis ait: prius Salomoni pacifico Chriſto: nunc Salomonis in Chriſto fidelis pacifici per gratiam noui teſtamenti.

2 בו bo ideſt in eo: noſter verò ait eam: prius dictum ſuperiorem rationem, quæ eſt in interiori domus animæ noſtræ, ſignificat: nunc electiuam virtutem, qua animę noſtræ domus conſtituitur.

3 שקר ſcacár ideſt vigilauit: noſter verò ait vigilat: ut ſuprà dices.

4 משכימי maſceecímé ideſt maturantibus: noſter verò ait ante lucem: ſecundum declarat primum.

5 מאחרי שבת meachāré ſcéueth ideſt tardantes ſedere: noſter verò ait ſurgite poſtquam ſederitis: prius tardantes à peccatis quieſcere: nunc verò ad gratiam, poſtea quàm à peccatis quieueritis, ſurgite.

6 העצבים haäazabbím ideſt dolorum: noſter uerò ait doloris: prius & corporalis, & ſpiritualis: nunc ſpiritualis tantùm præcipuè.

7 כן cen ideſt ſic: noſter verò ait cùm: ſecundum magis aptè exprimit, quàm primum.

8 לידידו lídhidido ideſt dilecto ſuo: noſter uerò ait dilectis ſuis: prius Chriſto, & in Chriſto per fidem vnico dilecto populo fideli: nunc uerò in charitate, in exercitio diſpari et gradu diſtincto dilectis.

9 הנעורים hanneūurím ideſt iuuentutum: noſter uerò ait excuſſorum: prius ſpiritu mentis renouatornm, & Chriſti regeneratorum ſanguine: nunc plenius Spiritus ſancti accenſione excuſſorum.

10 אשרי aſcré ideſt beatitudines: noſter verò beatus ait: ut ſuprà dices.

11 הגבר haggéuer ideſt præualens: noſter uerò ait vir: prius roboris corpore: nunc animi virtutibus.

12 אשפתו aſcpathò ideſt pharetram ſuam: noſter verò ait deſiderium ſuum: prius figura: nunc veritas explicatur.

13 לא יבשו icuóſcu ideſt non confundentur: noſter uerò non confundetur ait: prius ſingulari fidei illuſtratione cuique conceſſa, & veteri teſtamento propria: nunc vnus quaſi epilogo recenſcitus, qui ad ſtatum veteris non nouæ legis ſpectabat, exprimitur.

14 ידברו iedhabberú ideſt loquētur: noſter verò ait cùm loquetur: vt ſuprà hic dices.

Beati omnes.

## PSAL. CXXVII.

*Hab. T.H.* אשרי aſcré ideſt beatitudines:noſter verò beati ait: vt ſuprà dices.

2 ירא ieré ideſt timentis : noſter uerò ait qui timent: prius vnus in fide:nunc verò diſtinctis virtutibus præditi plures.

3 ההלך haholéch ideſt qui ambulans eſt : noſter uerò ait qui ambulant:vt ad ſecundum dices.

4 יגיע ieghíaá ideſt laborem : noſter uerò labores ait: vbique ad pręcedentia dicitur.

5 כפיך capécha ideſt palmarum tuarum:noſter uerò ait manuum tuarum: vt ſuprà dices.

6 אשריך aſcrécha ideſt beatitudines tuę : noſter verò ait beatus es:vt ſuprà dices .

7 פוריה porigiá ideſt fructifera : noſter verò ait abundans: prius figura:nunc veritas ponitur.

8 גבר gáuer ideſt præualés: noſter verò ait homo:prius præualens potentia corporea: nunc homo humilitate vilis.

9 יברכך ieuarechechá ideſt benedicet tibi: noſter verò benedicat tibi ait: ut ſuprà dices.

10 בטוב be tou ideſt in bono : noſter uerò ait bona: prius in bono Chriſto : nunc bona , quæ pro mercede dantur nobis.

Sæpe expugnauerunt.

## PSAL. CXXVIII.

*Hab. T.H.* רבת rabbáth ideſt multum: noſter uerò ait ſæpe:ſecundum declarat primum.

2 צררוני zerarúni ideſt affecerunt anguſtia me : noſter uerò ait expugnauerunt me ; ſecundum eſt finis primi,& plus ſignificat,quàm primum;nanque plus

eſt

eſt vitia vincere, vt fecit primitiua Eccleſia noſtra, quã vincens, vt fecit Eccleſia vetus.

3 מנעורי mine urái ideſt à pueritijs meis: noſter uerò ait à iuuentute mea: prius ſecundum ſtatum veteris legis, quæ pueritiæ à Beato Paulo comparatur: nunc iuuentutis ſtatus primorum videlicet patrum Eccleſiæ noſtrę, robore Spiritus ſancti firmatus, innuitur.

4 יאמר iómar ideſt dicet: noſter verò dicat ait: vt ſuprà dices.

5 רבת rabbáth ideſt multum: noſter uerò ait ſæpe: vt ad primum dices.

6 צררוני zerarúni ideſt afficientes anguſtia me: noſter uerò expugnauerunt me: ait vt ad 7. dices.

7 מנעורי mineüurái ideſt à pueritijs meis: noſter uerò ait à iuuentute mea: vt ad tertium dices.

8 חרשו חרשים chareſcú choreſcím. i. arauerunt aratores: noſter verò fabricauerunt peccatores ait: nunc ſimilitudinem magis claram ponit: nanque prius minimaqueque peccata vomeribus linguæ fodiendo, in me calumnioſè trudebant: nunc diuerſa intolerabilia grauamina ſuper humeros ſtruunt.

9 האריכו heeríchu ideſt prolongare fecerunt: noſter verò prolongauerunt ait: vt ſuprà dices.

10 למענית‍ם lemaàanithám ideſt ſulcum ſuum: noſter uerò ait iniquitatem ſuam: prius reſeratæ infidelitatis: nunc verò non zelo iuſtitiæ, & honoris diuini, ſed ob iniquitatem contra charitatem agentes.

11 קצץ cizzézz ideſt ſuccidit: noſter verò concidet ait: vt ſuprà dices.

12 עבות àauoth. i. funes: noſter verò ait ceruices: prius funes vinciendi Eccleſiam peccantium: nunc verò ceruices, quas ex iniquitate vinciebant: & ſecundum declarare videtur primum.

13 רשעים reſcaiim ideſt impiorum: noſter verò peccatorum ait: vt ſuprà dices.

14 יבשו ieuóſcu ideſt confundentur: noſter verò confundantur ait: vt ſuprà dices.

veiſsó-

15 ויסגו veiſsóghu ideſt & retrahent ſe: noſter verò & cõuertantur ait: prius potenti virtute pulſi; nunc diuino iudicio ab acti.

16 יהיו iheiû ideſt erunt: noſter verò fiant ait: vt ſuprà dices.

De profundis.

## PSAL. CXXIX.

Hab. T.H. קראתיך cerathícha ideſt vocaui te: noſter verò ait clamaui ad te: vt ſuprà dices.

2 ארני Adhonaí ideſt Domini mei: noſter verò ait Domine: ut ſuprà dices.

3 שמעה ſcimàa ideſt audi: noſter verò exaudi ait: vt ſuprà dices.

4 בקולי becolí ideſt in voce mea: noſter uerò ait vocẽ meam: prius in afflictione in voce oſtenſa: nunc verò gementem, atque clamantem uocem, quæ etiam externè afflictionem animi pandit.

5 תהיינה thiheiéna ideſt erunt: noſter verò ait fiant: uţ ſuprà dices.

6 ארני Adhonái ideſt Domini mei: noſter uerò ait Domine: vt ſuprà dices.

7 עמך iimmechá ideſt tecum; noſter verò ait apud te; prius tecũ quò ad humanitatem eſt propitiatio: nunc apud te quò ad diuinitatem propitiatio eſt, quæ quid creatum eſt.

8 הסליחה haſſelichá ideſt venia: noſter verò ait propitiatio: prius venia remiſſionis peccati: nũc etiam propitiatio eſt, qua neceſſariam nobis gratiam aſſequimur, & bona.

9 למען תורא lemáàan tiuaré ideſt propterea timeberis: noſter uerò ait & propter legem tuã; ſecundum exprimit cauſſam primi; nanque data eſt lex in hoc timoris medio, vt timearis: prius etiam timorem cauſſabat lex; nunc per fidem, & charitatem bonæ volun-

voluntatis ducit ad Chriſtum.

10 קותי ciuíthi ideſt expectaui: noſter verò ait ſuſtinui te: prius in ſpe fundata in fide: nunc ſuſtinui te pacienter ex charitate grauamina tolerans.

11 קותה ciuethá ideſt expectauit: noſter verò ſuſtinuit ait: vt ad decimum dices.

12 לדברו lidhuaro ideſt verbo eius: noſter uerò in verbo eius ait: prius verbo eius credens: nunc in verbo per charitatem innitens.

13 הוחלתי hochálti ideſt expectare feci: noſter uerò ait ſperauit: ut ſuprà dices.

14 לאדני ladhonaí ideſt Dominis meis: noſter uerò ait in Domino: vt ad ſextum dices.

15 משמרים miſeſcomerím ideſt à cuſtodientibus: noſter verò ait à cuſtodia: prius in ſtatu legis, quæ nocti comparabatur à ſingulis actu cuſtodientibus, quaſi pertinens ad proprium ſtatum: nunc uerò cùm ſtatus Chriſtianæ Eccleſiæ diei comparetur, quaſi epilogans vnica comparatione: ait à cuſtodia vna, & habitum ſignificante prolata.

16 לבקר labbócer ideſt ipſi mane: noſter verò ait matutina, quod magis congruum eſt uerbum.

17 שמרים לבקר ſcomerím labbócer ideſt cuſtodentes ipſi mané (inuigilantes): noſter uerò ait vſque ad noctem: prius vſque ad cuſtodias de manè, quę gratiam vbique pręnunciant: nunc vſque ad noctem ideſt mortis & finis ſæculi, quæ gloriam æternam promittit: & ut ad 15. dices.

18 יחל iachél ideſt ſperare faciet: noſter uerò ſperet ait; ut ſuprà dices.

19 אל יהוה el iéhoua ideſt ad Dominum: noſter verò ait in Domino: prius ad Dominum ducebamur per fidem: nunc uerò in Domino per charitatem exiſtimus.

20 עם iim ideſt cum: noſter verò ait apud: vt ad ſeptimum dices.

21 עמו iimmo ideſt cum ipſo: noſter verò ait apud eum:

ut

vt pariter ad ſeptimum dices.

Domine non eſt exaltatum.

## PSAL. CXXX.

*Hab.* *T.H.* לדוד ledauid ideſt ipſi Dauid in titulo vt ad primũ 121.& 122.pſalmi dices.

2 שויתי ſciuíthi ideſt equaui: noſter uerò ait nôn humiliter ſentiebam:prius perfectio conſtabat in rectitudine obſeruantiæ legis,& æquitate, quæ unicuiq; reddit quod ſuum eſt,nunc in humili ſenſu ſuiipſius.

3 ודוממתי uedhomámtti ideſt & ſilere feci: noſter verò ait ſed exaltaui: prius & à laude propria ſilere feci meipſum, quaſi bona in me exiſtentia,& ceu propria tacens: nunc ſed exaltaui animam meam de naturalibus bonis, vel ſupernaturalibus ſuperbiens.

4 יחל iachél ideſt ſperare faciet : noſter verò ſperet ait: ut ſuprà dices.

Memento Domine.

## PSAL. CXXXI.

*Hab.* *T.H.* ענותו ûunnuthó ideſt afflictionis eius : noſter uerò ait manſuetudinis eius: prius timorem ſeruabat afflictio: nunc charitas manſuetudinem gignit.

2 נשבע niſcbbaà ideſt iuratus eſt: noſter verò ait iurauit: vt ſuprà dices.

3 לאביר laauír ideſt forti: noſter uerò ait Deo: ſecundum declarat primum.

4 Addit æditio noſtra: & requiem temporibus meis:nũc vt ſufficientiam omnium,in quibus quieſcimus ponat, addit prædictam particulam.

5 משכנות miſcecenót ideſt tabernacula : noſter uerò ait tabernaculum eius : prius quærebantur tabernacula quietis corporalis, & ſpiritualis voluntatis bonæ, quæ per incarnationem Chriſti dabantur,

nunc

nunc vt in vniuerſali mundi pace eo per illam in temtempore contigit: nunc autem ſpiritualis tantùm præcipuè, quę in Chriſti paſſione per ſacramenta cõfertur.

6 נשתחיה niſettachaue ideſt incuruabimus nos: noſter uerò adorabimus ait: vt ſuprà dices.

7 להדם רגלו laadhóm raghláu ideſt ſcabello pedum eius: noſter uerò ait in loco, vbi ſteterunt pedes eius: ſecundum declarat primum.

8 עזך ùu ʒécha ideſt fortitudinis tuæ: noſter vero ait ſanctificationis tuæ: prius ad debellandum hoſtes: nunc ad ſanctificandum Spiritus ſancti donis.

9 ילבשו ilbbeſú ideſt induentur: noſter uerò induantur ait: vt ſuprà dices.

10 וחסידיך vachaſidhécha ideſt & miſericordes tui: noſter verò ait & ſancti tui: ut ſuprà dices.

11 ירננו ieranénu ideſt exultabunt: noſter verò exultēt ait: vt ſuprà dices.

12 אלתשב altaſcéu ideſt ne auertes: noſter uerò non auertas ait: ut ſuprà dices.

13 פני pené ideſt facies: noſter verò faciem ait: prius ſiniſtram, & dexteram bonorum corporalium, & ſpiritualium: nunc faciem ſpiritualium tantùm præcipuè.

14 נשבע niſcbbaà ideſt iuratus eſt: noſter verò ait iurauit: vt ſuprà dices.

15 לא ישוב ממנה lo iaſcuu mimménna ideſt non reuertetur ab ea: noſter verò ait & nõ fruſtrabitur eum: ſecundum declarat primum.

16 אשית aſcíth ideſt ponere faciam: noſter verò ponam ait: ut ſuprà dices.

17 לכסא lechiſsé ideſt ſedi: noſter uerò ait ſuper ſedē: congruitas eſt vtriuſque linguæ.

18 בציון bezzigión ideſt in ſion: noſter uerò ait ſion: prius in ſion per complacentiam in bona volun tate ſua: nunc verò ſion quaſi iuſtitia ſit obiectum electione diuina dignum.

19 אוה iuá ideſt deſiderauit (valde) noſter uerò ait ele-

git: ut ſuprà dices: & prius per bonam voluntatem; nunc verò per electiuam virtutem.

20 צדה zédhaha ideſt eſcam eius: noſter verò ait viduam eius: ſecundum declarat primum; nanque vidua Chriſtiana cibus religioſorum Eccleſiæ debet eſſe, vt Sareptana vidua Heliæ fuit.

21 לחם láchem ideſt pane: noſter uerò ait panibus: prius corporali: nunc etiam ſpirituali.

22 ישע iéſcaà.i. ſalutem: noſter verò ſalutari ait: prius gratiæ fidei, & miſericordiæ in alios: nunc vero ſalutari Spiritus ſancti dono: quod vltimam ſalutem donat.

23 והסידיה vehaſidhéha ideſt & miſericordes ſui: noſter verò ait & ſancti eius: vt ſuprà dices.

24 אצמיח azmíach ideſt florere faciam: noſter verò ait producam: ſecundum eſt magis aptum, quàm primum.

25 יציץ iazziz ideſt fulgere faciet: noſter verò efflorebit ait: prius corporale diadema fulgentibus gemmis ſignificabat: nunc efflorebit virtutum germina ſignificata per gemmas.

26 נזרו nízro ideſt corona ſua: noſter uerò ait ſanctificatio mea: prius corona aurea gemmis reſplendens ſua erat ideſt Dauid dicit propheta: nunc verò ſanctificatio mea eſt ait Chriſtus, qua eſt ſanctus ipſe, & conſecratus eſt Deo, & qua exemplo vitæ diuino regimine ſanctificare poteſt.

Ecce quam bonus.

## PSAL. XXXII.

*Hab. T.H.* לדוד ledauid addit textus hebræus: vt ad principiũ 121.& 123. pſalmi dices.

2 גם יחד gam iáchadh ideſt etiam ſimul: noſter uerò ait in vnum: prius per ſimilitudinem fidei, & cultus: nunc verò per vinculum charitatis in vnum.

caſcémen

3 כשמן caſcémen ideſt ſicut oleum: noſter verò ait ſicut vnguentum: nunc addit ſuper primum: quia plura erant in vnguento illo quàm oleum: vt balſamum redolentiſſimum, virtutes celeberrimas ſignificans, quibus Eccleſia Dei elucet, & flagrat.

4 פי pi ideſt os: noſter uerò ait oram: quia prius in præcipua membra Eccleſiæ ſignificata per os deſcendebat Spiritus ſanctus: nunc etiam in infima membra, ſignificata per oram, deſcendit.

5 מדותיו middotháu. i. veſtimentorũ videlicet apoſtolorum eius: noſter verò ait veſtimenti eius: prius plura erat ſacerdotum veſtimenta, quæ ordo Eccleſiaſticus ſunt: nunc vnum in charitate perfecta per Spiritus ſancti donum eſt.

6 על àal ideſt ſuper: noſter verò ait in: & repetitur idẽ: ut ſuprà dices.

7 הררי harré ideſt montes: noſter verò ait montem: vt ſuprà hic dices ad quintum.

8 צוה ziuuá ideſt præcepit: noſter verò mandauit ait: ut ſuprà dices.

9 חיים chagiím ideſt vitas: noſter uerò & vitam ait ideſt per donum Spiritus ſancti additum, ſignificatum per &: & vt ſuprà dices.

## Ecce nunc benedici. PSAL. CXXXIII.

1 Addit æditio noſtra nunc poſt ecce: vt innuat nunc datam facultatem benedicendi dominum per donum Spiritus ſancti, quod prius minimè conceſſum erat.

2 Addit æditio noſtra in atrijs domus Dei noſtri: nunc ex charitate in proximũ donata per Spiritus ſancti donum, in atriis in curam fidelium ſtamus intenti, qui prius non poteramus.

*Hab. T.H.* יברכך ieuarecchá ideſt benedicet te: noſter verò ait benedicat tibi: ut ſuprà dices.

4 עשה òoſcé ideſt faciens: noſter verò qui fecit ait: ſecũdum magis aptè declarat, quàm primũ.

Laudate nomen Domini.

## PSAL. CXXXIIII.

*Hab. T.H.* לסגלתו liſggullathó ideſt peculiarem eius: noſter verò ait poſſeſſionem eius:prius in gregé, qui ob corporalia bona,in ſui vtilitaté data,ſeruit dño: nunc in poſſeſſionem,q̃ nullius eget pro ſe,ſed ex ſeipſa ſeruit domino:et ſi quid accipit puta culturam,& cęnũ, in domini vberiorem fructum recipit illud.

2 ואדנינו vaadhonénu ideſt & domini noſtri:noſter verò ait & deus noſter: vt ad principium octaui pſalmi dices.

3 מעלה maàalé ideſt aſcendere faciens:noſter verò ait perducens : ſecundum magis ſignificat, quia generationem nubium exprimit:& prius,quomodo eleuantur ipſæ, exponit.

4 מוצה mozé ideſt educere faciens : noſter verò ait qui producit:ſecundum magis clarè productionem ventorum declarat,quàm primum.

5 רוח ruach ideſt ventum: noſter uerò ait ventos: prius vnum ponebat quaſi ad ſtatum legis impropriè potiſſimũm pertinentem : nunc ventos,quaſi ad noſtrũ ſtatum ſpectantes, dicit, qui Chriſtum illum eſſe, qui creaturas omnes in ſingulari condidit,innuunt.

6 בהמה behemá ideſt beſtiam : noſter verò ait pecus: prius generatione naturali uſque ad beſtias : nunc ſpirituali, uſque ad pecus ideſt minuti populi, & carnalis domabilis Dei ſpiritu ait.

7 שלח ſcalách ideſt miſit: noſter uerò ait & miſit; quia nunc per donũ Spiritus ſancti ſubſtantialiter intellecta miſit, de quibus in pſalmo vide.

8 על àal ideſt ſuper : noſter verò ait in ante ſeruis ſuis: prius ſuper ſeruos ſuos per fidé , quę ſupereminet nobis , vtpotè ſuperiorem partem rationis informans: nunc in ſeruis ſuis per charitatem exiſtens.

9 יתנחם ithnechám ideſt conſolabitur ſe : noſter uerò ait deprecabit:ſecundũ declarat cauſſam primi.

Adhám

10 אדם Adhám ideſt hominis: noſter uerò hominum ait: prius hominis in ſingulari, quaſi non pertinentis ad ſtatum illum, ſed naturæ: nunc hominum de gentium numero, ad noſtrum pertinentium ſtatum.

11 להם lahém ideſt ipſis: noſter uerò ait habent: ſecundum diuerſam congruam conſtructionem dicit ita: & idem repetitur pluries.

12 יהיו iheiú ideſt erunt: noſter verò fiant ait: ut ſuprà dices.

13 כל בטח col botéach ideſt omnis confidens: noſter verò ait & omnes, qui confidunt: vt ad 12. dices.

14 הללויה haleluia addit text. heb. quia in fine mundi conuertentur hebræi, & fructum pſalmi huius ſentient.

Confitemini Dño. PSAL. CXXXV.

1 Addit æditio noſtra haleluia haleluia dic vt ad principium 117. pſalmi.

*Hab. T.H.* לעולם leòolám ideſt ſęculo: noſter verò ait in ſæculũ: vt ſuprà dices: & pluries repetitur idẽ.

3 לאלהי leelohé ideſt Dijs: noſter verò ait Deo: prius ſecũdum pluralitatem perſonarum, quę principia actualia factorum à Deo fuerunt: nunc Deo: quia in Chriſto omnis plenitudo diuinitatis conſiſtit.

4 לרוקע lerocáà ideſt ei, qui extendit: noſter uerò ait qui formauit: prius vbique: nunc etiam quocunque in tempore.

5 לממשלת lememſcélet ideſt poteſtati: noſter verò ait in poteſtatem: ex phraſi diuerſa horũ rationem aduerte.

6 ביום bagióm ideſt in die: noſter verò ait diei: conſequenter ad antecedentia dices.

7 לממשלות lememſcelóth ideſt poteſtatibus: noſter verò ait in poteſtatem: ex phraſi diuerſa hæc oritur diuerſitas.

8 בלילה ballàiela ideſt in nocte: noſter verò ait nocτis: vt ad quintum dices.

9 למכה lemaccé ideſt percutiente: noſter uerò ait qui percuſſit: prius articulus iuxta phraſim græcā additur, & pariter in hebręo.

10 בי bi ideſt in: noſter verò ait cum: ſecundum magis exprimit, quàm primum; quia & Aegyptum, & primogenita eius percuſſa explanat.

11 ויוצא vagiozzé ideſt & educet: noſter verò qui eduxit ait: ut ſuprà dices.

12 נטויה netugiá ideſt extento: noſter uerò ait excelſo: prius inimicos humanitatis Chriſti proſternés: nunc excelſo diuinitatis brachio, diuinitatem illius negantes, perdens.

13 לגזר legho ʒ ér ideſt diuidenti: noſter verò ait, qui diuiſit: ſecundum magis clarum eſt, quàm primum.

14 סוף ſuph ideſt arundine rubea: noſter verò ait rubrum: ſecundum eſt magis determinatum, quàm primum.

15 לגזרים ligh ʒ arím ideſt diuiſionibus: noſter verò in diuiſiones ait: ut ſuprà dices.

16 והעביר veheèeuír ideſt & tranſire fecit: noſter uerò & eduxit ait: prius quaſi venator feras: nunc verò ceu domeſticum populum eduxit.

17 סוף ſuph ideſt arundinum rubearum: noſter uerò ait rubrum: vt ad 14. dices.

18 למוליך lemollich ideſt ad ambulare facientem: noſter uerò ait qui traduxit: prius ſuperiori reſpondet, quod dicit tranſire fecit: nunc verò reſpondet verbo traduxit.

19 במדבר bamidhbbár ideſt in deſerto: noſter verò ait per deſertū: ſuperioribus uerbis reſpondés.

20 למכה lemaccé ideſt percutiente: noſter verò ait qui percuſſit: vt ad ſeptimum dices.

21 ויהרג vagiaharógh ideſt & occidet: noſter verò & occidit ait: vt ſuprà dices.

22 לסיחון leſichón ideſt ipſi ſichon: noſter verò ſeon ait: ſecundum diuerſam conſtructionem linguarum dices.

23 לעוג leògh ideſt ipſi òogh: noſter verò ait og: vt hìc ſuprà dices.

24 לנחלה lenachalá ideſt hæreditati: noſter verò hæreditatem ait: ut hic ſuprà dices.

25 ויפרקנו vagiphreccénu ideſt & redimet nos: noſter uerò ait & redemit nos: vt ſuprà dices.

26 מצרינו mizzarénu ideſt de anguſtia afficiẽtibus nos: noſter uerò ab inimicis noſtris ait: prius actus: nunc etiam affectus reprobatur: cauſſam vt ſuprà habes.

27 לחם léchem ideſt panem: noſter uerò ait eſcam: ſecundum eſt magis aptum, quàm primum.

28 Addit æditio noſtra confitemini Domino Dominorũ, quoniam in ſæculum miſericordia eius; quia Dominus noſter noſmetipſos de tyrannidis poteſtate educet per deuia mundi, & etiam regnum cœleſte conſcendere poſtremò faciet, quod prius non poteramus.

Super flumina.

## PSAL. CXXXVI.

1 Addit æditio noſtra haleluia pſalmus ipſi Dauid (.i. in captiuitate) quod addunt 7 .quia ereptio de poteſtate peccati, figurata per liberationem à captiuitate prophetata à Ieremia: nunc à populo Chriſtiano cantatur, non ab hebręo, qui reprobatus fuit.

*Hab. T.H.* את ציון eth zigión ideſt ipſum ſion: noſter verò ait tui ſion: nunc iuncti illi per charitatem tanquam præſenti, in ſecunda perſona loquimur.

3 על àal ideſt ſuper: noſter uerò ait in: prius quaſi ſuper ſtructam doctrinam, vt ait B. Paulus, Si quis ſuperædificauerit ſuper fundamentum hoc &c. nunc in ſalicibus quaſi charitatis cõſilia, quibus inhęremus illis.

4 כנרותינו cinnerothénu ideſt citharas noſtras:noſter verò ait organa noſtra:prius operum miſericordiæ ſex doctrinam:nunc organa cantandi proſperitatis in tépore:vt ait B.Iacob. æquo animo eſt,pſallat.

5 שאלונו ſceelúnu ideſt poſtulauerunt nos: noſter verò interrogauerunt nos ait:ſecundum eſt magis aptum verbum; quàm primum.

6 שובינו ſcouénu ideſt captiuantes nos: noſter verò ait qui captiuos duxerunt nos: ſecundum magis aptè, & clarè exprimit, quàm primum.

7 ותוללינו vetholalénu ideſt & ſuſpenſiones noſtras: noſter verò ait & qui abduxerunt nos: ſecundum declarat primum:nanque ſuſpenſiones & actiue,vt hic, & paſſiuę intelligi poſſunt;nos ergo ſuſpéſos, qui lætitia perfundebamus fideles, interrogauerunt nos &c.

8 שמחה ſimchá.i.gaudiũ: noſter verò hymnũ ait:prius gaudium ex bona voluntate procedés,& bonã voluntatem ingenerans: nunc hymnum vniuerſalis laudis ſuper illius virtute,qui & propulſauit vitia, ac violentas paſſiones,& peccatorũ reliquias, & in obſeruantia legis obãbulauit, quod propriũ eſt teſtaméto nouo.

9 משיר miſcſcir ideſt de cantico:noſter uerò de canticis ait:prius vno ratione triumphi fidei contra infideles omnes: nunc de canticis ſion addentes prædicto triumphum ſuper vitia.

10 על àal ideſt ſuper: noſter verò ait in: ut ſuprà dices.

11 תשכח tiſccách ideſt obliuiſcetur: noſter verò ait obliuioni detur:ſecundum eſt magis aptum,& congruum, quàm primum.

12 תרבק tidhbbác ideſt adherebit:noſter verò adhęreat ait:ut ſuprà dices.

13 אעלי aàalé.i.aſcendere faciã:nr̃ verò propoſuero ait: ſecundũ eſt magis aptũ uerbũ; quia conſiliũ eius ordinans illa,de quibus lætitiã habiturus erat, propoſiturum in principio lætitiæ promittit Eccleſiam.

àal

14 על ראש àal róſc ideſt ſuper caput: noſter verò ait in principio: ſecundum declarat primum; nã de quo capite uel molis, uel temporis uidelicet intelligi debeat, exponit.

15 את יום eth iom ideſt ipſa die: noſter verò ait in die ſecundum eſt magis aptum uerbum quàm primum.

16 ערו ערו àáru àáru ideſt dicooperite diſcooperite: noſter uerò exinanite exinanite: prius facultates, quibus operimur, ut domos, & ueſtes: nunc exinanite uigorem corporeum, & animarum uirtutes.

17 השדודה haſcſcedhudhá ideſt prædata: noſter verò ait miſera es: prius cùm prędata fuiſſes omnes facultates Eccleſiæ, ipſo facto indigna, & ceu iure priuata tuorum facta iudicio diuino, omnes amiſiſti diuitias: nunc, quę uirtutes Eccleſiæ extinguere conata es, miſera, amiſſis omnibus proprijs, es facta.

18 אשרי aſcré ideſt beatitudines: noſter uerò ait beatus: ut ſuprà dices.

19 שישלם ſceiſcallém ideſt qui retribuet: noſter verò ait qui retribuat: ut ſuprà dices.

20 אשרי aſcré ideſt beatitudines: noſter verò ait beatus: ut ſuprà dices.

21 עלליך òolalaich ideſt paruulos tuos: noſter uerò ait paruulos ſuos: prius tuos præſentia fidei: nunc abſentia charitatis ſuos.

Confitebor.

## PSAL. CXXXVII.

1 Addit æditio noſtra pſalmus; quia fructus liberationis ab inimicis corporalibus, & ſpiritualibus hic canitur, qui proprius eſt teſtamento nouo.

2 Addit æditio noſtra domine, ſupplens id quod deficiebat prius, & noſtro ſæculo apparuit.

Addit

3 Addit æditio noſtra, quoniam audiſti uerba oris mei: quia exauditio hæc ad nouum teſtamentum pertinet.

4 אשתחוה eſcttachaué ideſt incuruuabo me (diſponens): noſter uerò ait adorabo: ut ſuprà dices.

5 קדשך codhſechá ideſt ſanctitatis tuæ: noſter uerò ait ſanctum tuum: prius ſanctitas abſtracta erat, quia non adhærebat cuiquam de lege communi: ſecundum ueteris legis ſtatum: nunc autem ad pertinentes teſtamento nouo, eo cohoneſtatos ſpectat.

6 ועל ueàal ideſt & ſuper: noſter uerò ait &: nunc magis apta locutio eſt non repetere, quod ex antecedente uerbo intelligitur.

7 שמך אמרתך ſcimchá imrathécha ideſt nomen tuum eloquium tuum: noſter uerò ait nomẽ ſanctum tuum: prius nomen erat eloquium promiſſionis gratiæ: nunc eſt nomen ſanctum, quod nos chriſmate ſanctificat.

8 קראתי caráthi ideſt uocaui: noſter uerò inuocauero ait: ut ſuprà dices.

9 ותענני uattaàanéni ideſt & reſpondebis mihi: noſter uerò ait & exaudi me: ut ſuprà dices.

10 תרהבני tarhiuéni ideſt roborare facies me: noſter verò ait multiplicabis: ſecundum declarat primum.

11 עז òoz ideſt fortitudinem: noſter uerò ait uirtutem: ut ſuprà dices

12 יודוך iodhúcha ideſt confitebuntur tibi: noſter verò ait confiteantur tibi: ut ſuprà dices.

13 Addit æditio noſtra omnia ante uerba: quod reipſa factum eſt in teſtamento nouo tuum.

14 אמרי imré ideſt dicta: noſter uerò ait uerba: prius dicta ideſt eloquia promiſſionis gratiæ prædicabantur: nunc uerba legis charitatis ſuper charitate iam data, fundata.

15 וישרו ueiaſciru ideſt & cantare facient : noſter uerò ait & cantent : ut ſuprà dices.

16 שפל ſcaphél ideſt humilem : noſter verò ait humilia : prius in ſingulari quaſi epilogo de omni genere humilium loquitur : nunc uerò de ipſo in plurali, ut ad teſtamentum nouum ſpectantia; nanque populus gloriabatur ex lege teſte beato paulo, qui ait, qui gloriaris in lege.&c.

17 יראה iré ideſt reſpiciet : noſter uerò reſpicit ait:ut ſuprà dices.

18 גבה ghauóah ideſt altus : noſter verò ait alta : ſecundum exprimit alta,& innuit celſitudinem Dei ſuper omnes creaturas : primum autem non tanta, quæ neceſſaria ſunt exprimit, ſed altum Deum explanat.

19 יידע ieièdhaá ideſt cognoſcet : noſter uerò ait cognoſcit : vt ſuprà dices.

20 צרה zará ideſt anguſtiæ:noſter uerò tribulationis ait: ut ſuprà dices.

21 תשלח tiſclách ideſt (extendens) mittes : noſter verò ait extendiſti : ſecundum declarat primum.

22 ותשיעני uethoſcièéni ideſt & ſaluum facies me : noſter uerò ait & ſaluum me fecit : prius tu Chriſte ſecundum humanitatem ſaluum facies me·nunc tu Chriſte:ſecundum diuinitatem ſaluum me fecit dextera humanitatis tua,in dexteram cæli me ducens;iudicabit enim Chriſtus ut homo.

23 אל תרף al téreph ideſt ne remittes : noſter uerò ne deſpicias ait: prius opera manuum tuarum expanſarum in cruce ne relaxando, remittes : & à puniendo deſiſtas : nunc opera manuum tuarum, quę ſunt fideles per manuum impoſitionem Spiritu ſancto inſigniti,& in templa ſpiritualia fabricati, ne quęſo deſpicias,ſed gloriam eis deſideratam tribuas.

Domine

Domine probaſti me.

## PSAL. CXXXVIII.

hab. tex. heb.

1 למנצח lamnazzéach ideſt uictori: noſter uerò in finem ait: ut ſuprà dices.

2 ותדע uatedhâà ideſt & cognoſces: noſter uerò ait & cognouiſti: ut ſuprà dices.

3 לרעי le reiî ideſt cogitationi meæ: noſter verò ait cogitationes meas: ut ad decimum ſextum præcedentis dices; quia prius cogitationes non arbitrabantur eſſe peccata; ideo dicebat Iſaias auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis, quæ ad ſtatum ueteris legis non pertinebant: propterea in ſingulari quaſi epilogo recenſcet eas: nunc autem in plurali: ut ſingulariter omnes conſiderentur.

4 ורבעי ueriuiî ideſt ut accubitum meum: noſter uerò ait & funiculum meum: prius finem diurni operis: nunc funiculum intentionis finis conſideratur.

5 זרית zeritha ideſt uentilaſti: noſter uerò ait inueſtigaſti: prius ſub tropo: nunc in ueritatis facto.

6 הסכנתה hiſiccántta ideſt aſſueſcere feciſti: noſter verò preuidiſti ait: ſecundum declarat primum: qui enim aſſueſcit in aliquo aquirit cognitionem illius.

7 Addit æditio noſtra tu ante cognouiſti, quia nunc apparuiſti, tu ipſe cognouiſti, qui prius non apparueras.

8 כלה cullá ideſt omnis illa: noſter uerò ait omnia: ut ad tertium præſentis dices.

9 אחור וקדם achór uacédhem ideſt poſt & ante: noſter uerò ait nouiſſima, & antiqua: ſecundum eſt magis aptum uerbum, quàm primum.

10 וטשת uattáſcth ideſt & pones: noſter uerò & poſuiſti ait: ut ſuprà dices.

11 Addit ęditio noſtra facta eſt: nunc ex te incarnato, mirabilis facta eſt ſcientia.

12 Addit æditio n ſtra tua poſt ſcientia, ut oſtenditur ſecundum quam loquatur ſcientiam de Chriſto; quia quatenus per aſſumptam humanitatem apparuiſti.

13 כפכה capécha ideſt palmam tuam: noſter uerò ait manum tuam: ut ſuprà dices.

14 ממני mimménni ideſt à me: noſter uerò ait ex me: ſecundum magis aptè exprimit, uel prius à me prædicata: nunc ex me obiecto cognitionis tuæ facto.

15 נשגבה niſggeuá ideſt exaltata eſt: noſter uerò ait confortata eſt: prius doctrina: nunc, ut non ſuccumbat, roborata.

16 מפניך mipanécha ideſt à faciebus tuis: noſter uerò ait à facie tua: ut ſuprà dices.

17 ואציעה ueazzíàa ideſt & ſtrauero: noſter uerò ait deſcendero: ſecundum magis adaptat uerbum deſcendero ad conſequentia, quàm ſtrauero ſecundum phraſim noſtram.

18 הנך hinnéca ideſt ecce tu: noſter uerò ait ades: prius phraſi hebræa utitur primo: nunc uerò latrio uſu.

19 אשא eſsá ideſt eleuabo me: noſter uerò ait ſumpſero ſecundum exprimit primum.

20 כנפי canphé ideſt alas: noſter uerò pennas ait: ut ſuprà dices.

21 אשבנה eſceená ideſt habitauero: noſter uerò ait & habitauero: nunc per donum Spiritus ſancti, ſignificatum per &, cõmoditates ſæculi fugimus: quod prius non poteramus.

22 תנחני tanchéni ideſt ducere faciet me: noſter uerò deducet me: ut ſuprà dices.

23 ואמר ua omár. i. & dicam: noſter verò & dixi ait: ut ſuprà dices.

iſcuphéni

24 ישפוני iſcupheni ideſt obtenebrabit me: noſter uerò ait conculcabunt me: prius in infidelitatem à fide: nunc in diſperſionem à ſtatu gratię charitatis unientis.

25 בעדנו baàadhénu ideſt propter me: noſter verò ait in delicijs meis: ſecundum declarat, quid propter me intelligere uelit.

26 גם gam ideſt etiam: noſter verò ait quia: ſecundum magis eſt aptum uerbum ad ſequentia accommodatum, nanque ait & nox ſicut dies illuminabitur, quia ſicut tenebræ eius &c.

27 לא יחשיך lo iachſcich ideſt non obſcurare faciet: noſter verò ait non obſcurabuntur: ut ſuprà dices.

28 יאיר iaír ideſt illuminare faciet: noſter uerò ait illuminabitur: ut ſuprà dices.

29 כחשכה כאורה cachaſcechá caorâ. i. ſicut tenebra (ut ita dicam) ſic lux: noſter uerò ait ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius: ualde appoſitè mutatum eſt lux, quæ eſt interior, in lumen, quod eſt exterius: ut prius lucem in intellectu interno, & lumen in rationali uirtute ſignificaret: & item aptè additum eius, eſt ut intelligeremus de quibus tenebris loquatur.

30 תספני בבטן teſuccéni beuéten ideſt cooperies me in utero: noſter uerò ait ſuſcepiſti me de utero: prius corpore in uentre matris, ſicut internè bonam uolnntatem donans, me ſuſcepiſti: nunc de utero egreſſum per baptiſmum; ut gratiam egrediendi in opus præſtans.

31 נוראות noraóth ideſt terribilia: noſter uerò ait terribiliter: ſecundum eſt magis aptum propoſito uerbum.

32 נפליתי niphléthi ideſt mirabilis factus ſum: noſter uerò ait magnificatus es: primum eſt cauſſa ſecundi, quò ad cognitionem, quò uerò ad rem: ſecundum eſt cauſſa primi; quia ex Dei magnificentia factus

ctus mirabilis ſum.

33 מאד meodh ideſt ualde: noſter uerò ait nimis: prius per naturale lumen: nunc uerò per ſupernaturale.

34 עשיתי ùuséthi ideſt factus ſum: noſter verò ait quod feciſti: ſecundum declarat cauſſam efficientem corporis in uentre matris, quàm prius non declarabat.

35 רקמתי ruccámtti ideſt ceu acu pictus ſum: noſter uerò ait & ſubſtantia mea: prius membra corporis organizata, uelut opus acu pictum erant: nunc anima in inferioribus miſerijs terræ creata, & macula plurima ceu deſcripta.

36 גלמי gólemi ideſt embrionem meum: noſter uerò imperfectum meum: ait prius ſecundum rationem corporis: nunc etiam ſecundum animam, & magis.

37 על àal ideſt ſuper: noſter verò ait in: prius uelut fide ſuper edificati ſcribuntur: nunc charitate, inhærere faciente, in libro ſcribuntur.

38 ולי ueli ideſt & mihi: noſter verò ait mihi autem: ſecundum magis aptè continuat, quàm primum.

39 מה ma ideſt quantum: noſter uerò ait nimis: prius in perfectione ſecundum legem: nunc uerò nimis in doctrina ſpirituali in miraculis, & effuſione ſanguinis.

40 יקרו iacerù ideſt appreciati ſunt: noſter verò ait honorati ſunt: prius ratione plurimi meriti: nunc ratione excellentiæ, & dignitatis honorificati ſunt.

41 רעיך reèécha ideſt ſocij tui: noſter verò ait amici tui: ſecundum magis aptè exprimit eos, qui honorati ſunt, qui poſſunt eſſe non ſocij

42 עצמו àazenû ideſt roborati ſunt: noſter uerò confortatus eſt ait: prius corpore: nunc ſpiritu: & ſecundum magis aptè exprimit; quàm primum.

43 מה me ideſt quantum: noſter verò ait nimis: ut ad 39. dices.

44 אל el.i.fortis verò noſter ait Deus:ſecundum declarat primum.

45 הקיצתי heccizóthi ideſt experrectus ſum: noſter uerò ait exurrexi: ut ſuprà dices.

46 רשע raſcaà ideſt impium: noſter uerò ait peccatores: prius non pertinebat deſtructio impij, ſed ad noſtrum ſtatum tantùm;i deo ſub epilogo in ſingulari proferebatur impius: nunc peccatores in plurali, quod proprium eſt Eccleſiæ noſtrę.

47 אשר ימרוך aſcér iomerúchá.i. qui dicent tibi: noſter uerò ait quia dicitis:conſequenter ad pręcedentia probata uerba ſunt dicta.

48 למזמה lim;immá ideſt cogitationi: noſter uerò ait in cogitatione: prius reſpondentes cogitationi: nunc in cogitatione explicatur dictum.

49 נשוא nasú ideſt aſſumpta eſt: noſter uerò ait accipiát: prius in præterito in unam fidem aſſumpta eſt: nunc uerò ut futurum effertur, ut in futuro ueritatem habitarum ſit: & prius paſſiuè: nunc actiuè per Spiritus ſancti donum.

50 משנאיך miſanécha ideſt odio proſequentes te:noſter uerò qui oderunt te ait: vt ſuprà dices.

51 אשנא eſcnà ideſt odio proſequar:noſter uerò oderam ait: ut ſuprà dices.

52 ובתקוממיך uuitcomemécha ideſt in inſurgentibus ſe tibi: noſter uerò ait & ſuper inimicos tuos: utſuprà dices.

53 אתקוטט ethcotát ideſt litigabo me (diſponens): noſter verò ait tabeſcebam: prius ex zelo iuſtitiæ :nunc ex charitatis intuitu.

54 שנאתים ſenethím ideſt odio proſecutus ſum eos: noſter verò oderam illos ait: ut ſuprà dices.

55 היו háiu ideſt fuerunt: noſter verò facti ſunt ait: ut ſuprà dices.

56 חקרני chocréni, ideſt inueſtiga me: noſter verò ait proba me: ſecundum magis ſignificat, quàm primum: probare enim præſupponit inueſtigare, & addit ei probationem.

57 בחנני bechánéni ideſt proba me: noſter verò interroga me ait: prius ſignis tormentorum proba me: nunc etiam poſt omnia probata interroga me verbo, vt confirmeris.

58 שרעפי ſaraâapai ideſt cogitationes meas: noſter verò ait ſemitas meas: prius cogitationes, & deſideria: nunc etiam actus ex gratia operandi illos data, penſatur.

59 עצב ôzzeu ideſt doloris: noſter verò ait iniquitatis; prius ob tranſgreſsionem legis, ex qua dolor ex morſu conſcientiæ naſcitur: nunc via iniquitatis, quæ contra charitatem in proximum aliquid facit.

Eripe me.

## PSAL. CXXXIX.

*Hab. T.H.* למנצח lamnazzéach ideſt victori: noſter verò ait in finem: vt ſuprà dices.

2 חלצני challezéni ideſt erue me: noſter verò ait eripe me: vt ſuprà dices: & ſecundum magis ſignificat, quàm primum: ſecundum enim uim quandam ſonat, non primum.

3 חמסים chamasím ideſt iniquitates, ſcilicet habente: noſter verò ait iniquo; ſecundum magis propriè ſignificat, quia ſola ratione iniquitatis eripi ab eo cupimus.

4 תנצרני tinzzeréni id eſt ſeruabis me: noſter verò ait eripe me: prius ne offendar ab eo: nunc etiam, in eius poteſtate exiſtentem, eripe me.

5 רעות raôóth ideſt mala: noſter verò ait iniquitates: prius contra legem factam: nunc contra charitatem.

6 ינורו iaghûru ideſt congregabunt: noſter uerò conſtituebant ait plus eſt ſecundum quàm primum, uti uidere licèt in pſalmo.

7 לשונם leſconam ideſt linguam ſuam: noſter uerò ait linguas ſuas: prius conuenientes in unam in fidelitatis linguam: nunc linguas ſingulares, quæ in ſingulari poterant informari ueritate fidei, de quibus dicitur, & non docebit uniuſquiſque proximum ſuum, dicens, cognoſce dominum; omnes enim ſcient me à maiore, uſque ad minorem.

8 נחש nachás ideſt ſerpentem noſter uerò ſerpentes ait: ut ad præcedens hic dices.

9 עכשוב àachſcúu.i.aſpidis: noſter uerò ait aſpidum: ut ſuprà hic dices.

10 סלה séla ante dixi addit tex. heb. ut ſuprà dices.

11 מידי midhé ideſt de manibus: noſter uerò de manu ait: prius in plurali, ut & uetus teſtamentum, probibens eas à nocumento proximi, pertinentes: nunc in ſingulari ceu epilogo, ut ad nouum non pertinentes teſtamentum.

12 רשע raſcáà ideſt impij: noſter verò peccatoris ait: ut ſuprà dices.

13 מאיש meiſc.i.à uiro:noſter uerò ait ab hominibus: vt ſuprà dices.

14 חמסים chamasim.i.iniquitatum: noſter uerò iniquis ait: ut ad tertium dices.

15 תנצרני tinzzeréni.i.ſeruabis me: noſter uerò eripe me ait: ut ad quartum dices.

16 לרחות lidhchóth ideſt ad impellendum: noſter uerò ſupplantare ait: prius in legem impellendo, ut fidei iuſtitiam auellerent: nunc ſupplantare greſſus,ut meritum omne,ablatum operi,ut fidei gratiā tollant & ita ſecundum declarat primum.

17 רשת réſceth ideſt rete: noſter uerò in laqueum ait: prius rete falſæ doctrinæ fidei contra meritum operum: nunc laqueum ſuper doctrinam ſapientię, quæ

ex

ex terræ exemplo, & elicitur, & charitatem perdurantem explanat.

18 מקשים mocesim.i.laqueos: noſter verò ſcandalum ait: ſecundum declarat primum: nam ſcandalum crucis Chriſti prædicant, qui uel fidei, uel chararitatis Chriſti iuſtitiam, in ſuo aduentu nobis allatam, neceſſariam ad ſalutem eſſe negant.

19 סלה ſéla ante dixi addit tex. heb. ut ſuprà dices.

20 אלי éli.i.fortis meus: noſter uerò ait Deus meus: ſecundum eſt ueritas primi.

21 אדני adhonái.i.domini mei: noſter uerò ait domini: ut ad primum octaui pſalmi dices.

22 עז ὸoʒ.i.fortitudo: noſter uerò ait uirtus: prius corporis: nunc animæ robur.

23 אל תתן al tittén.i. ne dabis: noſter uerò ne tradas ait: ut ſuprà dices.

24 Addit æditio noſtra me, quia ſupplenda erat in textu hebræo.

25 מאויי maauagií.i.deſideria: noſter uerò ait à deſiderio meo: prius in deſideria peccatoris non trahi rogabat: nunc à deſiderio meo carnali fractus in deſideria peccatoris: & prius actus conformis deſiderio peccatoris reprobandos ſignificat: nunc malitia uoluntatis electiuæ uirtutis propriȩ reprobatur.

26 רשע raſcià.i.impij: noſter uerò peccatori ait: ut ſuprà dices.

27 זממו ʒemamó ideſt cogitationem eius: noſter uerò ait cogitauerunt contra me: prius uerbum ſequenti uerbo coniunge: nunc uerò pręcedenti ſententię, ut prius propter uitia, ne perdar ab ipſis: nunc uerò propter doctrinam contra neceſſitatem fidei, ne derelinquas, ita loquutus eſt.

28 אל תפק al taphéc ideſt ne educere facies (in opus): noſter uerò ait ne derelinquas me: ſecundum eſt perfectio primi; ſi enim minimè derelinques me, quod ad ſtatum pertinet noſtrum,

non proficere facies deſideria impij.

29 ירמו iarúmu ideſt exaltabunt ſe: noſter verò ait ne fortè exaltentur, prius certum erat, qui ſub peccato ſtatus veteris legis concluſi erant: & nũc dicit forſan, quia poſſumus ab illis non malè faciendo, atque credendo, erui.

30 סלה ſéla ante caput, addit tex. Hebr. vt ſuprà dices.

31 מסבי meſibbái ideſt circuituum meorum: noſter verò ait circuitus eorum: prius circundabant me, vt me in vitia contra legem traherent: noſter verò circuitus eorum, quo difficillimis iugiter circunuoluuntur quæſtionibus contra fidem.

32 ימיטו immóttu ideſt mouebunt ſe, (vt declinare faciant) noſter verò cadent ait: vt ſuprà dices.

33 במהמרות bemahamoróth. i. in foueis profundis diſſoluentibus carnem mortuorum: noſter verò ait in miſerijs: ſecundum eſt finis primi, & ratio eius.

34 בל יקומו bal iacũmu ideſt non ſurgent: noſter verò non ſubſiſtẽt ait: prius à pœnis illius propter perpetuitatem pœnæ: nunc non ſuſibſtent propter acerbitatem pœnarum, quia à charitate defecerunt, & prius quia debitã legem per peccatum originale non ſeruarunt.

35 בל יכון bal iccón ideſt non diriget ſe: noſter verò non dirigetur ait vt ſuprà dices.

36 חמס chamás ideſt iniquum: noſter verò iniuſtum ait: prius, qui contra æquitatem offendebant proximum: nunc etiam iniuſtum, niſi abluerit operibus miſericordiæ, & pœnitentia ſeipſum.

37 רע raà ideſt malum: noſter verò mala ait: prius vnum contra fidem vnam: nunc contra virtutes plures.

38 יצודנו iezzudhénnu ideſt venabitur eum: noſter verò ait capient: ſecundũ clarius é, & ſimplicius primo.

le

39 ל מדחפת le madhchephóth ideſt ad impulſiones: noſter verò ait in interitum: ſecundum plus ſignificat, quàm primum.

40 דין עני dhin àaní ideſt rationem pauperis: noſter verò ait iudicium inopis: prius per legem ratione offenſæ, ſi exceſſerit nec ne, qua pauper ſuccumbit: nunc iudicium, ſi quocunq; modo offenſus fuerit inops, qui gratia præſenti caret; quia vtrunq; in ſtatu ſuo per dictas ſuccumbit offenſas.

41 משפט אבינים miſepát euionim .i. iudiciũ inopum: noſter verò ait & vindictam pauperis, vt hic ſuprà dices: & prius iudicium contra offenſam: nunc charitate vindictã, quæ ſapit rationem malitiæ offendentis, & offenſæ illius.

42 Addit editio nr̃a & ante habitabunt, rõne ſupra dicta.

43 פניך panécha ideſt facies tuas: noſter verò ait cum vultu tuo: prius & ſiniſtra, vnde corporalia, & pręſentia bona, & dextera ideſt & ſpiritualium, & æternorum bonorum, quæ vultus Dei dexter ſunt, quæ in teſtamento nouo præcipuè cupimus.

Domine clamaui. PSAL. CXL.

*Hab. T.H.* קראתיך cerathícha ideſt vocaui te: noſter verò ait ad te clamaui: vt ſuprà dices.

2 חושה chúſſa ideſt feſtina mihi. noſter verò ait exaudi me: ſecundum reddit cauſam primi.

3 האזינה haazína ideſt audire fac: noſter verò ait intende: ſecundum exprimit primum.

4 בקראי becorí .i. inuocare mei: noſter verò ait cùm clamauero: vt ſuprà dices.

5 תכון ticcón ideſt diriget ſe: noſter verò dirigatur ait: vt ſuprà dices.

6 קטרת cetóreth ideſt (ſicut in) ſuffimentũ accenſum: noſter verò ait ſicut incenſum: ſecundũ magis vſitatum, quàm primum eſt.

7 לפניך lephanécha ideſt faciebus tuis: noſter verò ait in conſpectu tuo: vt ſuprà dices.

8 כפי chaphái. i. palmarum mearum : noſter uerò ma-nuum mearum ait : ut ſuprà dices.

9 נצרה על דל שפתי nizerà àal dál ſephatái ideſt ſerua ſuper pauperem labia mea, ne uidelicet pauperem, qui uirtutem perſeue-randi non habet, offendant : noſter uerò ait, & oſtium circunſtantię labijs meis : prius actus : nunc etiam uir-tus actiua per uirtutem habitus grata eſt.

10 אל תט al tat ideſt ne declinare facies : noſter verò ait non declines : ut ſuprà dices.

11 לדבר ledhauár raà ideſt uerbo malo : noſter verò ait in uèrba malitiæ : prius contra fidem uerbum unum: nunc plura uerba malitiæ contra mores plures, quos poſſumus: nunc ſeruare.

12 להתעולל leithòolél ideſt ad(diſponendum) ſe cum opus eſt ad operandum:noſter uerò ait ad excuſandas : ſecundum declarat primum;nam qui ſe in peccatis excuſat, diſponit ſe ad operandum perpetuò mala.

13 ברשע beréſcaà ideſt in impietate: noſter uerò ait in peccatis : ut ſuprà dices.

14 אישים iſcím ideſt uiris : noſter uerò hominibus ait:vt ſuprà dices.

15 ובל אלחם ubal elchám ideſt & non comedam : no-ſter uerò non communicabo ait : prius in ſignum bonæ uoluntatis:nunc uerò inſignum charitatis ex electiua manantis:& ſecundum eſt cauſſa primi.

16 במנעמיהם bemanaàmmehém ideſt in dolcitudini-bus eorum : noſter uerò ait cum electis eorum : prius etiam in delicatis cibis eorum non moue bor ad comedendum cum eis:nunc & cũ electis præſtan tia uirtutum non commemorabo me, ut mea excuſem delicta,ſicut prius, ut meam excuſarem in gluuiem, nõ comedi : prius corporalia,ſic nunc ſpiritualia caués.

17 יהלמני iehelméni ideſt percutiet me: noſter uerò cor ripiet me ait : prius ex zelo iuſtitiæ:nunc ex charitatis feruore.

18 חסד cheſedh ideſt miſericordia: noſter uerò ait in mi
ſericordia: prius &c. vt æterno non damnarer tẽ-
pore: nunc in miſericordia, quia correptio eſt non ſe-
cũdum ſeueritatẽ legis, ſed in miſericordia remiſſa eſt.
19 שמן ראש ſcémen roſc ideſt oleo pręcipuo: noſter ve
rò ait oleum autem peccatoris: prius cor-
reptionis: nunc adulationis.
20 אל יני al ianí ideſt non prohibebit: noſter uerò ait nõ
impinguet: conſequenter vbique dices.
21 ברעותיהם beraòothehém ideſt in malitiis eorum:
noſter verò ait in beneplacitis eorũ: prius
fiebat oratio pro malitiis eorum cauendis: nunc in im
petranda beneplacita illis ex charitate.
22 נשמטו niſcmetú ideſt dimiſſi fuerunt: noſter uerò
ait abſorti ſunt: prius à propria ſapientiæ hu
manæ fiducia: nunc verò abſorti in paſſionibus ſunt ꝑ
pœnitentiam.
23 בידי סלע bide sélaà ideſt per petram (auulſam à mõ
te): noſter uerò ait iuncti petrę: prius per fi
dem: nunc iuncti petrę ideſt Chriſto ſunt per charitatẽ.
24 ושמעו veſcameùú ideſt & audierunt: noſter uerò ait
audient: vt ſuprà dices.
25 נעמו naèému ideſt dulcuerũt: noſter uerò potuerunt
ait: prius vt bonam voluntatem ingenerarent:
nunc potuerunt paſſiones, & peccata euellere, atque lar
giri gratiam.
26 פלח ובקע בארץ poléach vuuoceáà baaréz ideſt
(fungus qui) ſcindit, & pene-
trat in terra: noſter uerò ait ſicut craſſitudo terræ, quę
erupta eſt ſuper terram: ſecundum declarat primum.
27 נפזרו niphȝerú ideſt diſperſa ſunt: noſter uerò ait diſ
ſipata ſunt: prius ob hebręorum, & cæterorum
mentes in fidem, approximare facientem: nunc uerò gẽ
tium, & hæreticorum cum cęteris in charitatem, ſeruan
tem in unum, ſophiſmata.
28 יהוה ארני iehoua (ideſt elohim per puncta ſimilia)
Adhonái ideſt Deus Dominus: noſter ue

rò ait Domine Domine: prius pater, qui quò ad diuinitatem Deus uindictæ fuiſti, ad quem ſermonem dirigebamus, & qui pariter in Chriſto, quò ad humanitatem miſericordiæ gratiam donans, miſericorditer remittendo peccata fuiſti: nunc Domine Chriſtę, quò ad diuinitatem gratiam charitatis donans, & quò ad humanitatem in iudicio iudicium faciens, glorificas, ad quem nunc proferimus vota.

29 אל תער al teáár ideſt ne euacuabis: noſter uerò non auferas ait: ſecundum eſt magis aptum verbum, quàm primum: & prius gratia fidei: nunc ne auferas eam, in te per charitatem exiſtentem, à te.

30 יקשו iacefcú ideſt tenderũt: noſter uerò ait ſtatuerũt: ſecundum eſt magis apta ſignificatio, quàm primum: & ſecundum eſt veritas primi.

31 מקשות moceſcóth à laqueis: noſter verò ait à ſcandalis: prius innectendi corpus: nunc ſcandalizantium animam.

32 במכמריו bemaemorâu ideſt in retibus eius: noſter verò ait in retiaculo eius: prius in retibus ligaminis corporalis, & actuum exteriorum: nunc in retiaculo præcipuę intentionis internæ: in quod caſuros oſtendit pſalmus.

33 רשעים reſcaiím ideſt impij: noſter verò peccatores ait: ut ſuprà dices.

34 יחד iàchadh ideſt ſimul: noſter uerò ſingulariter ait ſum: prius verbum ſimul iungebat cum præcedenti verbo: nunc cum ſequenti.

35 אעבור eèeuer ideſt tranſibo: noſter uerò ait tranſeã: ut ſuprà dices.

Voce mea.

## PSAL. CXLI.

*Hæb. T.H.* אזעק ezáác ideſt clamabo: noſter uerò ait clamaui: vt ſuprà dices.

2 אתנן ethhannán ideſt deprecabor me(diſponens):noſter uerò deprecatus ſunt ait:ut ſuprà dices.

3 אשפך eſcpóch ideſt effundam: noſter verò ait effundo: vt ſuprà dices.

4 לפניו lephanáu ideſt faciebus eius: noſter verò in cōſpectu ait: vt ſuprà dices.

5 Addit æditio noſtra &, ante tribulationem, quia ex charitate confido me, ea pronunciata, exauditum iri, quæ non dabat prius.

6 צרתי zarathí ideſt anguſtiam meam: noſter uerò ait, tribulationem meam: vt ſuprà dices.

7 לפניו lephanáu ideſt faciebus eius: noſter uerò ante ipſum ait: ut ſuprà dices.

8 אגיד aggíd ideſt annunciare faciam: noſter uerò ait pronuncio, ut ſuprà dices.

9 עלי àalái ideſt ſuper me: noſter uerò ait ex me: prius ſpiritus fidei, ſuper me operatus, fundatus eſt: nanque eo ſuper fundamentum apoſtolorum, & prophetarum fundatus ſubſtantia ſum: nunc verò ex me, ſpiritus charitatis, qui in me prius ingreſſus eſt, deficiendo, egreditur.

10 נתיבתי nethiuathí ideſt ſemitam meam: noſter verò ſemitas meas ait: prius fidei vnius: nunc plures per obſeruantiam præcepti charitatis, & fidei.

11 אהלך ahallêch ideſt ambulabo: noſter verò ait ambulabam: ut ſuprà dices.

12 Addit ęditio noſtra ſuperbi, vt declararet, qui ſunt, qui abſconderunt.

13 הביט habbét ideſt aſpicere fac: noſter verò ait conſiderabam: prius deſiderium prophetæ exprimebatur, quod erat aſpicere fac domine: nunc verò conſiderabam, & actiuè, & paſſiuè conſiderare faciens per charitatis donum.

14 וראה vreé ideſt & vide: noſter uerò ait & videbam cōformiter ad præcedentia vbique exprimitur.

15 מכיר maccir ideſt cognoſcens: noſter uerò ait qui cognoſceret me: ut ſuprà dices: & ſuppletur quod

deficiebat

deficiebat prius: & non ponebatur me prius ideſt Chriſtus, qui nunc apparuit tantùm.

16 לנפשי lenaphſí ideſt animæ meæ: noſter uerò animã meam ait: prius bona ſalutis animæ intelligi debebant: nunc animam meam ideſt gratiam iuſtificantem in ipſo quieſcere.

17 הקשיבה hacſciua ideſt intendere fac: noſter verò intende ait: ut ſuprà dices.

18 רנתי rinnathí ideſt clamorem (deprecantem) meum: noſter verò ait deprecationem meam: plus nunc exprimitur, quàm prius; quia clamori, qui ratio eſt, qua exaudiri poſſe ſe ſperat, addit orationem, quam deprecationem ſignificat.

19 דלותי dhallothí ideſt depauperatus ſum: noſter verò humiliatus ſum ait: prius facultatibus: nunc animo humiliatus ſum.

20 מאד meódh ideſt valde: noſter uerò ait nimis: prius naturaliter: nunc ſupernaturaliter.

21 הצילני hazziléni ideſt liberare fac me: noſter uerò libera me ait: vt ſuprà dices.

22 אמצו ממני amezú mimménni ideſt robuſtiores fuerunt me: noſter uerò ait confortati ſunt ſuper me: prius corpus affligentes: nunc ſpiritum vexantes meum.

23 הוציאה hozzía ideſt educere fac: noſter verò educ ait: vt ſuprà dices.

24 ממסגר mimmaſggér ideſt à clauſura: noſter uerò ait de cuſtodia: prius corporali vitam corporalẽ elongans: nunc vitam ſpiritualem in me, & in meis glorioſam.

25 בי יכתרו bi giachttírn ideſt in me coronare facient ſe: (ideſt circundabunt): noſter uerò ait me expectant: prius in primo aduentu & in mundi conuerſione in me per fidem, quæ in intellectu eſt, qui in intimo mei exiſtit, circundabant, vbique percurrentes mundum, & conuertentes populos: nunc expectant & in mũdo, & in cœlo iuſti hanc conuerſionem fœlicem, vt me

charitate

charitate fruantur.

26 תגמל thighmol ideſt retribues:noſter uerò retribuas ait: ut ſuprà dices.

27 עלי àalái ideſt ſuper me: noſter uerò ait mihi: prius bonum doctrinæ catholicæ,& viſionis beatę Dei: nunc verò mihi bona augmenti charitatis in mundo, & fœlicitatis æternæ in cœlo:& vt ad 25.dices.

Domine exaudi orationem meam. Auribus percipe.

## PSAL. CXLII.

1 Addit ędítio noſtra, quãdo perſequebatur eum filius ſuũs Abſalom; quia,quę in præſenti pſalmo traduntur, ad noſtram non veterem Eccleſiam ſpectant.

*Hab. T.H.* שמע ſcemáà ideſt audi: noſter uerò exaudi ait: ut ſuprà dices.

3 ענני àanéni ideſt reſponde mihi: noſter uerò ait exaudi me: ut ſuprà dices.

4 ואל תבא veal tauó ideſt & non uenies: noſter uerò & non intres ait: ut ſuprà dices.

5 לא יצדק lo izzdách ideſt non iuſtificabit ſe: noſter uerò ait non iuſtificabitur: ut ſuprà dices.

6 לפניך lephanécha ideſt faciebus tuis: noſter uerò ait in conſpectu tuo: ut ſuprà dices.

7 דכא dhiccá ideſt contriuit: noſter uerò ait humiliauit: prius corpus: nunc animam.

8 הושיבני hoſiuáni ideſt collocare fecit me: noſter verò collocauit me ait:ut ſuprà dices.

9 ותתעטף vatithàattéph ideſt & (anxiando) defecit: nr̃ verò & anxiatus eſt ait: vt ſuprà dices.

10 בתוכי bethochí ideſt in medio mei: noſter uerò ait in me: prius per bonam voluntaté,q̃ eſt in medio mei: nũc in me, qui eſt inferior rõ, qua ego cõſtituor.

11 ישתומם iſettomém ideſt ſtupebit ſe: noſter uerò ait turbatum eſt: prius quò ad intellectumnũc quò ad uoluntatem electiuæ uirtutis.

pado-;

12 פעלך paòlécha ideſt opere tuo : noſter uerò ait operibus tuis :prius vnum ratione fidei vnius in omnibus,& pariter ratione epilogi pertinentis ad ſtatũ præcedenté naturæ videlicet: nunc in operibus,in quibus virtutes quàm plurimę ſunt : & pertinentia ad ſtatum præſentem,qui ratione diuinitatis Chriſti, ét opere creationis,& recreationis,ceu propria conſiderat.

13 ב מעשה be maàasé ideſt in facto: noſter uerò in factis;ait:vt hic ſuprà dices.

14 אשוחח aſochéach ideſt muſitabo: noſter verò meditabar ait: ut ſuprà dices.

15 עיפה áaiephá ideſt (prę ſiccitate)laſſa:noſter verò ait ſine aqua: ſecundum eſt cauſſa primi.

16 סלה séla ante velociter addit textus hebræus: vt ſuprà dices

17 ענני àanéni ideſt reſponde mihi: noſter verò ait exaudi me: ut ſuprà dices.

18 אל תסתר al taſtér ideſt ne abſcondere facies : noſter uerò ait ne auertas:prius propter ſubtractionem : nunc per odium contra charitatem,gratiã charitatis ſubtrahendo, auertas.

19 פניך panécha ideſt facies tuas : noſter verò ait faciem tuam: ut ſuprà dices .

20 עם יורדי iim iórедhe ideſt cum deſcendentibus : noſter verò ait deſcendentibus: ſecundum magis congruum verbum eſt,quàm primum.

21 בטחתי batáchtti ideſt confiſus ſum : noſter uerò ait ſperaui: ut ſuprà dices.

22 אלך eléch ideſt ambulabo : noſter uerò ambulabam ait : ut ſuprà dices.

23 הצילני hazziléni ideſt eruere fac me: noſter verò eripe me ait: ut ſuprà dices.

24 כסיתי ciſsíthi ideſt cooperui me)noſter uerò ait confugi:prius vt non paterer: nunc verò ne, etiam patiens,ſuccumbam.

25 תנחני tanchéni ideſt ducere faciet me:noſter verò ait deducet me:vt ſuprà dices.

26 תוציא tozí ideſt educere facies: noſter uerò ait educes: vt ſuprà dices.

27 מצרה mizzará ideſt de anguſtia: noſter uerò de tribulatione ait: vt ſuprà dices.

28 תצמית tazmíth ideſt diſperdere facies: noſter uerò ait diſperdes: vt ſuprà dices.

29 והאבדת vehauadhttá ideſt & perdere feciſti: noſter verò & perdes ait: vt ſuprà dices.

30 צררי zoreré ideſt anguſtia afficientes: noſter verò ait qui tribulant: prius actus: nunc etiam habitus contra charitatem reprobatur: cauſſa vt ſuprà dicta.

Benedictus Dominus.

## PSAL. CXLIII.

1 Addit æditio noſtra pſalmus; quia victoria hæc, quæ hìc deſcribitur, ad nouum, non vetus teſtamentum pertinet.

2 Addit æditio noſtra aduerſus goliath .i. Antichriſtum, cuius victoria ab Eccleſia habita ad nouum teſtamentũ ſpectat, non autem ad vetus.

*Hab. T.H.* צורי zurí .i. petra mea: noſter uerò ait Deus meus: prius figura: nunc veritas exprimitur.

4 Addit æditio noſtra & ante digitos; quia nunc per donum Spiritus ſancti inſtruimur, ad bellum ſpirituale, quod prius non datum erat de lege communi.

5 ומצודתי vmezudhathí ideſt & arx mea: noſter uerò ait & refugium meum: prius figura: nunc veritas explicatur.

6 משגבי miſggabbí ideſt eleuatio mea: noſter uerò ait ſuſceptor meus: prius ne offendar: nunc verò ne, etiam victus, ſuccumbam.

7 מגני maghenní ideſt ſcutum meum: noſter uerò ait protector meus: vt hìc ſuprà dices.

8 הרדד harodhédh ideſt extendit: noſter verò ait ſubdit: ſecundum eſt magis aptũ uerbũ, q̃ primum.

vate-

9 ותרעהו vatedhaèéhu ideſt & cognoſces eum: noſter uerò ait & innotuiſti ei: ſecundum ponit modum cognitionis Dei, qui nunc cognoſcit, cùm oſtendit ſe,& item nos ipſos nobis.

10 תחשבהו techaſceuéhu ideſt reputabis eum: noſter verò reputas ait: vt ſuprà dices.

11 דמה damá ideſt aſſimilatus eſt: noſter uerò ait ſimilis factus eſt: ſecundum magis exprimit; quia,& factum dicit eum.

12 עובר òouer ideſt præteriens: noſter verò ait quæ prçterijt: ut ſuprà dices.

13 בהרים beharím ideſt in montes: noſter verò ait montes: prius in voluntate ſignificatorum per mõtes: nunc electiuam virtutem eorum, qua propriè huiuſmodi ſtatuuntur.

14 ידיך iadhécha ideſt manus tuas: noſter verò ait manũ tuam: prius & ſiniſtram, bona præſentia donantem,& dexteram cœlum: nunc manum dexteram tuam, quæ cœlum parat nobis, & bona in ipſum ducentia tribuit.

15 והצילני vehaziléni ideſt & eruere fac me: noſter verò ait & libera me: vt ſuprà dices.

16 מיד migiádh ideſt de manu: noſter uerò & de manu ait: nunc & per donum Spiritus ſancti de manu Saul ideſt Antichriſti &c.

17 נכר nechár ideſt alieni: noſter verò alienorum ait: prius vnius contra fidem: nunc plurium contra charitatem & cæteras virtutes, & Spiritus ſancti dona.

18 שקר ſcácer ideſt mẽdacij: noſter verò iniquitatis ait; prius contra fidem: nunc contra charitatem.

19 בנבל be néuel àaſer ideſt in nablo decem: noſter verò ait in pſalterio decacordo: prius in prædicatione fidei catholicæ, quæ in lege fundatur: nunc in decacordo obſeruantiæ legis in charitate.

20 הפצה hapozzé ideſt redimens (in ſecunda perſona): noſter verò ait redemiſti: ſecundum declarat primum:& vt ſuprà dices.

21 עבדו àaudhó ideſt ſeruum ſuum : noſter uerò ſeruum tuum ait: prius quia locutio erat ad patrem directa, Dauid ſeruum ſuum ideſt filij dicit: nunc quia ſermo dirigitur ad filium, dicit ſeruum tuum.

22 והצילני vehaziléni ideſt & liberare fac me: noſter verò & crue me ait: vt ſuprà dices.

23 נכר nechár ideſt alieni : noſter verò alienorum ait: prius in ſingulari, vt non pertinens ad ſtatum veteris legis: nunc verò, ad noſtrum pertinens, in plurali alieni, & ſingulariter dicuntur.

24 שקר ſcácer ideſt mẽdacij: noſter uerò iniquitatis ait: vt ad 1 . dices.

25 אשר בנינו aſcér banénu ideſt qui filij noſtri: noſter uerò ait quorum filij: prius ad ſtatum veteris legis pertinebant, qui niſi corporalibus bonis deliciabantur: nunc uerò aptè dicũtur, quorum filij, quia ſtatus præſens non curat huiuſmodi.

26 כנטעים מגדלים cinteiím meghuddalím ideſt plantationes creſcẽtes : noſter verò ait nouelle oliuarum: ſecundum verbum magis aptè exprimit, quàm primum.

27 בנעריהם binùurehém ideſt in pueritijs eorum : noſter verò ait in iuuentute ſua: verbis compoſitis ad ſtatum vtriuſque legis vtitur, quorum primus pueritiæ: ſecundum iuuentuti comparatur : vt ſuprà eſt dictum.

28 בנותינו benothénu ideſt filiæ noſtræ: noſter verò ait filiæ eorum; quia in ſtatu veteris legis bona iſta in benedictione reputabantur : nunc verò eorum, quia non ſtatui noſtro hæc promittuntur bona.

29 כזוית מחטבות תבנית היכל ceʒauigióth mechuttauóth tauníth héchal ideſt ſicut anguli inciſi in ſtructura palatij (compoſitæ) noſter verò ait circumornatæ, ut ſimilitudo templi: ſecunda eſt magis clara comparatio, & forſan palatium illud templum eſt.

30 מזוינו meʒauénu ideſt anguli noſtri : noſter verò ait promptua-

promptuaria eorum:ſecundum declarat primum : & vt ſuprà hic dices.

31 מזן אל זן mizán ideſt ex vna ſubſtantia ad ſubſtantiam:noſter verò ex hoc in hoc: ſecundum magis aptè annuit vaſa quàm primum; quia ſubſtantia poteſt eſſe vaſis,& rei contentæ in vaſe.

32 צאננו zonénu ideſt oues noſtræ; noſter uerò ait oues eorum: vt ad 29.dices.

33 מאליפות maaliphóth præmillia.i.fœtantes: noſter uerò ait fœtoſę:ſecundum declarat primũ.

34 מרבבות merubbauóth decem millia ideſt fœtantes: noſter verò ait abundantes : ut ſuprà hic dices.

35 בחוצותינו bechuzothénu ideſt in plateis noſtris:noſter verò ait in egreſſibus ſuis: ſecundum eſt magis aptum verbum, quàm primum.

36 אלופינו aluphénu ideſt boues noſtrę:noſter verò ait boues eorum:vt ad 26.dices.

37 מסבלים meſubbalim ideſt onerate(carne) noſter verò ait craſſæ:ſecundum declarat primum.

38 Addit æditio noſtra macerię , quæ ſupplenda erat in textu hebræo.

39 ברחבתינו birchouothénu ideſt in plateis noſtris:noſter verò ait in plateis eorum : vt ad vigeſimumſextum dices.

40 אשרי aſcré ideſt beatitudines:noſter verò ait beatum dixerunt:ut ſuprà dices:& ſecundum eſt clarius primo.

41 שככהלו ſcecácallo ideſt ſic eſt ei : noſter uerò ait cui hæc ſunt: nunc epilogat ea, quæ ſtatui veteris legis conueniunt : ſecundum eorum proprium modum: quod prius non eſt factum.

42 אשרי aſcré ideſt beatitudines: noſter verò ait beatus: vt ſuprà hic dices.

Exaltabo te Deus meus Rex.

1 PSAL. CXLIIII.

*Hab. T.H.* תהלה tehillá ideſt laus: noſter verò laudatio ait; magis aptè nunc dicitur: quia prius non pro priè laus eſt iſta, ſed laudatio, qua laudamus; propterea pſalmus alphabeticus dicebatur, quia expletis his, quæ, ad ſex Spiritus ſancti dona ſpectantia, in pſalmis alphabeticis prius deſcripta ſunt: hìc, quæ ad pietatis donum pertinent, deſcribuntur: quod quidem cùm externè compleatur laude, laudationem in pſalmo præſenti conſtruit propheta, qua & laudare Deum, & pietatis cultum internum exhibere per ipſam laudationem valemus.

2 בכל יום becol iom ideſt in omni die: noſter uerò ait per ſingulos dies: ſecũdum eſt magis aptum verbum, quàm primum.

3 לעולם leòolám ideſt ſæculo: noſter verò ait in ſæculum: vt ſuprà dices.

4 מאד meodh ideſt valde: noſter uerò ait nimis: prius ratione bonorum corporalium: nunc verò ratione ſpiritualium, corporalium quidem pertinentium ad teſtamentum vetus, ſpiritualium verò ad nouum.

5 חקר chécer ideſt inueſtigatio: noſter verò ait finis: ſecundum eſt declaratio primi.

6 ישבח ieſabbách ideſt laudabit (abundè) noſter verò ait laudabunt: ſecundum diuerſam applicationem ambo congruè dici poſſunt: & prius ceu vnus in fide: nunc ceu plures in charitate diſtinguente omnes.

7 יגידו iaggídhu ideſt annunciare facient; noſter uerò ait pronunciabunt: ut ſuprà dices.

8 הודך hodécha ideſt laudis tuæ: noſter uerò ait ſanctitatis tuæ: ſecundum declarat primum.

9 ודברי vedhiuré ideſt & verba: noſter verò ait loquentur: ſecundum enim diuerſam applicationem diuerſimodè loquuntur diuerſi textus.

10 נפלאתיך niphleothécha ideſt mirabilium tuorum:

noſter uerò ait & mirabilia tua: vt ſuprà dices.

11 אשיחה asícha ideſt muſitare faciam: noſter uerò ait narrabunt: prius Dauid: nunc generatio, & generatio ad nouum teſtamentum ſpectans.

12 ועזוז veèʒúʒ ideſt & fortitudinem: noſter uerò ait & virtutem: vt ſuprà dices.

13 אספרנה aſaperénna ideſt narrabo eam: noſter uerò ait narrabunt: vt ad nonum dices.

14 טובך tuuechá ideſt bonitatis tuæ: noſter verò ait ſuauitatis tuę: prius ceu voluntatis tuæ: nunc verò ceu electiuę virtutis ex charitatis feruore manantis.

15 יביעו iabíuu ideſt abundare facient: noſter uerò eructabunt ait: ſecundum declarat primum.

16 ארך אפים érech apáim ideſt longus irarum: noſter uerò ait patiens: ſecundum declarat primum.

17 טוב tou ideſt bonus: noſter verò ſuauis ait: prius vtilia præſtans: nunc gratioſa communicans.

18 יודוך iodhúcha ideſt confitebuntur tibi: noſter uerò cõfiteantur tibi ait: vt ſuprà dices.

19 וחסידיך vechaſidhécha ideſt & miſericordes tui: noſter verò ait & ſancti tui: vt ſuprà dices.

20 יברכוכה ieuarechúcha ideſt benedicent tibi: noſter uerò ait benedicant tibi: ut ſuprà dices.

21 האדם haadhám ideſt illius hominis: noſter uerò ait hominum: prius pro confirmanda doctrina fidei, in qua conueniebant omnes: nunc hominum, ac terreantur, & charitate conuertantur ad Deum.

22 גבורתיו geuurotháu ideſt & præualétias eius: noſter uerò ait & potentiam tuam: vt ad decimumtertium dices.

23 מלכותו malchuthó ideſt regni eius: noſter verò ait regni tui: prius eius tanquam abſentis: nunc tui charitate præſentis.

24 Addit æditio noſtra fidelis dominus: in verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis; hoc enim pertinet noſtro teſtamento, vt fidelem, pręſtans promiſſa, ſe eſſe

oſtendat

oſtendat:& ſanctum, & ſanctificantem in omnibus operibus ſuis: quod prius minimè, c m nundum tempus promiſſionis complendæ exiſteret, fecit.

25 סומך ſoméch ideſt ſuſtentans: noſter verò ait alleuat: prius ne cadant: nunc verò vt erigantur etiam cadentes.

26 הנפלים hanophelím ideſt cadentes: noſter verò eliſos ait: prius corpore: nunc verò ſpiritu eliſos.

27 אליך elécha ideſt ad te: noſter verò in te ait: prius per fidem appropinquabamus Deo, nunc per charitatem in eo exiſtimus.

28 ישברו ieſabbéru ideſt ſperabunt: noſter verò ſperant ait: ut ſuprà dices.

29 ומשביע vmasbbíaà ideſt & ſatiare faciens: noſter uerò & imples ait: prius bona corporalia ſecundum ſtatum veteris legis ſaturabant: nunc verò implét quidem quandoque actu, ſed non ſatiant, quia voluntas eſt ſicut materia, quæ ſemper appetit nouam formam, licet ea nunc, quam habet, impleatur.

30 וחסיד vechasídh ideſt & miſericors: noſter verò ait & ſanctus: prius miſericordiam remiſſionis faciebat: nunc etiam ſanctificat; ideo &c.

31 קראיו coreáu ideſt vocãtibus eum: noſter verò ait inuocantibus eum: ut ſuprà dices.

32 יקראהו iecraúhu ideſt vocabunt eum: noſter verò ait inuocantibus eum: vt ſuprà dices.

33 ואת שועתם veeth ſcauàathám ideſt & clamorem eorum: noſter verò ait & deprecationem eorum: ſecundum addit primo ſpeciem clamoris, quæ deprecatio eſt.

34 ישמע iſemaà ideſt audiet: noſter verò exaudiet ait: vt ſuprà dices.

35 הרשעים hareſcaiím ideſt impios: noſter verò peccatores ait: vt ſuprà dices.

36 ישמיד iaſmid ideſt diſperdere faciet: noſter verò diſperdet ait: ut ſuprà dices.

38 ויברך viuaréch ideſt & benedicet: noſter verò & benedicat ait: ut ſuprà dices.

39 לעולם ועד leòolam vaàád ideſt æterno & ſemper: noſter uerò in æternũ, & in ſæculum ſæculi ait: ut ſuprà dices.

Lauda anima mea.

## PSAL. CXLV.

*Hab. T.H.* בחיי bechagiái ideſt in vitis meis: noſter verò ait in vita mea: prius corporali, & ſpirituali: nunc in ſpirituali præcipuè.

2 אל תבטחו al tiutechú ideſt non confidetis: noſter verò nolite confidere ait: prius ſpe bonę voluntatis: nunc ex charitate electiuę virtutis nolite confidere.

3 בבן אדם beuen adhám ideſt in filio hominis: noſter verò ait in filijs hominum: prius vno in fide: nunc plures virtutum diſcrimine.

4 שאין לו ſceen lo ideſt quoniam non in eo: noſter verò in quibus non eſt: ſecundum eſt magis clarum, & primum eſt phraſis hebręa.

5 Addit æditio noſtra & ante reuertetur ſicut.n.duplex vita eſt, vna coniunctionis animę cum corpore, & ceu membrorum integritas; ita duplex ſpiritualis eſt vita & iuſtitię & Spiritus ſancti cuius priuatio & morimur pro prima, & in puluerẽ redigimur pro ſecunda.

6 אבדו auedhú ideſt perierũt: noſter verò ait peribunt: ut ſuprà dices.

7 אשרי aſcré ideſt beatitudines: noſter uerò beatus ait: vt ſuprà dices.

8 בעזרו beèe3ró ideſt in adiutorio eius: noſter uerò ait adiutor eius: prius actu; nunc etiam perpetuò habitu, ſed actu quandoque, cùm opus eſt, adiuuans.

9 עשה òoſcé ideſt faciens: noſter verò qui fecit ait: ut ſuprà dices.

10 כל אשר col aſcér ideſt omne quod: noſter verò omnia quæ:prius vnum in genere ratione fidei in vnum iungentis :nunc plura in ſingulari ratione virtutum diſtinguentium gradus virorum.

11 לעולם leòolám ideſt æterno : noſter verò in ſæculũ ait:ut ſuprà dices.

12 לעשוקים laàaſcuccím ideſt fraudatis : noſter verò iniuriam patientibus ait: prius in facultatibus corporalibus: nunc in vniuersùm ex damno quocunque,& ex malitia fraudantium.

13 אסורים aſurim ideſt vinctos : noſter uerò compeditos ait: prius vincti manibus ſoluebantur,ad operandum potentes facti: nunc affectionibus ſenſuum pedum ideſt affectuum compediti,ſoluuntur, paſſionibus ablatis à nobis.

14 פקח pocéach ideſt aperiens : noſter verò ait illuminat: ſecundum magis explicatè loquitur,q̃ prius.

15 כפופים cephuphím ideſt curuatos : noſter verò ait eliſos:prius corpore:nunc ſpiritu.

16 יעודד ieòodhédh ideſt eriget : noſter verò ſuſcipiet ait: prius à miſerijs in proſperum ſtatum: nunc ſuſcipiet etiam, in miſeria, cuſtodiens à miſeria æternæ pœnæ.

17 ודרך vedérech ideſt & viam : noſter verò & vias ait: prius vnam infidelitatis viam : nunc plures vitiorum vias .

18 רשעים reſcaìím ideſt impiorum: noſter verò peccatorum ait: vt ſuprà dices .

19 יעות icàaueth ideſt deprauabit: noſter uerò diſperdet ait: prius oſtendit eos deprauatos in interiori ꝑ malitiam voluntatis conſummatam:nunc etiam diſperdit externè,tollens eos de mundo.

20 לעולם leòolám ideſt ſæculo : noſter verò in ſæculo ait: ut ſuprà dices .

21 Haleluia addit tex.heb. in fine; quia,quæ dicta ſunt in pſalmo , à populo hebręo conuerſo in fine in ſeipſo ſentientur expenſa eſſe.

Laudate Dominum quoniam.

## PSAL. CXLVI.

1 Addit ędítio noſtra haleluia ex liberatione ab hæreti-
cis , & ſacramentarijs, & vitijs: quod patres minimè in
principio potuerunt cantare.

*Hab.* כי ci addit textus hebræus ideſt quia : prius in fide,
*T.H.* quia laudatio iucunda , quæ pſalmus paſſionis
Chriſti erat, à Chriſto facta fuit: nunc etiam ex chari-
tate iucundam deſideramus laudationem à nobis factã,
in obſeruantia legis fundatam.

3 נעים naîím ideſt dulcis: noſter uerò ait iucunda:prius
dulcis per bonam voluntatem, nunc iucunda per
electiuam virtutem ex charitate.

4 Addit æditio noſtra quæ poſt decora: vt connexiorem
ſenſum faciat.

5 תהלה thchilá ideſt laus: noſter uerò habet lauda-
tio: vt ad ſecundum dices.

6 נדחי nidché ideſt expulſi:noſter uerò ait diſperſiones:
prius ratio principij expulſionis erant hebræi iu
dicio Dei expulſi: nunc ratione habitationis diſperſę,
diſperſiones dicuntur gentes,non vindicta Dei, ſed iu-
ridica poſſeſſione diuerſa diſperſi erant confuſionis lin
guarum tempore.

7 לעצבותם leàazzuothám ideſt doloribus eorum:no
ſter uerò ait contritiones eorũ: prius cor-
poralibus: nunc ſpirituales contritiones animi.

8 מספר miſpár ideſt numerum: noſter uerò ait multitu
dinem: ſecundũ eſt magis aptũ,vti videre licet.

9 יקרא icrá ideſt vocabit: noſter uerò ait vocat : ut ſu-
prà dices.

10 אדוני Adhonái ideſt Domini mei: noſter uerò ait
Dominus: vt ad principium 8.pſalmi dices.

11 ורב כח verau cóach ideſt multus fortitudine : noſter
uerò ait & magna virtus eius : prius corpora-
li,quæ ſolet eſſe ob multitudinum ſingularium exerci-
tus;nunc magna virtus ſpiritualis eius.

li,

12 לתבונתו lithuunathó ideſt intelligétię eius : noſter verò & ſapientię eius ait: prius intelligentia mundum diſpoſuit, parans cœlos intelligentia, qua intellectu ducebamur in finem: nunc ſapientiæ eius, qua omnes bonis ſpiritualibus ditantur, pulchritudinemque cœli pandit per illam, & affectiuam ſimul, & in tellectiuam virtutem adimplet.

13 מעודד meòodhédh ideſt eleuans : noſter uerò ſuſcipiens ait: prius ne cadamus &c. nnnc ne, etiam cadentes, deſperemus.

14 משפיל maſcpil ideſt humiliare faciens : noſter uerò ait humilians: ut ſuprà dices.

15 רשעים reſcaiím ideſt impios: noſter uerò peccatores ait: vt ſuprà dices.

16 המכין hammechín ideſt parare faciens : noſter uerò & parat ait : ut ſuprà dices.

17 המצמיח hammazmíach ideſt florere faciens : noſter verò producit ait: ſecundum magis aptè ſignificat, quàm primum.

18 חציר chazzír ideſt herbam: noſter uerò ait fœnum: ſecũdum magis proprium eſt, quia non omnis her ba eſt iumentorum cibus.

19 Addit æditio noſtra & ante herbam : quia per donum Spiritus ſancti legem moralem non morti, vt prius, ſed ſeruituti hominum adaptat eam, uti per eam augeantur in gratia, & conſeruentur in ſpirituali vita, & demũ glorioſo fine fœlicitatis cœli fruantur.

20 Addit æditio noſtra ſeruituti hominum: prius: n. (vt diximus) minimè ſeruiebat, ſed nocebat ſummopere illis lex ratione peccati exiſtentis in nobis.

21 לבהמה liuhemá. i. iumẽto: noſter uerò ait iumentis: prius ceu vni in fide : nũc plura vti in virtutibus pluribus, in quibus diuerſis gradibus differunt.

22 ערב òoréu ideſt corui : noſter uerò ait coruorum : vt ſuprà hic dices.

23 אשר יקראו aſcér icráu ideſt qui vocabunt : noſter verò in vocantibus ait: ut ſuprà dices.

24 המיחלים hameiechalím ideſt illis expectãtibus: noſter verò ait qui ſperant: prius quaſi ex merito:nunc ceu ex gratia ſperant:& prius ex charitate vltimo bono donato eis: nunc ex ſpe ſuper vltimo ſeruatore fundata.

25 לחסדו lechaſddó ideſt miſericordię eius: noſter uerò ait ſuper miſericordia eius: prius quaſi ſit illa finis, ad quem tendebant prius: nunc ſuper miſericordia, quaſi fundamento pręcipuè fundata.

Lauda Ieruſalem.

## PSAL. CXLVII.

1 Addit æditio noſtra haleluia Aggei, & Zachariæ:nunc enim quies, & fœlicitas, de qua in titulo, & pſalmo fit mentio, & præparatio ad aſſequendum eam, ad noſtrã non veteris teſtamenti Eccleſiam ſpectat.

*Hab.* *T.H.* חזק chizác ideſt roborauit:noſter uerò ait confortauit: prius ceu corporales: nunc verò vti ſpirituales ſeras portarum cœli.

3 בריחי beriché ideſt veſtes: noſter verò ſeras ait:prius potentia diuina clauſos ab omni violentia cõſeruante eos: nunc verò ſeras,ab omni verſutia ſapientię diabolicę ſeruante.

4 בקרבך becirbbécha ideſt in medio tui: noſter uerò ait in te: congruè dicitur ſecundum phraſim vtriuſque linguę:& prius &c. vt alluderet ad ſtatum veteris legis,cuius ſalus quæ gratiæ, eſt in medio eius.i. in uoluntate parata exiſtor: nunc verò in electiua virtute, à qua vnuſquiſque denominatur propriè; ideo & merces prius in medio Ieruſalem cœleſtis: nunc in te, quę propriè denominaris Ieruſalem.

5 גבולך geuuléch ideſt terminũ tuum: noſter uerò ait fines tuos: prius in genere ceu epilogo: vt ad ſtatum veteris legis non pertinentem terminum tuum dicit: nunc verò in plurali, quicunque ſint illi, pace perpetua fruentur.

Addit

6 Addit æditio noſtra & ante adipe: quia per donum Spiritus ſancti paramur ad adipem hunc guſtandum, & perpetuò religioſè, & delitioſè ſumendum.

7 ישביעך iasbbiéech ideſt ſatiare faciet te: noſter verò ait ſatiat te: vt ſuprà dices.

8 עד âadh ideſt vſque ante velociter addit tex. hebr. noſter verò ait velociter: prius vſque ad velocitatem excluſiuè, quàm charitas nunc facit: ideo nunc ſimpliciter & magis congruè velociter dicit, quod ex charitate nunc completur.

9 ירוע iarúz ideſt curret: noſter verò ait currit: vt ſuprà dices.

10 דברו deuaró ideſt verbum eius: noſter uerò ſermo eius ait: prius legis ſcriptæ: nunc ſermo dulcis euangelij gratiæ.

11 כאפר cephór ideſt pruina: noſtet verò ait nebulam: prius calore charitatis priuatã, charitatis accenſione: nunc euangelij luce, & baptiſmatis gratia nebulam caliginis ſtatus peccati ſpargit.

12 יפור iephaʒér ideſt ſparget: noſter verò ſpargit ait: vt ſuprà dices.

13 משליך maslích ideſt proijcere faciens: noſter verò ait mittit: ſecundum magis propoſito proprium eſt, quàm primum.

14 קרחו corchó ideſt glaciem eius: noſter verò ait criſtallum ſuum: ſecundum magis propriè dictũ eſt: quia non per quãcunque naturalem, & quotidianam virtutem lenire, & liqueſcere poteſt radicatũ peccatum mortale; ſed vis quædam præter naturalẽ vſum eſt neceſſaria, quæ eſt fornax ſacramentorum, qua liqueſcunt, & dimittuntur peccata mortalia, ſicut & criſtallus hac tantùm ratione liqueſcere poteſt, peccatorum autem venialium glacies quotidie per contritionem liqueſcit.

15 לפני liphné ideſt faciebus: noſter verò ante faciem ait: vt ſuprà dices.

16 ישב iaſſéu ideſt ſtare faciet: noſter verò ſtabit ait: vt ſuprà dices.

17 Addit ęditio noſtra & ante fluent: quia per donum Spiritus ſancti liquefacta duritiæ cordis fluent aquæ, quod prius minimè fieri poterat.

18 מגיד maggíd ideſt annunciare faciens: noſter verò annunciat ait: vt ſuprà dices.

19 דברו deuaráu ideſt verba eius: noſter verò ait verbum ſuum: prius plura, quæ in ſingulari vnaquæq; ad vetus teſtamentum pertinebant: nunc epilogo, quaſi ad nouum teſtamentum non ſpectans, vnum in genere legis verbum dicitur.

20 חקיו chuccáu ideſt decreta ſua: noſter veró ait iuſtitias: vt ſuprà dices; nunc enim decreta noſtra ideſt ſacramentorum lex iuſtitiæ dicuntur: quia iuſtificant animam, quod prius pręſtare decreta non poterant.

21 ו u ideſt ſuas ante & iudicia ſua addit tex. hebręus: nunc, quę tantum ſunt Chriſti, ad nouum teſtamentum pertinent: prius enim decreta ad vetus teſtamentum pertinebant; ideo nunc non dicuntur ſua, ſed prius.

22 הללויה haleluia addit tex. hebr. quia & ipſi hebræi conuerſi ſpiritualibus diuitijs Eccleſię noui teſtamenti fruentur.

Laudate Dominum de cœlis.

## PSAL. CXLVIII.

1 Addit æditio noſtra Aggei, & Zachariæ ratione dicta in principio antecedentis pſalmi.

*Hab. T.H.* צבאו zeuaáu ideſt exercitus eius: noſter verò ait virtutes eius: prius ad proſternendum corporaliter

poraliter hoſtes, ſic dicti angeli ſunt : nunc virtutes ad miracula facienda, & ad ſpirituales euinçendos hoſtes.

3 Addit ęditio noſtra & ante lumen, tum vt aptiorem nexum verborum faciat, tum quia lumen clarè medium illuminat, quod Spiritus ſancti donum figurat.

4 יהללו iehalelú ideſt laudabunt: noſter verò laudent ait: vt ſuprà dices.

3 Addit ædítio noſtra dixit, & facta ſunt; quia ſicut nūc diuinitas nobis innotuit, non prius; ideo nunc ſcimus, quia prius ipſe dixit, & facta ſunt; per ipſum enim facta ſunt omnia; omnia enim in ſapientia feciſti domine, ait propheta; quod, ad nouum teſtamentum pertinens eſt, explanans.

6 צוה ziuuá ideſt pręcepit: noſter verò mandauit ait: vt ſuprà dices.

7 ויעמירם vagiaàamidhém ideſt & ſtatuere faciet ea: noſter verò ait ſtatuit ea : vt ſuprà dices dupliciter.

8 לעולם leòolàm ideſt ſęculo: noſter verò in ſæculum ait: vt ſuprà dices.

9 חק choc ideſt decretum: noſter verò ait præceptum: ſicut prius enim dicebatur decretum, ideſt ſecundum ius poſitiuum diuinum exiſtens; ita & præceptū Chriſti nunc dicitur, datum diſcipulis de dilectione in proximum, iuxta id, quod ipſe fecit, quando ait hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.

10 נתן nathán ideſt dedit: noſter verò ait poſuit: prius ceu auferēdum dedit: nunç vti ſtabile, in ęternum manſurum, poſuit.

11 ולא יעבור velo iaàauór ideſt & non tranſibit: noſter verò ait & nō præteribit: plus ſignificat dictum nunc; quia & non tranſibit, & vindicandū tranſgredientem illud, annuit.

12 ו u ideſt & ante grando addit textus hebræus; quia correptio temporalis, ſignificata per grandinem per

charitatem Dei nec ſeuera vindicta hic dabitur; ſed in æternum patientur ſeuerè iuxta ſeueritatem iudicij peccantes.

13 וקיטור vecitór ideſt & vapor: noſter verò glacies ait: prius vapor in aere, & arboribus, qui ſcindũtur eo congelato non ſecundum ſeueritatem iudicij diuini, quia ex charitate facit oriri ſolem ſuum ſuper bonos, & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: & ſeruat promiſſum viuentibus omnibus factum; ita & arbores iuxta ſeueritatem iudicij non ſcindit, ſed media charitate, ſignificata per &, illas, paternè, multis earum fractis, caſtigat, cæteras nobis ex charitale relinquens intactas: nunc verò glacies ſeuerisſimè aquam, ideſt doctrinam frigore contrario charitati denſat, & peſſundatur pro actibus, qui ſunt huiuſmodi cum his, & grandine videlicet, & glacie.

25 Addit ęditio nr̃a & ante ſpũs procellarum, quia ex ſpũ charitatis permittuntur ſpũs procellarũ, & poteſtates aereę, nec tamen omne, quod poſſunt, ſed, quod permiſſi ſunt, faciunt: prius autem, vt hic infrà dices.

15 סערה ſeàarà ideſt procellæ: noſter verò procellarum ait: nunc procellarum ſingularium ſpiritus qui in exercitium patientiæ, & ſignũ amoris permittuntur ad ſtatum teſtamenti noui pertinent: prius in ſingulari ceu epilogo, vt ad vetus teſtamentum non ſpectantes, ponebantur.

16 עשה òoſcá ideſt faciens: noſter verò facit ait: vt ſuprà hic dices.

17 עץ èez ideſt lignum: noſter verò ait ligna: vt hic ſuprà dices.

18 פרי perí ideſt fructificans: noſter verò ait fructifera: vt ſuprà hic dices.

19 החיה hachagiá ideſt fera: noſter verò ait beſtiæ: vt ad decimumquintum dices.

20 בהמה behemá ideſt beſtia domeſtica: noſter verò ait pecora: vt hic ſuprà dices.

rémes

21 רמש rémes ideſt reptile (aquaticum) noſter verò ſerpentes ait: ſecundum declarat primum: & vt hic ſuprà dices.

22 וצפור vezipór ideſt & volucris: noſter verò & volucres ait: vt hic ſuprà dices.

23 כנף canáph ideſt alata: noſter verò pennatæ ait: vt ſuprà dices: & vtpote, quæ virtutibus naturalibus diuinam verbi naturam propriam teſtamento nouo oſtendunt.

24 לאמים leummím ideſt (potentes) populi: noſter verò ait populi, ex dono Spiritus ſancti omnibus dato, quod prius ſolis potentibus populis, & reſpublicas regentibus dabatur.

25 וגם veghám ideſt & etiam: noſter verò ait & (ante virgines) ſecundum magis contractè, atq; decenter dictum eſt; quia prius excellentia orantium penſabatur; nanq; viri digni ad laudandum ſunt, & ideo etiam adduntur ex numero mulierum virgines: nunc autem nulla eſt huiuſmodi differentia laudantium, quia omnes inuitantur ad laudem, & eliguntur.

26 יהללו iehallelú ideſt laudabunt: noſter verò laudent ait: vt ſuprà dices.

27 הודו hodhó ideſt gloria eius: noſter verò ait confeſſio eius: ſecundum declarat primum.

28 על ארץ ושמים àalárez veſcamáim ideſt ſuper terram, & cœlos: noſter verò ait ſuper cœlum, & terram: prius enim primò ſuper terrã ratione meriti, & primi aduentus in terram Chriſti, quod reſpiciebat teſtamentum vetus: & deinde ſuper cœlum, in præmio quod dabatur in obiectũ felicitatis laudantibus cum in terra: nunc in cœlo prius, vt per cœleſtium gratiam viror detur, Ideo & laus in cœlo prius magnificando diuinitatem eius fit. & deinde in terra extollendo humanitatem eius, vt de angelis in incarnatione, & de multis ſanctis in morte eorum, & ex Apoc. docemur, apparet.

29 וירם vagiárem ideſt & exaltare faciet: noſter verò &

exaltauit ait: vt ſuprà dices.
30 לעמו leàammo ideſt populo ſuo: noſter verò ait populi ſui: prius populo ſuo in ſalutem donatum Cornu erat: nunc uerò populi ſui per actum datum, noſtrum eſt cornu, vt eo in ſalutem aliorū vti poſsimus, habita noſtri prius ſalute in eo.
31 חסידיו chaſidháu ideſt miſericordibus eius: noſter verò ait ſanctis ſuis: vt ſuprà dices.
32 הללויה haleluia addit tex. hebr. quia in fine mundi & populi hebræi dignè, vt ſuprà laudaturi erant Deum.

Cantate &c. laus eius.

## PSAL. CXLIX.

*Hab. T.H.* חסידים chaſidhim ideſt miſericordibus: noſter verò ſanctorum ait: vt ſuprà dices.
2 ישמח iſmách ideſt lætabitur: noſter verò lætetur ait: vt ſuprà dices.
3 בעשיו biòoſcáu.i. in factoribus eius: noſter verò ait in eo qui fecit eū: prius factores erāt perſonę diuinæ rōne appropriata eis, vt potētia, ſapientia, & bonitas explicatæ in veteri lege: nunc etiā ſubſtantia diuina, in qua perſonę ſunt vnum, quando videlicet notum eſt omnem diuinitatem eſſe in eis, vt B. Paulus ait, in ipſo enim hăbitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, vt vnitas Dei cum pluralitate perſonarum oſtenderetur Spiritu ſancto communicato nobis.
4 בני benè ideſt filiæ: noſter verò ait & filiæ: prius ſingulares eccleſiaſtici Eccleſiæ: nunc & Eccleſiæ ipſæ cum populis ſuis ſeruantes per donum Spiritus ſancti præcepta Eccleſię.
5 יגילו iaghîlu ideſt gaudere facient: noſter verò exultent ait: prius per bonam voluntatem: nunc verò per Spiritus ſancti donum.

ichalelū

6 יהללו iehalelú ideſt laudabunt: noſter verò laudét ait: vt ſuprà dices.

7 יזמרו iezamerú ideſt pſallent: noſter verò pſallant ait: vt ſuprà dices.

8 יפאר iephaér.i. glorifica it: nr̄ verò ait & exaltauit: ſecundum eſt cauſa primi: & dono Spiritus ſancti, quod proprium eſt ſtatui noſtro, exaltauit &c.

9 חסידים chaſidím ideſt miſericordes: noſter verò ſancti ait: vt ſuprà dices.

10 ירננו ieranénnu ideſt exaltabunt: noſter verò lætabuntur ait: prius per bonam voluntatem, ex dono Spiritus ſancti, operantem gratiam donante: nunc lætabuntur per conſummatam iuſtitiam, decentem, nunc nobis donatam.

11 רממות romemóth ideſt exaltationes: noſter verò ait exultationes: prius ex voluntate bona, manantes laudes: nunc ex charitatis feruore exultationes internæ.

12 אל el ideſt fortis: noſter verò ait Dei: ſecundū declarat primum.

13 וחרב vechéreu ideſt & gladius: noſter verò ait, & gladij: prius vnus in fide ex vna fidei lege, per qué arguet mundum de peccato, quia nō crediderunt in me: nunc plures gladij ſecundum diuerſitatem promeritarum pœnarum, & iudicantium illas.

14 בידם beiadhám ideſt in manu eorum: noſter verò ait in manibus eorum: vt hic ſuprà dices.

15 בלאמים balleúmmím ideſt in(potentibus)populis ideſt regnis: noſter verò ait in populis: prius in potentibus populis, quorū erat ex munere & dono donato ſeipſos, & alios arcere à malo: nunc ét in populis ideſt minutis, qui donum habuerūt ſeipſos, & alios prouehendi in bonum.

16 בזקים bezìccim ideſt in catenis: noſter verò in compedibus ait: vt ad duodecimum 146. pſalmi dices.

bechaulé.

17 בכבלי bechaulé ideſt in vinculis (per funes) noſter verò ait in manicis ferreis : vt ſuprà híc dices, & ſecundum declarat primum.

18 הדר hadhár ideſt decor:noſter verò ait gloria:prius omnis excellentia in actibus exterioribus erat. Ideo gloria in pſalmis ſanctis omnibus data erat, & decor dicebatur: nunc quia & interior eſt ſanctitas,& abundãs iuſtitia erat in ſanctis, cuius ratione decor erat in eis: nunc vtitur proprio uocabulo gloriæ ad ſignificandum ſanctorum gloriã, ſuppoſito decore morum externo, de quo non eſt híc ſermo.

19 חסידיו chaſidháu ideſt miſericordibus eius : noſter verò ait ſanctis eius : vt ſuprà dices.

20 הללוה haleluia addit tex.Hebr. quia participationem prædictæ gloriæ habebunt tantùm in fine, cùm conuertentur hebræi.

Laudate Dominum in Sanctis eius.

## PSAL. CL.

*Hab.* *T.H.* אל el ideſt fortem : noſter verò ait dominũ : ſecundum declarat primum.

2 בקדשו be codhſcó ideſt in ſanctitate eius : noſter verò ait in ſanctis eius: prius in templo materiali : nunc verò in ſanctorum ſpirituali templo.

3 ברקיע birciaà ideſt in expanſione: noſter verò in firmamento ait: prius in miſericordia,& fide Dei per vniuerſum mundum expanſa : nunc in firmamento per charitatem Eccleſiæ ſtatus, & ſecuritate felicitatis æternæ.

4 עזו úuzó ideſt fortitudinis eius : noſter verò ait virtutis eius:prius ad conſeruandum corpora : nunc ſpiritus noſtros virtute.

5 בגבורתו biguurotháu ideſt in præualentijs eius: noſter verò ait in virtutibus eius: prius in præmijs præualentiæ ſuper fidei hoſtes : nunc in præ-

mijs

mijs virtutum ſuperantium vitia.

6 במנים beminím ideſt in numeris (inſtrumentis ſic dictis) 60. ideſt ſexageſimi fructus, in quo mortificatis affectibus, ſuſtinemus patienter diuerſa: noſter verò ait in cordis: ſecundum declarat primum, vide pſalmum.

7 שמע ſcamaà ideſt auditus: noſter verò ait bene ſonantibus: ſecundum declarat primnm.

8 תרועה theruàá ideſt ſtrepitus: noſter verò iubilationis ait: ſecundum exprimit primum.

9 כל הכשמה col haneſcamá ideſt omnis flatus: noſter verò omnis Spiritus ait: ſecundum eſt veritas primi, quis autem ſit Spiritus ille, vide pſalmum.

10 תהלל tehallél ideſt laudabit: noſter verò laudet ait: vt ſuprà dices.

*Hic finem habent Rationes differentiarum verborum Textus Hebræi, & editionis vulgatæ in Pſalmis exiſtentium, Deo gratias, Amen.*

Minutiſſima quæq; Errata in verbis Hebræis, Latinis characteribus deſcriptis, hæc ſunt.

| Fol. | Pag. | Lin. | vbi dicit, dices. |
|---|---|---|---|
| 19. | 2. | 1. | *paleghé, palghé.* |
| 22. | 2. | 10. | *térohem, téroèem.* |
| 31. | 1. | 1[illegible]. | *neúhalu, niuhálu.* |
| 34. | 1. | 8. | *òotz, òoz.* |
| 37. | 1. | 16. | *tauùuu, tauèuu.* |
| 45. | 1. | 23. | *acheli, ochelé.* |
| 51. | 2. | 8. | *bechaíiz, behacíz.* |
| 52. | 2. | 5. | *aſcuiaà, aſcanéaà.* |
| 54. | [illegible] | 26. | *le miſaám, le miſáàan.* |
| 71. | 1. | 2[illegible]. | *batáchei, batácti.* |

| Fol. | Pag. | Lin. | vbi dicit, dices. |
|---|---|---|---|
| 71. | 2. | 31. | *miccccán, miſcccán* |
| 74. | 2. | 27. | *cheemanti, heemãti* |
| 7 . | 1. | 10. | *céra, écra.* |
| 75. | 1. | 29. | *zachanunái, tachanunái.* |
| 76. | 2. | 27. | *hadriáth, hadlıráth* |
| 88. | 1. | 8. | *iſcreùú, iſcmeùú.* |
| 91. | 1. | 17. | *nachalaclauóth, nachalcalccóth.* |
| 94. | 2. | 11. | *láreſcaà, láraſcaà.* |
| 105. | 1. | 13. | *haſcaàá, haſcáà.* |

105. 1. 16. *ue uuliga, ue auli- (ga.*
105. 2. 20. *uagiácam, uagiá- (cem.*
109. 1. 12. *batchti, batáchti.*
114. 2. 16. *iùúra, ùúra.*
117. 1. 36. *panima , penima.*
117. 2. 20. *túalna, túnalna.*
117. 2. 23. *ichiú , ihiú.*
119. 1. 7. *liphaóth, liphnóth.*
12 . 2. 22. *iacólu , iacdháu.*
124. 1. 12. *iúmatu , iámutu.*
127. 2. 10. *ſcaláchota , ſcalá- (chtta.*
138. 2. 17. *ioſué , ioſéu.*
144. 1. 23. *cazúu , cazáu.*
152. 2. 23. *máeſch , máchſc.*
154. 1. 30. *camách, camáh.*
155. 1. 12. *iagirúchu, iagihú- (hu.*
161. 1. 8. *baccagim , bachag- (gím.*
166. 2. 9. *mithhalléth, mith- (halléch.*
174. 1. 23. *umezudrathi, ume (zudhathí.*
183. 1. 20. *lemàalá, lemaèelá*
186. 1. 18. *cholelim , holelím.*
186. 1. 36. *àathàſi, àathác.*
190. 2. 7. *irggéſu, irggezú.*
202. 1. 29. *uúſcimha, uúſcim- (cha.*
222. 1. 36. *hauéth , hauóth.*
230. 1. 16. *iáàt , iáàar.*
228. 1. 3. *nariàá , nariáà.*
2,5. 2. 26. *uattaſclichèni, uat (taſclichéni.*
235. 2. 36. *iteſcéu, teſcéu.*
236. 1. 3. *ueeth àapharát, uee (thàapharà.*
237. 1. 16. *hamasbbia , hama- (sbbiaà.*
260. 2. 31. *halelluia dicit, ha- (lebúia.*
259. 1. 28. *laòolum, leoolam.*
271. 2. 14. *piccudhécha, picu- (dhécha.*
281. 1. 8. *techninathi, techin (náti.*
277. 2. 3. *iſcártti, iſcſcártti.*
295. 2. 1. *iſcuphéni, ieſcuphéni*
304. 2. 3. *mizan , mizan el (zan.*
297. 1. 13. *òózzeu, òúzeu.*
302. 2. 12. *áaiepha , àaie- (pha.*

*Hebraicè ſcripta verba ſciens ad calculum Latinè ſcriptorum, vbi eſt opus, reforma: cuius prudentiæ & cætera mincris momenti corrigenda relinquo.*

*Errores eſſentiales huius Tomi hi ſunt:*

| *Fol.* | *pag.* | *lin.* | *vbi dicit , dices.* |
|---|---|---|---|
| 21. | 2. | 6. | vim,vini credebant. |
| 21. | 2. | 7. | quaſi , ſed quaſi. |
| 22. | 1. | 3. | nouo,ueteri. |
| 24. | 2. | 25. | reſponderit, reſpon ( debit. |
| 46. | 2. | 35. | de inſcriptio : inſcri ( ptione. |
| 73. | 2. | 7. | opera , aperta. |
| 73 | 2. | 24. | erant Chriſtus , eſt ( vbi : vbi. |
| 88. | 2. | 3. | iuſtum, iuſtns. |
| 109. | 2. | 2. | ſuſcepit,ſuſcepta ē. |
| 131. | 2. | 21. | exprimebatur,ex pri ( mitijs. |
| 140. | 1. | 11. | inprimet,opprimet. |
| 144. | 2. | 2. | beneſicit, venefici. |
| 151. | 1. | 4. | eſt iudex, iudex. |
| 151. | 2. | 18. | contra,nouum. |
| 171. | 2. | 7. | donum , dorſum. |
| 184. | 1. | 10. | perſequentes, pro- ( ſequentes. |
| 181. | 1. | 22. | charitatis,charitate |
| 188. | 1. | 1. | compoſitus eſt,con- ( ſopitus eſt. |
| 190. | 2. | 17. | Dictum, Idditun. |
| 191. | 1. | 17. | quis,quies. |
| 193. | 1. | 6. | puluere, pluere. |
| 202. | 2. | 36. | reſpice, reſpice ad- ( dit tex. Heb. |
| 206. | 1. | 35. | factum , pactum. |
| 112. | 2. | 9. | badulo,baculo. |
| 114. | 1. | 1. | pœna,pænam. |
| 130. | 2. | 34. | trahuntur, trahunt. |
| 232. | 1. | 1. | videre,videre potes |
| 232. | 2. | 20. | eos , vos. |
| 233. | 1. | 13. | charitate non,chari ( tatis in nos. |
| 233. | 1. | 33. | fidē iuſtitiæ, iuſtitiā. |
| 234. | 2. | 13. | veteri teſtamento, ( veteris teſtamenti. |
| 236. | 2. | 3. | ob non,obnoxij. |
| 261. | 1. | 2 | victoriam gentium, ( victoriam. |
| 263. | 2. | 21. | feri,affert. |
| 255. | 2. | 4. | ſunt, nunc. |
| 256. | 1. | 8. | proſequetur, perſe- (quetur |
| 256. | 1. | 9. | proſecutus eſt,perſe (cutus eſt. |
| 270. | 1. | 27. | oppoſitū, appoſitū. |
| 270. | 1. | 35. | fundata,fundatum. |
| 284. | 2. | 18. | abictu , actu. |
| 284. | 1. | 10. | ſacramentorum, ſa- (cramentariorum |
| 280. | 2. | 32. | dicit ratione , rōne. |
| 277. | 2. | 10. | obſeruandam , ob- (ſeruanda ab illis |
| 278. | 2. | 11. | vindicandam,vindi (canda. |
| 277. | 2. | 10. | ſcturata, ſcrutata. |
| 277. | 2. | 35. | iniquitem,iniquita- (tem. |
| 295. | 1. | 26. | latrio,latino. |
| 292. | 2. | 14. | nos ergo,ergo. |

Reliquos minoris momenti prudentiæ lectoris relinquo .

BIBLIOTECA UNIV[illegible]
GRANADA



